



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.


### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>





72



<36626402670014

S

<36626402670014

Bayer. Staatsbibliothek

33



IOSEPHI  
ACOSTAE  
E SOCIETATE  
IESV,

DE CHRISTO REVELATO  
LIBRI NOVEM.

Simulque De Temporibus nouissimis  
Libri Quatuor.



L V G D V N I,  
APVD  
IOANNEM BAPTISTAM BVISSON.  
M. D. XCII.  

---

CVM PRIVILEGIO.

LVDouicus Richeomus Prouincialis Col-  
legiorum Societatis I E S V, in Prouincia  
Lugdunensi, iuxta priuilegium eidem Socie-  
tati à Christianissimo Galliarum Rege die  
10. mensis Maij, anni 1583. concessum, (quo Bi-  
bliopolis omnibus prohibetur, ne libros ab  
eiusdem Societatis hominibus compositos,  
absque illorum permissione imprimant) per-  
mittit Ioanni Baptistæ Bysson Lugdunensi  
Bibliopolæ, vt *Iosephi Acoste eiusdem Societa-  
tis* opus cui titul<sup>o</sup> est *De Christo reuelato*, ad sex  
proximos annos imprimere, ac liberè diuen-  
dere possit. Datum Lugduni die 30. Nouem-  
bris, 1591.

RICHEOMVS

Bayerische  
Staatsbibliothek  
München



ILLVSTRISSIMO  
ET REVERENDISS.

D. D. ANTONIO CARRAFÆ  
S. R. E. PRESBYTERO  
CARD. AMPLISS.

IOSEPHVS ACOSTA  
E SOCIETATE IESV  
S. D.



*X* ultimis terræ regio-  
nibus, id est ex India oc-  
cidentalī, ad ipsum ca-  
put orbis Romam ap-  
pulsus, inueni Illustris-  
sime Domine in te, su-  
pra quam sperare ausus essem homo & pe-  
grinus & obscurus, id præsidij atque opis,

ã 2 ad



ad causam salutis in Christo illarum gentium promouendam, quam mihi apud Sanctissimum Dominum nostrum agendam maiorum auctoritate susceperam, ut paucis diebus ea confecta viderim, ad que vix credideram multos menses sufficere posse. Videlicet in Christi Dei nostri obsequium operam tuam, studia, curasque omnes consecrasti iam pridem, atque eo nomine me quoque fouendum adiuuandumque existimasti. Cupienti igitur mihi grati animi ac tanti beneficij memoris monumentum aliquod præbere, nihil occurrit aliud, nisi ut libellos, quos de Christi cognitione, & studio sacræ scripturæ pridem apud Indos agens conscripseram, amplitudini tuæ dicarem: cuius in diuinis literis ornandis atque explicandis & ingenium acre, & studium incredibile, & insignis linguarum rerumque abditarum cognitio, cum huic ætati magno adiumento, tum ipsi Senatui Apostolico summo ornamento est.

to est. Itaque post septuaginta interpre-  
tum Græcam ac mox etiam Latinam edi-  
tionem, post epistolâs veterum Patrum  
ex Bibliotheca Vaticana, cui præes, eru-  
tas, et studio eruditorum donatas, et  
multos alios labores, et vigilias in hoc om-  
ni genere propter Dei obsequium et Ecclesiæ  
uniuersæ utilitatem exhaustas, non erit  
fortassis abs re, ut quæ tu tanta auctori-  
tate perfecisti, nostris quoque libellis, antequam  
hæc ipsa nosse possimus, aliqua ex parte  
adumbrata gratulemur. Atque erunt sane  
sub tanto patrono et tuti et honorati labo-  
res nostri: quibus Christi Iesu Dei summi  
gloriam et maiestatem, tum actiones om-  
nes, atque ipsas contumelias et cruciatus  
pro nobis toleratos, ac cætera nostræ salutis  
argumenta in utroque testamento concordi  
scripturarum fide tradita ac probata perse-  
quimur. Iam vero humanitatis tuæ erit,  
munus exiguum minime aspernari, quin  
potius ab eorum, qui se minus equos censo-

res præbuerint, iniurijs calumnijsque tueri.  
Vale Christi Ecclesia decus insigne, ac bo-  
norum studiorum egregium columen. Ro-  
mæ, XIII. Kalendas Nouembris. Ann.  
M. D. LXXXVIII.





IOSEPHVS ACOSTA  
E SOCIETATE IESV

LECTOTI.



ECTE Salomon dixit, *Prov. 16.*  
hominem quidem dis-  
ponere viam suam, sed  
Dei esse dirigere gressus  
eius. Cum enim nihil  
cogitarem minus, quam  
vt librum scriberem, e-

uenit, diuino, vt opinor, numine agente, vt de  
Christo in vtroque testa mento declarato, o-  
pus mihi prodiret neque exiguum, neque, vt  
spero, superuacaneum. Sumpseram equidem  
priuato commentariolo, de Christi cruce &  
opprobrijs, veteris testamenti vaticinia cum  
Euangelica narratione componere: quod,  
nonnulla diuinarum scripturarum medita-  
tione instructus, negotium minime difficile  
expertus sum. Itaque cum affluēte cœlestium  
eloquiorum copia delectarer, quemadmo- *Psal. 118.*  
dum is verè, qui inuenit spolia multa, vt est à  
Propheta præclarè dictum, cœpi velle pro-

ã 4 gredi

gredi vltcrius, ac de infantia Saluatoris, de  
cæterisque eius vitæ mysterijs, de glorifica-  
tione post mortem tantundem studij adhibe-  
re, mox communiter Christi prærogatiuas  
& titulos persequi eodem ordine. Iam verò  
ad illa vtriusque testamenti de Christo ora-  
cula consideranda, præfationem de Scriptu-  
ræ studio & intelligentia compararem, res  
præfatione maior apparuit, quæque iustum  
volumen exigeret. Itaque continuato stylo  
in tres libros contuli, quæ mihi ea de re di-  
cere venit in mentem. His tu fruerere

lector, Deoque optimo maxi-  
mo protantis gratiæ no-  
bis collatis copijs  
gratias age.

DE



DE CHRISTO  
REVELATO  
LIBER PRIMVS.



VNIVERSAE SCRIPTV-  
*rae scopum esse Christum.*  
Caput I.



VI S Q V I S Diuinas & ar-  
canas literas legit, neque  
Christum nouit, & cogitat:  
legere quidem potest; quod  
legit, intelligere nullo mo-  
do potest. Accidat enim ei  
neceſſe eſt, quod de Eunu-  
cho illo Aethiopico Lucas 118.8.  
refert, qui cum Eſaia pra-  
clarifſimum vaticinium de Chriſti paſſione volue-  
ret, atque ex ea vrbe reuerteretur, in qua non ita pri-  
dem illa ipſa quae ille propheta commemorat, pa-  
lam geſta perpetuaeſſent, tamen à Philippo ro-  
gatus, an quae legeret intelligeret, profeſſus eſt planè,  
à ſ ſe niſi

se nisi idoneum esset nactus interpretem, intelligere minimè posse. Quæ hominis & humilis, & vera confessio, adiuncto pio discendi studio, salutem attulit ignoranti quidem, sed veritatis cognitionem desideranti. Nam Christo, per Philippi ministerium annuntiato, & prophetica oracula luce velut allata perspexit, & ipsum qui ibidem cõtinetur, Christum amplexus, Euangelicam gratiam cælesti lauacro tinctus, affecutus est. Itaque pri<sup>o</sup> discere oportet Christum, quam Scripturæ sacræ arcana nobis penetranda existimemus, cum ne primus quidem aditus sine illo pateat, qui cælestis huius literaturæ primum elementum se profiterur. Ego, inquit, sum *α* & *ω*, principium & finis. Quod si impossibile est primis elementis ignoratis, librum tenere, quo pacto cælestem doctrinam consequi quisquam poterit, Christum nesciens, qui à primo sermonis initio vsque ad summum vnus scopus est, ac veluti magni, & pulchri corporis ipsa mens, quæ sensum, vitam, vires, decorem, atque omnia omnibus partibus administrat? In capite libri scriptum est de me, dicit in psalmo ipse Christus\*, quemadmodum Apostolus Paulus exposuit, qui finem legis eundem affirmat ad iustitiam omni credenti. Quod si ignorato fine cuiusvis vel actionis, vel orationis, quid rei agatur, aut significetur, cognoscere penitus non possumus, sed hæreamus prorsus, aut aliud pro alio cogitemus necesse est: quis non videat si Christus est legis finis, legem sine Christo nihil aliud quam magnas tenebras legenti, periculosos errores intelligentiam sibi vsurpanti allaturam? Sicut ergo, cum in narrantem aut sermocinantem aliquem virum incidimus, cuius initium, & institutum nescimus, quamuis multa audiamus parum admodum aut nihil percipimus, est-  
que

*Apo. i.*

*Psal. 39.*  
*Hebr. 10.*  
*Rom. 10.*



que nobis tota ipsa oratio insuavis & molesta, donec de quo fit sermo narratione doceamur, edocti verò periucundè audimus, ac facillime intelligimus, quòd summam totius orationis teneamus : ita sanè qui Christum Iesum in sacra Scriptura cogitat, cum sibi nò ita difficilè, tum vero dulcissimam experitur, adde vtilissimam etiam, quamuis nò ita multa illius euoluat. At Christum qui vel non credit, vel parum cogitat, quamuis multa, ac prolixa Scripturarum spatia percurrat, nihil is propemodum intelligit, nihil omnino fructus suauitatisque percipiet. Quare in omni legis diuinæ pagina sedulò Christum meditari, quærere, & cogitare debemus. Ego sum via, veritas, & vita. & : Principium verborum tuorum veritas. & : In ipso vita erat, & vita erat lux hominum. Neque est alia vita æterna, nisi vt cognoscant homines te solum Deum verum & quem misisti Iesum Christum. Itaque vniuersa non solum noui, sed veteris etiam testamèti scriptura huc spectat, vt Christus agnoscatur, fidelique obedientia colatur, in eoque vno salus hominum sita esse intelligatur.

Ioan. 14.

Psal. 118.

Ioan. 1.

Ioan. 17.

*Legem Euangelio declarari & perfici.*

C A P. II.

**E**X quibus fit, vt testamenti veteris nulla sit ratio melior interpretandi atque intelligendi, quàm noui eiusdemque æterni testamenti cognitio : quod enim illud annuntiat, hoc exhibet, quemadmodum Christus suos docuit, cum dixit : *Matt. 5.* Nolite putare, quoniam veni soluere legem aut prophetas : non enim veni soluere sed adimplere. Amen quippe dico vobis donec cælum & terra transeat,

feat, iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege donec omnia fiant. Vsq̄ue adeo exactè veteri respondet nouum, Legi Euangelium. Vt enim in eximia pictura solet peritus artifex prius rudi materia delineare atque adumbrare formam, quam viuis postea perfectisque coloribus exprimit, ac priora vestigia ruditer impressa sequens, & perficiendo quodammodo delet, & delendo quodammodo perficit: ita Euangelica gratia olim præfigurata Legem & implet, & tollit. Nihil enim illic prædictum est, nihil præsignatum, quod non sit hîc exhibitum, atque perfectum. Quare nullo modo illa pugnans: Non veni soluere legem, sed adimplere: & Lex & prophetæ vsque ad Ioannem. Neque illa rursus: Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini: & Legem destruimus? Absit: sed legem statuimus. Etenim cum legis finis sit Christus, tunc maximè lex statuitur, cum Christus tenetur, tunc egregiè consistit, cum cedit Euangelio. An qui fornici futuro fulcra præstruit, cum fuerit opus perfectum, conqueritur quod perpetuæ structuræ supposita ad tempus materia cedat? Nonnè hoc agunt, hoc expetunt fulcra ipsa, vt moles cui fabricandæ seruiunt perpetua firmitate consistat? Quod si ipsa disiciantur opere absoluto, nullà est artificis accusatio. Vtrumque enim ratione idonea excogitauit, atque inter se cohærete fecit. Quod totum argumentum de Lege & Euangelio à Paulo præclaro est simili explicatum. Lex, inquit, pædagogus noster fuit in Christo. Notum est & quotidie fit, vt pueri nobiles ac regij seuerò pædagogo tradantur nutriendi atque instruendi, non ipsi quidem, sed, patri potius, à quo hæreditatem percepturi sunt, & in cuius disciplinam liberam atque ingenuam ex illa

Matt. 5.

Matt. 11.

Galat. 5.

Roma. 3.

Galat. 3.

illa veluti seruili, iam confirmata ætate, & matura, transeunt. Itaque & pater, & pædagogus optime inter se conueniunt, quamuis pro diuersa puerorum ætate & captu, diuersam educationis formam teneant, atque ab hoc certè perficitur quicquid illius cura rudioribus annis inchoatum traditur. Quare tantum abest, vt lex & gratia pugnent inter sese; vt altera alteri perquam necessaria sit, vt lex præparet quod gratia perficiat. Et vetus quidem testamentum aut vix aut nullo pacto intelligi potest, nisi nouum credatur. Vt nouum verò credatur, magno præfertur confert vetus, in quo testata ea ipsa inueniet omnia, quæ Spiritus idem in nouo docet. Bene ergo Esaias dixit: Nisi credideritis, non intelligetis, quòd oporteat nouum credere, vt vetus intelligatur. Bene quoque Saluator noster admonuit: Si crederetis Moyse, crederetis forsitam & mihi: de me enim ille scripsit. Nam reuelatur iustitia Dei ex fide in fidem, vt Paulus loquitur, id est, ex fide veteris in fidem noui testamenti euangelicam.

*Esaiæ 7.  
iuxta. 70.  
Ioan. 5.*

*Rom. 1.*

*Euangelium Lege & Prophetis comprobari.*

C A P. I I I.

**H**Oc, vt diuinam sapientiam omnia consilio suo moderantem decebat, Christus tenens, mirabile est dictu, quoties & quanta diligentia fidem suam ex veteris Scripturæ documentis asseruerit, confirmarit, astruxerit. Idque iam cum impiis & infidelibus agens, iam cum suis mitioribus quidem & ad discendum bene paratis, sed tamen crassis adhuc, & parum ingenio promptis. Ac Iudæis quidem tum Moysen suum obiicit, quem aut oscitanter legerent, aut infideliter acciperent; propterea scrutari iubet Scripturas, quoniam ipsæ de illo testimonium perhi

*Ioan. 5.  
Ibidem  
Mat. 23*

*Luc. 4.* perhiberent, & Dauidem opponit de Christo canentem: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. Et cum accepisset Esaia volumen, ac locum forte aperuisset ex capite sexagesimo primo, in auribus illorum tunc esse prophetiam illam impletam docuit, quod ipse ille esset quem Spiritus Domini vnxisset, atque ad Euangelizandum pauperibus misisset, vt sanaret contritos corde, vt prædicaret redemptionem captiuis, & cæcis visum largiretur, & contractos dimitteret liberos, & tempus salutare Deoque gratum annuntiaret hominibus: quæ omnia sanè ille egregiè præstabat; vt ipsa rei veritate cuius testimonium redderent, vel ij homines qui mox ipsum præcipitem acturi fuerant. Iam verò discipulos quàm frequenter, quàm dilucidè Scripturarum admonet, atque in iis præsertim, quæ ab illorum & sensu & studio maxime aliena intelligebat, hoc est, de passione sua & morte & opprobrio crucis?

*Luc. 18.* Ecce, inquit, ascendimus Hierosolymam, & cõsummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de Filio hominis. Quæ statim explicat: Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellauerint, occident eum, & tertia die resurget. Atque alio loco. Quod scriptum est oportet impleri in me: Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me, finem habent. Et rursus. Filius quidè hominis vadit sicut scriptum est de eo.

*Mat. 26.* Mox etiã ad Petrum. Quomodo ergo implebuntur

*Psal. 40.* scripturæ, quia sic oportet fieri? Et postquam à mortuis resurrexit, duobus iter facièntibus ac de ipso sermocinantibus sese comitem adiungens: O, inquit, stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt prophetæ. Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Et incipiens

piens à Moÿse & omnibus prophetis interpreta-  
 batur illis in omnibus Scripturis, quæ de ipso erant.  
 Atque eadem die Apostolis apparens repetit quæ  
 pridem de Scripturis in ipso implendis commone- *Luc. 24.*  
 fecerat. Hæc, ait, sunt verba quæ locutus sum ad vos,  
 cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est  
 impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moÿsi &  
 Prophetis & Psalmis de me. Tunc aperuit illis sen-  
 sum, vt intelligerent scripturas, & dixit eis: Quoniã  
 sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati &  
 resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomi-  
 ne eius pœnitentiam & remissionem peccatorum  
 in omnes gentes. Qua scripturarum intelligenda-  
 rum Apostoli luce perfusi, sensu & spiritu à Domi-  
 no accepto, cum mysteria Christi vel narrando tra-  
 derent, vel disputando & scribendo docerent, ad fi-  
 dem conciliandam Euangelio prophetarum oracu-  
 la tanti vbique fecerunt, vt non dubitet Petrus ipsi *2. Petr. 1.*  
 oculorum testimonio præferre, ad hunc modum scri-  
 bens: Et hanc vocem nos audiuius de cælo alla-  
 tam cum essemus cum ipso in monte sancto. Et ha-  
 bemus firmiorem propheticum Sermonem, cui be-  
 nefacitis attendentes quasi lucernæ lucenti in cali-  
 ginoso loco donec dies elucescat, & lucifer oriatur  
 in cordibus vestris. Ex qua re animaduertimus, cur  
 Sancti Euangelistæ Matthæus præcipuè ac Ioannes  
 passim cum Christi res gestas referunt, etiam testi-  
 monia veteris scripturæ adhibenda sibi putent, Mat- *Matt. 1.*  
 thæus quidem cum Virginis conceptum & partum *Matt. 2.*  
 narrat, cum urbem Christi natalem, tum puerorum *Ibidem.*  
 cædem ab impio rege perpetratam, cum Christi ex *Ibidem.*  
 Ægypto regressum, cum Ioannis prædicationem, *Matt. 3.*  
 cum Christi euangelizandi exordia, cum conuersa- *Matt. 4.*  
 tionis suauitatem, & miram mansuetudinem, cum *Matt. 12.*  
 benefici *Matt 8.*

beneficia & curationes allatas miseris, cum ingres-  
*Mat. 20.* sum in Hierosolymas illum illustrem atque aselli e-  
*Mat. 27.* quitationem, cum Iudę proditionem & inanem pœ-  
*Ibidem.* nitentiam, cum vestimentorum fortitionem, cum  
 alia denique commemorat quæ modo memoriæ  
*Ioan. 2.* non occurrunt. Porrò Ioannes scripturam imple-  
*Ioan. 12.* tam profert, cum à Christo flagello deturbatos è  
*Ioan. 19.* templo mercatores scribit, cum asello vectum  
*Ibidem.* Dominum & ipse commemorat, cum in cruce  
*Ibidem.* pendens sitire se dixit, vt aceto potaretur, cum cru-  
*Ioan. 20.* cifixum quidem, sed nullū ipsius os comminutum,  
 denique cum narrat resurrectionis aperta indicia  
 sese ac Petrum vidisse, nec tamen resurrectionē cre-  
 didisse, quòd nondum scripturam didicissent: cæter-  
*Ioan. 7.* ras quoque scripturas tunc fuisse ab Apostolis intel-  
 lectas, cum iam Dominus esset glorificatus. Tunc e-  
 nim & gestorum esse recordatos, & Scripturæ atte-  
 statione commonitos penitus credidisse. Tãti apud  
 primos Ecclesiæ principes fuit veteris scripturæ au-  
 ctoritas ad nouam de Christo fidem asserendam. I-  
 taque videre est in omni ferè concione aut collatio-  
 ne Apostolorum, Christi Euangelium testamenti  
*Act. 10.* veteris prædictionibus comprobatum. Huic, inquit  
 Petrus, omnes prophetę testimonium perhibent, re-  
 missionem peccatorum accipere per nomen eius: i-  
*Act. 3.* dem aliàs quoque: Deus autem qui prænuntiavit per  
 os omnium Prophetarum pati Christū suum, sic im-  
*Act. 3.* pleuit: & infra: & omnes Prophetę à Samuel & dein-  
*Act. 7.* ceptus qui locuti sunt, annuntiauerunt dies istos. Si-  
 militer Stephanus: Et occiderūt eos qui prænuncia-  
 bant de aduentu Iusti, cuius vos nunc proditores &  
*Act. 13.* homicidæ fuistis. Eodē modo Paulus ad Antioche-  
 nos, Qui enim habitabant, inquit, Hierusalem &  
 principes eius hunc ignorantes & voces propheta-  
 rum,

rum quæ per omne sabbathum leguntur, iudicantes impleuerunt. Cumque consummassent omnia quæ de eo scripta erant, depõnentes eum de ligno posuerunt in monumento. Et Romæ in vinculis positus: Exponebat, inquit, testificans regnum Dei, suadensque eis de Iesu ex lege Moyfi & Prophetis à mane vsque ad vesperam. Atque ad Romanos scribens, segregatus in Euangelium Dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis. Immensum erit huius argumenti percurrere singula: sed præclarum adhuc Petri documentum non prætermittam, quod ita habet. De qua salute exquisierunt atque scrutari sunt Prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetarunt. scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi: prænuntians eas quæ in Christo sunt passiones & posteriores glorias: quibus reuelatum est, quia non sibi metipsis, vobis autem ministrabant ea quæ nunc nuntiata sunt vobis per eos qui euangelizauerunt vobis. Passiones Christi quas dicit, perspicuum est, irisiones certè, & conuitia, flagella, alapas, cæteraque grauia, quæ Euangelistæ narrant; atque imprimis abiectissimum mortis genus, opprobrium crucis. In his enim prænunciandis tanta est prophetici Spiritus magnitudo, vt longè copiosius in Prophetis, quam in Euangelistis legantur. Posteriores verò glorias, resurrectionem, mirabilem ad Patrem ascensum & confessum ad dexteram: tum potestatem in omnia humana & cœlestia datam, & regnum immortale sanctorum, atque ipsam Iudicij extremi maiestatem significat; Quæ futura quidem, partim è spiritu familiari occulta & incerta sapientiæ Dei docente, didicerant: sed desiderio tanta mysteria assequendi ardentibus, iussi sunt Prophetæ diuinitus,

*Act. 28.**Rom. 1.**1. Pet. 1.*

B aliis



aliis potius scribere quam sibi ipsis videnda expectare. Atque hoc insinuat Petrus, quemadmodum *Abac. 2.* Abacuc diserte loquitur: Contemplabor, inquit, ut videam, quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me. Et respondit mihi Dominus & dixit. Scribe visum & explana eum super tabulas, ut percurrat qui legerit eum. Quia adhuc visus procul, & apparebit in finem, & non mentietur, Si moram fecerit expecta illum, quia veniens veniet & non tardabit. Ecce qui incredulus est non erit recta anima eius in semetipso: iustus autem in fide sua viuet. *Rom. 1.* Quo testimonio sæpe Paulus ostendit siue antiquos *Galat. 3.* siue posteriores iustos ex Christi fide iustificatos. *Heb. 10.* Quibus argumentis satis illud effectum est, quod initio diximus, vetus quidem testamentum sine nouo intelligi minimè posse: nouum vero veteri comprobari, quòd vnus Christus fidei auctor, iuxta *Heb. 12.* apostolum, consummatorque sit.

*Iudaos in lege cecos esse quòd Christum ignorent.*

#### C A P. I V.

**Q**VÆ cum ita habeant, facilè est Iudaicæ cæcitatibus causas pernoscere, quibus cum nihil magis in manibus sit, nihil frequentius in ore, quàm scriptura diuina, nihil est tamen obscurius atque infructuosius. Quin potius noxium & exitiale malitia illorum redditum est, quod est vnicè ad salutem ipsorum diuinitus institutum, ita vaticinante Spiritu sancto: *Psal. 68.* Fiat mensa eorù coram ipsis in laqueum & in retributiones & in scandalum. Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Verè enim ex mensa cœlestis scripturæ, qua pasci & ali debuerant, scandalum potius & laqueum & dignam

dignam iræ retributionem accipiunt: quòd oculi illorum clausi sint, & dorsum in terram incuruum, vt æterna ac cœlestia videre non possint, terrenis his infimisque affixi, dū in spiritali lege nihil nisi carnale cogitant, nisi animale vel desiderant vel expectāt. Propterea Esaias audiuit, claude oculos populi huius, & aures eius obtura, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Vident diuinos codices & legunt atque audiunt, sed in iis ipsis cæci sunt, & surdi ac trunci. Ipsi enim oculos suos compresse-  
*Esaia 6.*  
 runt. Nam quod illa dixerit Esaias propterea quòd Christum repellentes, quæ de Christi excellentia propheteꝝ docent, Iudæi intelligere nō possint, aperte Ioannes indicat, cum recitato illo testimonio  
*Ioan. 12.*  
 adiungit. Hæc dixit Esaias quando vidit gloriã eius, *Esa. 59.*  
 & locut⁹ est de eo. Itaque accidit iis quod ab eodem propheta alibi scriptum est: Quoniam miscuit vobis Dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros, Prophetas & Principes vestros, qui vident visiões, operiet. Quo pacto verò oculos perfidorū claudat, & operiat, maiores natu ac magistros docet consequēter: Et erit vobis visio omnium sicut verba libri signati: quem cum dederint scienti literas, dicent: Lege istum, & respondebit: non possum, signatus est enim. Et dabitur liber nescienti literas, diceturque ei: Lege, & respondebit, nescio literas. Ita declarat sacram scripturã ab illis non esse quidē auferendam (quos catholicæ Ecclesiæ Scriniarios esse oportere præclarè Augustinus dixit) sed tamen ita clausam & illibatam futuram, vt æquè & literas sciēti & ignorantī ex vsu sit. Causam huius in illa gēte stupēdæ cæcitatis atque infatuationis è vestigio ponit Spiritus sanctus. Et dixit domin⁹: Eo quod appropinquat popul⁹ iste ore suo & labiis suis glorificat me, cor autē

eius longe est à me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis: ideo ecce ego addam, vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi, & stupendo: peribit enim Sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentium eius abscondetur, En vnde & quo venerit infœlicitas & absurditas hominum, qui repellentes bonam conscientiam fidei quoque iacturam fecerunt. Christum enim non recipientes neque agnoscentes, vt oportuit, lucem scripturarum sanctarum, quæ vnus est Christus, amiserunt. Quam hoc præclare Paulus eloquitur, quam diuinè philosophatur hoc loco? Habentes igitur, inquit, talem spem multa fiducia vtimur: & non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, vt non intenderent filij Israël in faciem eius, quod euacuatur, vetus testamentum dicit per Moyssem figuratum, quod non erat futurum æternum sicut nouum, ac proinde euacuandum quod ceremonias & promissiones terrenas contineret. Sequitur verò. Sed obtusi sunt sensus eorum. Vsq̄ue in hodiernum enim diem id ipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum ( quoniam in Christo euacuatur: ) sed vsque in hodiernum diem cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum. Cum autem conuersus fuerit ad Dominum, auferetur velamen. Quid igitur prodest intendere in Moyssem, cum velatus opertusque sit? Quid per illius apices oculos clausos ducere? Vsq̄ue dum enim conuertantur ad Dominum, & Dauid Regem suum agnoscat, vt est ab Osee dictum, populus ille iacebit in tenebris. Velamen autem legis & prophetiæ nullum est aliud, quàm ignorantia Christi. Quoniam in Christo, inquit, euacuatur. Vno verbo dixit omnia. Lex enim Euangelio cedit, neque est alia illius utilitas

2. Cor. 3.

Ibid.

Ose. 3.

Christi.  
Lex enim.

litas quam vt præparet Euan-  
 gēlio, quo veniente  
 nō habet vltra locum. Obscuritas quoque, & intel-  
 ligendi impedimentum omne tollitur simul atque  
 in lege Christus prædictus & multis modis ac variis  
 significatus agnoscitur. Legem enim sine spiritu le-  
 gis, qui est Christus (spiritus oris prophetici vt dixit  
 Hieremias) intelligere est impossibile. Itaque flen-  
 tem & querentem Ioannem quod librum diuinæ  
 præscientiæ clausum atque obfignatum sigillis sep-  
 tem nemo aperire posset, aut legere, neque in cælo  
 neque in terra, neque subtus terram, vnus de Senio-  
 ribus illis throno Dei astantibus bene sperare iussit  
 ac sedato esse animo, quòd Leo de stirpe David,  
 idemque agnus pro nobis occisus, solus esset librum  
 explicaturus: quem clausum Esaias populo infideli  
 prædixerat.

Thre. 4.  
 Apoc. 5.

Esa. 29.

*Aduersus Gnosticos, aliosque hæreticos vetus  
 testamentum repudiantes.*

C A P. V.

**S**IC VT vetus testamentum Iudæi nouo repudia-  
 to amplectentes, nihil nisi onus inutile portant,  
 magnisque & perniciosis erroribus inuoluuntur,  
 quòd literam occidentem teneant, spiritum vitalem  
 abiiciant: ita ex diametro oppositi quidam Christia-  
 ni nomine, re pagani, cum nouum testamentum lau-  
 dant & probant vetus improbant atque reiciunt,  
 vtrumque æquè perdunt. Etenim cum sit idem Spi-  
 ritus fidei, vt Apostolus docet, qui tam veteris quam  
 noui testamenti ministros affluit, atque in iis elo-  
 cutus est, haud fieri potest, vt aliàs mendax iniquus-  
 que sit, aliàs sanctus & verax. Initio sane nascentis  
 Ecclesiæ à Satana introducti sunt homines pessimi,  
 qui Christianum sibi nomen viūrpantes, & fœdissi-  
 mam vitam agerent, & portenta dogmatum inuehe-  
 rent,

2. Corin.  
 4.

feat, iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege donec omnia fiant. Vsq̄ adeo exactè veteri respondet nouum, Legi Euangelium. Vt enim in eximia pictura solet peritus artifex prius rudi materia delineare atque adumbrare formam, quam viuis postea perfectisque coloribus exprimit, ac priora vestigia ruditer impressa sequens, & perficiendo quodammodo delet, & delendo quodammodo perficit: ita Euangelica gratia olim præfigurata Legem & implet, & tollit. Nihil enim illic prædictum est, nihil præsignatum, quod non sit hinc exhibitum, atque perfectum. Quare nullo modo illa pugnans: Non veni soluere legem, sed adimplere: &: Lex & prophetæ vsque ad Ioannem. Neque illa rursus: Euacuati estis à Christo, qui in lege iustificamini: &: Legem destruimus? Absit: sed legem statuimus. Etenim cum legis finis sit Christus, tunc maximè lex statuitur, cum Christus tenetur, tunc egregiè consistit, cum cedit Euangelio. An qui fornicari futuro fulcra præstruit, cum fuerit opus perfectum, conqueritur quod perpetuæ structuræ supposita ad tempus materia cedat? Nonnè hoc agunt, hoc expetunt fulcra ipsa, vt moles cui fabricandæ seruiunt perpetua firmitate consistat? Quod si ipsa disiciantur opere absoluto, nulla est artificis accusatio. Vtrumque enim ratione idonea excogitauit, atque inter se cohærete fecit. Quod totum argumentum de Lege & Euangelio à Paulo præclaro est simili explicatum. Lex, inquit, pædagogus noster fuit in Christo. Notum est & quotidie fit, vt pueri nobiles ac regij seuerò pædago tradantur nutriendi atque instruendi, non ipsi quidem, sed, patri potius, à quo hæreditatem percepturi sunt, & in cuius disciplinam liberam atque ingenuam ex illa

*Matt. 5.**Matt. 11.**Galat. 5.**Roma. 3.**Galat. 3.*

illa veluti seruili, iam confirmata ætate, & matura, transeunt. Itaque & pater, & pædagogus optime inter se conueniunt, quamuis pro diuersa puerorum ætate & captu, diuersam educationis formam teneant, atque ab hoc certè perficitur quicquid illius cura rudioribus annis inchoatum traditur. Quare tantum abest, vt lex & grãtia pugnent inter sese; vt altera alteri perquam necessaria sit, vt lex præparet quod gratia perficiat. Et vetus quidem testamentum aut vix aut nullo pacto intelligi potest, nisi nouum credatur. Vt nouum verò credatur, magno pte confert vetus, in quo testata ea ipsa inueniet omnia, quæ Spiritus idem in nouo docet. Bene ergo Esaias dixit: Nisi credideritis, non intelligetis, quòd oporteat nouum credere, vt vetus intelligatur. Benè quoque Saluator noster admonuit: Si crederetis Moyse, crederetis forsitam & mihi: de me enim ille scripsit. Nam reuelatur iustitia Dei ex fide in fidem, vt Paulus loquitur, id est, ex fide veteris in fidem noui testamenti euangelicam.

*Esaiæ 7.  
iuxta. 70.  
Ioan. 5.*

*Rom. 1.*

*Euangelium Lege & Prophetis comprobari.*

### C A P. I I I.

**H**Oc, vt diuinam sapientiam omnia consilio suo moderantem decebat, Christus tenens, mirabile est dictu, quoties & quanta diligentia fidem suam ex veteris Scripturæ documentis asseruerit, confirmarit, astruxerit. Idque iam cum impiis & infidelibus agens, iam cum suis mitioribus quidem & ad discendum bene paratis, sed tamen crassis adhuc, & parum ingenio promptis. Ac Iudæis quidem tum Moysem suum obiicit, quem aut oscitanter legerent, aut infideliter acciperent; propterea scrutari iubet Scripturas, quoniam ipsæ de illo testimonium perhi

*Ioan. 5.  
Ibidem.  
Mat. 22.*

*Luc. 4.* perhiberent, & Dauidem opponit de Christo canentem: Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis. Et cum accepisset Esaia volumen, ac locum forte aperuisset ex capite sexagesimo primo, in auribus illorum tunc esse prophetiam illam impletam docuit, quod ipse ille esset quem Spiritus Domini vnxisset, atque ad Euangelizandum pauperibus misisset, vt sanaret contritos corde, vt prædicaret redemptionem captiuis, & cæcis visum largiretur, & contractos dimitteret liberos, & tempus salutæ Deoque gratum annuntiaret hominibus: quæ omnia sanè ille egregiè præstabat; vt ipsa rei veritate cuius testimonium redderent, vel ij homines qui mox ipsum præcipitem acturi fuerant. Iam verò discipulos quàm frequenter, quàm dilucidè Scripturarum admonet, atque in iis præsertim, quæ ab illorum & sensu & studio maxime aliena intelligebat, hoc est, de passione sua & morte & opprobrio crucis?

*Luc. 18.* Ecce, inquit, ascendimus Hierosolymam, & cõsummabuntur omnia quæ scripta sunt per Prophetas de Filio hominis. Quæ statim explicat: Tradetur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspuetur, & postquam flagellauerint, occident eum, & tertia

*Luc. 28.* die resurget. Atque alio loco. Quod scriptum est oportet impleri in me: Et cum iniquis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me, finem habent. Et rursus. Filius quidè hominis vadit sicut scriptum est de eo.

*Mat. 26.* Mox etiã ad Petrum. Quomodo ergo implebuntur

*Psal. 40.* scripturæ, quia sic oportet fieri? Et postquam à mortuis resurrexit, duobus iter facièntibus ac de ipso sermocinantibus sese comitem adiungens: O, inquit, stulti & tardi corde ad credendum in omnibus quæ locuti sunt prophetæ. Nonne hæc oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? Et incipiens



piens à Moÿse & omnibus prophetis interpreta-  
 batur illis in omnibus Scripturis, quæ de ipso erant.  
 Atque eadem die Apostolis apparens repetit quæ  
 pridem de Scripturis in ipso implendis commone- *Luc. 24.*  
 fecerat. Hæc, ait, sunt verba quæ locutus sum ad vos,  
 cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est  
 impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moÿsi &  
 Prophetis & Psalmis de me. Tunc aperuit illis sen-  
 sum, vt intelligerent scripturas, & dixit eis: Quoniã  
 sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati &  
 resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomi-  
 ne eius pœnitentiam & remissionem peccatorum  
 in omnes gentes. Qua scripturarum intelligenda-  
 rum Apostoli luce perfusi, sensu & spiritu à Domi-  
 no accepto, cum mysteria Christi vel narrando tra-  
 derent, vel disputando & scribendo docerent, ad fi-  
 dem conciliandam Euangelio prophetarum oracu-  
 la tanti vbique fecerunt, vt non dubitet Petrus ipsi *2. Petr. 1.*  
 oculorum testimonio præferre, ad hunc modũ scri-  
 bens: Et hanc vocem nos audiuius de cælo alla-  
 tata cum essemus cum ipso in monte sancto. Et ha-  
 bemus firmiorem propheticum Sermonem, cui be-  
 nefacitis attendentes quasi lucernæ lucenti in cali-  
 ginoso loco donec dies elucescat, & lucifer oriatur  
 in cordibus vestris. Ex qua re animaduertimus, cur  
 Sancti Euangelistæ Marthæus præcipuè ac Ioannes  
 passim cum Christi res gestas referunt, etiam testi-  
 monia veteris scripturæ adhibenda sibi putent, Mat- *Matt. 1.*  
 thæus quidem cum Virginis conceptum & partum *Matt. 2.*  
 narrat, cum urbem Christi natalem, tum puerorum *Ibidem.*  
 cædem ab impio rege perpetratam, cum Christi ex *Ibidem.*  
 Ægypto regressum, cum Ioannis prædicationem, *Matt. 3.*  
 cum Christi euangelizandi exordia, cum conuersa- *Matt. 4.*  
 tionis suauitatem, & miram mansuetudinem, cum *Matt. 12.*  
 benefici *Matt. 8.*

beneficia & curationes allatas miseris, cum ingres-  
*Mat. 20.* sum in Hierosolymas illum illustrem atque aselli e-  
*Mat. 27.* quitationem, cum Iudę proditionem & inanem pœ-  
*Ibidem.* nitentiam, cum vestimentorum sortitionem, cum  
 alia denique commemorat quæ modo memoriæ  
 non occurrunt. Porrò Ioannes scripturam imple-  
*Ioan. 2.* tam profert, cum à Christo flagello deturbatos è  
*Ioan. 12.* templo mercatores scribit, cum asello vectum  
*Ioan. 19.* Dominum & ipse commemorat, cum in cruce  
*Ibidem.* pendens sitire se dixit, vt aceto potaretur, cum cru-  
*Ibidem.* cifixum quidem, sed nullū ipsius os comminutum,  
*Ioan. 20.* denique cum narrat resurrectionis aperta indicia  
 sese ac Petrum vidisse, nec tamen resurrectionē cre-  
 didisse, quòd nondum scripturam didicissent: cæte-  
*Ioan. 7.* ras quoque scripturas tunc fuisse ab Apostolis intel-  
 lectas, cum iam Dominus esset glorificatus. Tunc e-  
 nim & gestorum esse recordatos, & Scripturæ atte-  
 statione commonitos penitus credidisse. Tãti apud  
 primos Ecclesiæ principes fuit veteris scripturæ au-  
 ctoritas ad nouam de Christo fidem asserendam. I-  
 taque videre est in omni ferè concione aut collatio-  
 ne Apostolorum, Christi Euangelium testamenti  
*Act. 10.* veteris prædictionibus comprobatum. Huic, inquit  
 Petrus, omnes prophetę testimonium perhibent, re-  
 missionem peccatorum accipere per nomen eius: i-  
*Act. 3.* dem aliàs quoque: Deus autem qui prænuntiavit per  
 os omnium Prophetarum pati Christū suum, sic im-  
*Act. 3.* pleuit: & infra: & omnes Prophetę à Samuel & dein-  
*Act. 7.* ceptis qui locuti sunt, annuntiauerunt dies istos. Si-  
 militer Stephanus: Et occiderūt eos qui prænuncia-  
 bant de aduentu Iusti, cuius vos nunc prociutores &  
*Act. 13.* homicidæ fuistis. Eodē modo Paulus ad Antioche-  
 nos, Qui enim habitabant, inquit, Hierusalem &  
 principes eius hunc ignorantes & voces propheta-  
 rum,

rum quæ per omne sabbathum leguntur, iudicantes impleuerunt. Cumque consummasset omnia quæ de eo scripta erant, deponentes eum de ligno posuerunt in monumento. Et Romæ in vinculis positus: Exponebat, inquit, testificans regnum Dei, suadensque eis de Iesu ex lege Moyfi & Prophetis à mane vsque ad vesperam. Atque ad Romanos scribens, segregatus in Euangelium Dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis. Imensum erit huius argumenti percurrere singula: sed præclarum adhuc Petri documentum non prætermittam, quod ita habet. De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt Prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetarunt scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis Spiritus Christi: prænuntians eas quæ in Christo sunt passiones & posteriores glorias: quibus reuelatum est, quia non sibi metipsis, vobis autem ministrabant ea quæ nunc nuntiata sunt vobis per eos qui euangelizauerunt vobis. Passiones Christi quas dicat, perspicuum est, irrisiones certè, & conuitia, flagella, alapas, cæteraque grauias, quæ Euangelistæ narrant; atque imprimis abiectissimum mortis genus, opprobrium crucis. In his enim prænunciandis tanta est prophetici Spiritus magnitudo, vt longè copiosius in Prophetis, quam in Euangelistis legantur. Posteriores verò glorias, resurrectionem, mirabilem ad Patrem ascensum & confessum ad dexteram: tum potestatem in omnia humana & cælestia datam, & regnum immortale sanctorum, atque ipsam Iudicij extremi maiestatem significat; Quæ futura quidem, partim è spiritu familiari occulta & incerta sapientiæ Dei docente, didicerant: sed desiderio tanta mysteria assequendi ardentes, iussi sunt Prophetæ diuinitus,

*Act. 28.  
Rom. 1.*

*1. Pet. 1.*

B aliis

aliis potius scribere quam sibi ipsis videnda expectare. Atque hoc insinuat Petrus, quemadmodum *Abac. 2.* Abacuc diserte loquitur: Contemplabor, inquit, ut videam, quid dicatur mihi, & quid respondeam ad arguentem me. Et respondit mihi Dominus & dixit. Scribe visum & explana eum super tabulas, ut percurrat qui legerit eum. Quia adhuc visus procul, & apparebit in finem, & non mentietur. Si moram fecerit expecta illum, quia veniens veniet & non tardabit. Ecce qui incredulus est non erit recta anima eius in semetipso: iustus autem in fide sua viuet. *Rom. 1.* Quo testimonio sæpe Paulus ostendit siue antiquos *Galat. 3.* siue posteriores iustos ex Christi fide iustificatos. *Heb. 10.* Quibus argumentis satis illud effectum est, quod initio diximus, vetus quidem testamentum sine nouo intelligi minimè posse: nouum vero veteri comprobari, quòd vnus Christus fidei auctor, iuxta *Heb. 12.* Apostolum, consummatorque sit.

*Iudaos in lege cecos esse quòd Christum ignorent.*

C A P. I V.

**Q**VÆ cum ita habeant, facilè est Iudaicæ cæcitatatis causas pernoscere, quibus cum nihil magis in manibus sit, nihil frequentius in ore, quàm scriptura diuina, nihil est tamen obscurius atque infructuosius. Quin potius noxium & exitiale malitia illorum redditum est, quod est vnice ad salutem ipsorum diuinitus institutum, ita vaticinante Spiritu sancto: *Psal. 68.* Fiat mensa eorù coram ipsis in laqueum & in retributiones & in scandalum. Obscurentur oculi eorum ne videant, & dorsum eorum semper incurua. Verè enim ex mensa cœlestis scripturæ, qua pasci & ali debuerant, scandalum potius & laqueum & dignam

dignam iræ retributionem accipiunt: quòd oculi illorum clausi sint, & dorsum in terram incuruum, vt æterna ac cœlestia videre non possint, terrenis his infimisque affixi, dū in spiritali lege nihil nisi carnale cogitant, nisi animale vel desiderant vel expectāt. Propterea Esaias audiuit, claudere oculos populi huius, & aures eius obtura, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Vident diuinos codices & legunt atque audiunt, sed in iis ipsis cæci sunt, & surdi ac trunci. Ipsi enim oculos suos compresserunt. Nam quod illa dixerit Esaias propterea quòd Christum repellentes, quæ de Christi excellentia prophetæ docent, Iudæi intelligere nō possint, aperte Ioannes indicat, cum recitato illo testimonio *Ioan. 12.* adiungit. Hæc dixit Esaias quando vidit gloriã eius, *Esai. 59.* & locut⁹ est de eo. Itaque accidit iis quod ab eodem propheta alibi scriptum est: Quoniam miscuit vobis Dominus spiritum soporis, claudet oculos vestros, Prophetas & Principes vestros, qui vident visiões, operiet. Quo pacto verò oculos perfidorū claudat, & operiat, maiores natu ac magistros docet consequēter: Et erit vobis visio omnium sicut verba libri signati: quem cum dederint scienti literas, dicent: Lege istum, & respondebit: non possum, signatus est enim. Et dabitur liber nescienti litteras, diceturque ei: Lege, & respondebit, nescio litteras. Ita declarat sacram scripturã ab illis non esse quidē auferendam ( quos catholicæ Ecclesiæ Scriniarios esse oportere præclare Augustinus dixit) sed tamen ita clausam & illibatam futuram, vt æquè & litteras sciēti & ignorati ex vsu sit. Causam huius in illa gēte stupēdæ cæcitatatis atque infatuationis è vestigio ponit Spiritus sanctus. Et dixit domin⁹: Eo quod appropinquat populus iste ore suo & labiis suis glorificat me, cor autē

*Esai. 6.**Ioan. 12.**Esai. 59.**August.**ep. 59. ad**Paul. 9.**2. & lib.**12. cont.**Faust.**Manic.**cap. 23.**Esai. 29.*

eius longe est à me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis: ideo ecce ego addam, vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi, & stupendo: peribit enim Sapientia à sapientibus eius, & intellectus prudentium eius abscondetur, En vnde & quo venerit infœlicitas & absurditas hominum, qui repellentes bonam conscientiam fidei quoque iacturam fecerunt. Christum enim non recipientes neque agnoscentes, vt oportuit, lucem scripturarum sanctarum, quæ vnus est Christus, amiserunt. Quam hoc præclarè Paulus eloquitur, quam diuinè philosophatur hoc loco? Habentes igitur, inquit, talem spem multa fiducia vtimur: & non sicut Moyses ponebat velamen super faciem suam, vt non intenderent filij Israël in faciem eius, quod euacuatur, vetus testamentum dicit per Moysen figuratum, quod non erat futurum æternum sicut nouum, ac proinde euacuandum quod ceremonias & promissiones terrenas contineret. Sequitur verò. Sed obtusi sunt sensus eorum. Vsque in hodiernum enim diem id ipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatum ( quoniam in Christo euacuatur: ) sed vsque in hodiernum diem cum legitur Moyses, velamen positum est super eorum. Cum autem conuersus fuerit ad Dominum, auferetur velamen. Quid igitur prodest intendere in Moysen, cum velatus opertusque sit? Quid per illius apices oculos clausos ducere? Vsque dum enim conuertantur ad Dominum, & Dauid Regem suum agnoscat, vt est ab Osee dictum, populus ille iacebit in tenebris. Velamen autem legis & prophetiæ nullum est aliud, quàm ignorantia Christi. Quoniam in Christo, inquit, euacuatur. Vno verbo dixit omnia. Lex enim Euangelio cedit, neque est alia illius utilitas

2. Cor. 3.

Ibid.

Ose. 3.

um e.  
Christo, 11  
Lex enim E

litas quam vt præparet Euan-  
 nõ habet vltra locum. Obscuritas quoque, & intel-  
 ligendi impedimentum omne tollitur simul atque  
 in lege Christus prædictus & multis modis ac variis  
 significatus agnoscitur. Legem enim sine spiritu le-  
 gis, qui est Christus (spiritus oris prophetici vt dixit  
 Hieremias) intelligere est impossibile. Itaque flen-  
 tem & querentem Ioannem quod librum diuinæ  
 præscientiæ clausum atque obsignatum sigillis sep-  
 tem nemo aperire posset, aut legere, neque in cælo  
 neque in terra, neque subtus terram, vnus de Senio-  
 ribus illis throno Dei astantibus bene sperare iussit  
 ac sedato esse animo, quòd Leo de stirpe David,  
 idemque agnus pro nobis occisus, solus esset librum  
 explicaturus: quem clausum Esaias populo infideli  
 prædixerat.

Thre. 4.  
 Apoc. 5.

Esa. 29.

*Aduersus Gnosticos, aliosque hæreticos vetus  
 testamentum repudiantes.*

C A P. V.

**S**IC VT vetus testamentum Iudæi nouo repudia-  
 to amplectentes, nihil nisi onus inutile portant,  
 magnisque & perniciosis erroribus inuoluuntur,  
 quòd literam occidentem teneant, spiritum vitalem  
 abiiciant: ita ex diametro oppositi quidam Christia-  
 ni nomine, re pagani, cum nouum testamentum lau-  
 dant & probant vetus improbant atque reiiciunt,  
 vtrumque æquè perdunt. Etenim cum sit idem Spi-  
 ritus fidei, vt Apostolus docet, qui tam veteris quam  
 noui testamenti ministros afflauit, atque in iis elo-  
 cutus est, haud fieri potest, vt aliàs mendax iniquus-  
 que sit, aliàs sanctus & verax. Initio sane nascentis  
 Ecclesiæ à Satana introducti sunt homines pessimi,  
 qui Christianum sibi nomen viurpantes, & fœdissi-  
 mam vitam agerent, & portenta dogmatum inuehe-

2. Corin.  
 4.

B 3 rent,

rent, quibus omnia Scripturæ sanctæ munimenta conuellerēt: vt dum à veris Christianis minus inter- noscuntur, vulgus vocabulo ipso deceptū pessimam de Christi Ecclesia, vt Iustinus atque Eusebius con- queruntur, opinionem conciperet. In his fuere Car- pocrates, Cerdon, Marció, cæteræque Gnosticorum pestes, quos Irenæus & Tertullianus, & Epiphanius, cæterique heresum oppugnatores referunt, legem & prophetas damnasse, veteris testamēti Deum recu- sasse, neque patrem Domini nostri Iesu Christi esse voluisse. Quorum nugæ etiam auxit tempore pro- cedente Manes, cuius impietatē & vanitatem incre- dibilem cum aliis in multis, tū maxime in damnādo Deo veteris testamenti non solū refert, sed copiosè etiam refellit Augustinus. Quod si monstra hæc ho- minum rogites, qua fronte Christianum sibi nomen imponāt, Euangeliū recipiant: Christum profitean- tur, & tamen Deum illius, mundi huius conditorem, legis & prophetarum auctorem auersentur, quem Euāgelia epistolæque omnes Apostolicæ vnū Deum eundemque Patrē Domini nostri Iesu Christi aper- tē crebroque prædicent, quid responsuros putas? Id prorsus quod impudentem ac vesanam talium licen- tiam respondere par est. Deprauatam esse noui testa- menti scripturam, quoties veteris auctoritatem tue- tur. Ita pro libidine vetera conuellunt, noua decur- tāt. Sed nihil hīc immorari amplius aut libet aut ex- pediat. Illud confessione vel mendacij ipsius tenea- mus, non posse nouum testamentum sine fide veteris stare. Quamquam admonuisse nihil vetat propter il- lorum pestilentes errores tempore iam Apostolico pullulātes à Petro & Iuda, & ipso Paulo, atq; à Ioan- ne quoq; cōtra corruptorū fidei venena, Apostolicæ doctrinæ antidoto in epist. Ecclesias fuisse munitas.

Collatio

*Iustinus  
in collo-  
que Try-  
phonis.*

*Euseb. 4.*

*Hist. c. 7.*

*Irenæ. l.*

*4. c. 24.*

*28. 29. &*

*l. 3. c. 12.*

*Epip. l. 1.*

*tō. 2. h. ar.*

*41. & 42*

*Tertull.*

*li. de præ-*

*scription.*

*Euseb. l.*

*4. Hist. c.*

*10. Aug.*

*H. ar. 7.*

*& 21. &*

*22. & li.*

*46. cōtra*

*Faust. in.*

*6. tom.*

*Irenæ. li.*

*3. cap. 12.*

*Ioan. Bos*

*in suame*

*modo.*

*ne quæ*

*doctrin.*



*Collationem vtriusque testamenti esse perutilem  
ad infideles coarguendos.*

## CAP. VI.

**S**I quis igitur vtriusque testamēti de Christo sententias diligēter colligat, atque inter sese pari fide conferat, tum ita concinnet ac coaptet, vt quæ in Euangelio legūtur exhibita, in lege demōstret prædicta: magnū is mea sententia operæ pretium facturus est. Ac vix dicere possum, quantos huius laboris fructus, si vt par est adhibeatut futuros putem. Primus ille est certus & expeditus ad refellendos ac debellandos eos, qui vel euangelicam legem aspernantur, cum veterem mordicus retineant: vel contra nouo suscepto atque probato testamēto reiiciunt vetus. Nam confundendū expugnandique Iudæos nulla est alia ratio, nulla via, nisi ex scripturis ipsorum Iesus Christus demonstretur: in quo omnia à lege & prophetis prædicta penitus expleta sint, vt amentia & furoris sit, alium, in quo illa fiant, præstolari. Incubuit in id studij vehementer Paulus, egregius Christi prædicator, cuius indefessam in hoc Iudæis probando operam cum aliâs sæpe, tum apud Thessalonicenses maximè actus Apostolici cōmendant. Cum perambulassent, inquit, Amphipolim & Apolloniam venerunt Thessalonicam vbi erat Synagoga Iudæorum. Secundum consuetudinem autem Paulus intrauit ad eos, & per Sabbatha tria diserebat eis de Scripturis; adaperiens & insinuans quia Christum oportuit pati, & resurgere à mortuis, & quia hic est Iesus Christus, quē ego annuntio vobis. Cui præceptoris optimi industria par nobilium auditorum cura respondit. Nam nobiliores, inquit, eorum qui sunt Thessalonicæ susceperunt verbum

Act. 17.

Ibidem.

Act. 18.

*Instit. in  
colloqui.  
Tryphō.  
Cyprian.  
i. lib. con-  
tra Iu-  
daos.*

cum omni auiditate, quotidie scrutātes Scripturas si hęc ita se haberēt. Quo tēpore eloquētissimi ac Scripturarū potentissimi fratris Apollinis, in Euangelico negotio promouēdo & Iudaica peruerſitate confutanda extitit mirabilis vis. Iudæus, inquit, quidam Apollo nomine, Alexandrinus genere, vir eloquens, deuenit Ephesum potēs in Scripturis. Hic erat edoctus viam domini, & feruens spiritu loquebatur, & docebat diligenter ea quæ sunt Iesu. Ac mox. **Qui** cum venisset in Achaïam, contulit multum his qui crediderant, vehementer enim Iudæos reuincebat publicè, ostendens per Scripturas esse Christum Iesum. Hoc Apostolorum studium imitati in cōciliandis fidei Christianæ Iudæis, vel si sponte insanire mallent, obstruendis, ac pudefaciendis, posteriores nonnulli, nō verbo solum, sed literis etiam egerunt: vt Christus in vtroque testamento pariter ostenderetur. Extat præclara, ac proluxa disputatio Iustini Martyris cum Tryphone principe Synagogæ. Extant libri sancti etiam martyris Cypriani ad Quirinum aduersus Iudæos, in quibus breuiter certis capitibus Scripturas vtriusque testamenti congruentes adhibet. Et quia non Iudæis tantum, quibus familiares erant Scripturæ, sed gentibus etiam efficax atque inuictum argumentum ad fidem Iesu asserendam, fuit semper mirabilis prædictio prophetarum de iis quæ Christiani tenemus & sapimus, tanto tot sæculis ante prodita: Propter quam causam plerisque ex gentilibus Thessalonicēsis & fœminas, & viros credidisse Lucas refert (quem enim vel mediocri prudentia præditū non moueat & flectat diuina vis, quæ in rebus gestis Christi Christianaq; reipublicæ oraculis prophetarum tam longa ante atate, tam minutè, tam certò, tam copiosè, tam vno tot vi-

rorum

rorum cōsensu prædictis denuntiatisque admirabili veritate elucet?) Eam ob rem etiã ad gētes hoc argumētum persecuti sunt Sancti Patres, vt quæ religio Christiana tenet, in libris Iudæorum consignata per viros à Deo afflatos exponerent; quod in vtraque apologia pro Christianis idē martyr Iustinus effecit. Communiter vero ad omnes siue Iudæos siue gentiles siue etiam Christianos per scripsit Cæsariensis Eusebius doctissimum opus de Euangelica demonstratione, totis decem libris copiosissime ostendens omnia quæ de Christo religio nostra tenet asserta diuinitus, atque innumerabilibus prophetarum oraculis prædicata. Diuus vero Augustinus & si minus operosè, sed aptè satis ipse quoque eundem modum sequutus est in quadam magni illius de ciuitate Dei operis parte, hoc est, in decimo sextò, in decimo septimo, & decimo octauo libro. Quod argumentum etiam B. Prosper Aquitanicus, & copiose tractauit & eleganter, in suo de Diuinis prædictionibus opere. Nam qui ex nouo testamētò, legis & prophetarum aduersarios expugnarent Manichæus, & Gnosticos & Cerdonianos, fuere complures quos iam retuli, imprimisque is ipse Pater in toto opere aduersus Faustum atque alias sepe defendens veterum Patrum innocentiam & mores pro illa ætate iustissimos. Quod etiam facit Epiphanius, atque vtroque superior Irenæus. Quare ex mutua collatione legis & euangelij triplicem fructum capimus, si vera sunt ea quæ diximus, quod Iudæi confunduntur, quod Gentiles conciliantur, quod Hæretici deteguntur.

*Iust. in a-  
polog. pro  
Chris.  
Euseb.  
Casar.*

*August. in  
lib. de  
ciuit. Dei.*

*Epipha-  
nius Ire-  
næus.*

*Fideles valde confirmari utroque testamento mutuo collato.*

CAP. VII.

**N**EQUE verò inferior est vtilitas fidelium in vtraque Scriptura comparanda. Primùm enim fides stabilitur & crescit: deinde intelligendis Scripturis quædam magnitudo lucis affertur: tum meditando salutaribus mysterijs, atque animo altè inspicendis de vnaquaque re congestæ vtrinque diuinæ voces plurimum valent: demum instructioni populi Christiani vt aptè copioseque fiat ab ijs quorum interest Dei verbum tractare, cõducit. Quæ à me breuiter enumerata, vberius paulo exponenda sunt. Ergo fidem in nobis, vt gignitur diuino verbo, eodem quoque ali & augeri ac perfici, nemo contradicet. Consensus vero cælestium omnium verborum, atque idem vbique veritatis Spiritus, nisi de vnoquoque capite sententiæ variæ locis ac temporibus, non solum auctoribus, maximè diuersis, mirificè inter se cõspirantes vno velut aspectu obijciantur, perspicere faciliè non potest: simul verò composita, atque ex longissime distantibus locis in vnum collata, dici non potest, quam fidei lætitiâ, quos cumulos afferat. Apollinem per Scripturas Iesum probantem multum contulisse ijs qui crediderant, supra iam ex Luca protulimus. Quare à se quidem plantatos Paulus

*Act. 18.*  
*1. Cor. 3.* Corinthios admonet, ab Apolline autem rigatos. Vt enim stirpes teneræ, aquæ copia coalescunt & augentur, ita noui fideles sapientiâ illius viri eloquentis & Scripturarum imbre creuerunt, Deo scilicet præstante incrementum. Ac cum multa & magna sint argumenta, qui testimonia Dei nostri credibilia facta sunt nimis, vt habet psalmus, illud nullo modo inferius est cæteris, fortassis etiam superat omnia,

quod

quod in maxima eloquiorum Dei & multitudine & varietate mirabilis quidem consensus & supra omnem humanam cogitationem atque artem sibi vndique constans pulcherrimè elucet. Est enim summę veritatis solius; vt sibi per omnia constet. Humana ingenia quantacunque industria & facultate polleant, vel sibi ipsis vel veritati interdum, contradicant necesse est. Itaque summi Philosophi atque excellentes legum latores discrepare ac dissidere quodammodo à se, ab ijs qui accuratius eorum scripta relegunt, deprehendi solent. At diuinas Scripturas, cum ab auctoribus non solum diuersis, sed multis sæculis, & toto dicendi genere inter se maximè remotis proditæ sint, quicumque legunt, qua par est attentione, & Dei dono intelligunt, omnino est incredibile dictu quàm ex illarum mutuò collatarum concordãtia & veluti symphonia, reddantur attoniti: vt cogantur quemadmodum singula Dei opera, bona, omnia autem, bona valde probantur; ita eloquia illius singula quidem vera per se, sed omnia simul pronuntiare verissima. Quia enim omnes vtriusque testamenti Patres eundem fidei Spiritum acceperunt, eundem Deum, eundem Christum Dominum nobis consonant, tanquam per diuersa foramina fistulæ, eiusdem spiritus vox artificiosa concentum iucundissimum faciat. Hæc planè sunt duo illa Seraphim vt scriptores haud vulgares volunt, sibi mutuò respondentia ac reddentia vocem eandem in laudatione ter sancti atque omnipotentis Dei: duo quippe testamenti vnum atque eundem Regem gloriæ celebrantia sibi perpetuo consonant. Quare Thessalonicenses illi nobiles, quorum supra mentionem fecimus, cum ab Apostolo Christi Euangelium audissent atque assensu essent,

tamen

*Esa. 6.**Aug. c. 10.**115. c. 16.**Hierony.**epist. ad**Damasum**in 3. tomo**de visione**Esaia**& Esa. 6.**Act. 17.*

tamen quotidiana diligentia veteres scripturas inuestigantes, vtrum ne illa ipsa ibi essent, quæ docebat Paulus, vbi omnia conuenire deprehendunt, robustas in fide radices egere.

*Lucem magnam afferri cognitioni Scripturae  
sacrae vtriusque paginae collatione.*

## CAP. VIII.

*Aug. lib.  
13. conf.  
& 2. de  
Doctrin.  
Christ.*

**A**D comparandam verò germanā scripturarum intelligentiam, nihil æquè cōfert ac testamenti vtriusque de rebus iisdem auctoritates collatæ. Namque vt Augustinus præclare docet, nusquā melius scripturæ sensum discimus quam in scriptura; quòd apertè vna doceat quod alia dixit obscurius. Ita fit vt familiaris veluti consuetudo diuinorum eloquiorum promptam & expeditam quandam facultatem pariat: intelligēdis ijs quæ per ænigmata alioqui dici viderentur, atque ita ambigūe, vt vix quo essent referenda constaret. Quid, quòd totius veteris testamenti, vt sæpe iam diximus, finis atque institutū Christus est, cuius nouum nihil aliud est quam manifesta annuntiatio? Itaque quicquid illic occultum est, hic velut luce infusa patefit, clauēque David alata, quòd clausum tradidere maiores nostri ad fœlicitatem hæredis Christiani populi referatum est. Nonne hoc dixit breuissimè & absolutissimè Paulus, cum loquens de veteri testamēto in Christo euacuari, hoc est aperiri prodiq; dixit? Meritò Apostoli cum sine intellectu propemodum essent, vsque adeo vt apertè docentem futuram crucis passionem non intelligerent: tamen vbi & passus & crucifixus est, & surrexit à mortuis, spiritum ex ore ipsius hauserunt, vt intelligerent Scripturas. Neque enim est alia ratio sacras scripturas intelligendi nisi ex cognitione & fide

*1. Cor. 3.*

*Luc. 18.*

*Luc. 24.*

& fide Iesu qui mortuus est propter peccata nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Igitur si quæ gesta per Christum sunt, cum ijs ordine conferamus, quæ à Prophetis de illo prædicta sunt, dubium esse non potest, quin optimam atque clarissimam interpretandi rationem sequuturi simus. Solent nautæ longam atque ignotam navigationem facturi, descriptionem à peritis earum regionum laboratam diligentissime inspicere, & ad singula penè momenta cum ijs conferre quæ occurrunt. Quæ littora, quæ promontoria, qui sinus, rupes, scopuli, vada, omnia illic examinant, atque ipsius picturæ ad vera quæ vident, comparatione, & multa melius in descriptione intelligunt, quæ erant obscura in experitis, & in ipso suo itinere animaduertunt notata non pauca; quæ nisi descripta charta admonerentur, facile præterirent. Tum vero mirifice exultant atque instrumenti sui fidem probatam rebus, ad cælum tollunt. Ita prorsus mihi in Prophetis & Euangelio accidere contemplanti videtur. Nam quia antiquis omnia in figura contingebant, atque omnes prænuntiabant de aduentu Iusti, remissionem peccatorum per vnum Christum pollicentes, quem proposuit propitiatorem omnibus in sanguine ipsius, vt diuinæ literæ tradunt, necesse profecto est, vt vicariam sibi operam lex vetus & noua mutuo præstent, atque ex cognitione alterius pleniùs alterum innotescat: Ita, quòd sæpe dixi, Prophetæ euangelio testimonium perhibent fidemque conciliant: euangelium Prophetis vicissim auctoritatem atque intelligentiam tribuit. Quæ omnia in vnum collata cum caput quoduis consideratur, vt de Sacerdotio Christi, aut de regno, aut de opprobrijs, & cruce, aut de aduentu vltimo, admirabilem sibi mutuo lucem afferunt

1. Cor. 10.

Act. 7.

Act. 10.

Rom. 3.

runt fructusque pariunt gustatu iucundissimos, ac veluti thesauros exquisitos & copiosos Sapientiæ studiosi produnt: quibus illud vsu venit, quod beatus *Psal. 118.* psaltes de se canebat. Lætabor ego super eloquia tua sicut qui inuenit spolia multa. Id mihi quoque accidisse fateor, cum adieci animum ad colligendas vtriusque testamenti de Christo scripturas, atque ordine qui mihi visus est commodissimus, de vno quoque capite congressi quæ memoriæ potuerunt occurrere ex nonnulla sacrorum bibliorum meditatione quæsitæ. Ita enim alias alijs scripturis & aperiri & ditari, & magnificum Dei Spiritum omnia prospicientem inter se coniunctas referre, animaduerti, vt *3. Reg. 10.* quod Regina illa de Salomonis sapientia dixit, plus longè se esse expertam quam fama accepisset, id ego mecum serio iactarem, multo amplius mihi contulisse cælestis huius sapientiæ verba aure cordis aufcultauisse, ac de re quauis quid illa vel in nouo vel in veteri instrumento produceret, consuluisse, quam mirificis licet, & grandibus sanctorum Patrum præconijs credidissem.

*Ad pietatis studium inflammandum, valere plurimum testimonia varia de Christo in vnum collata. CAP. IX.*

*Ephes. 3.* **S**ED si adhuc etiam addiderim ad pietatis studium non parum accessionis fieri, accurata de Christo reuelato vtriusque paginæ collatione nihil vel nouum vel inexpertum dixero. Quamuis enim ad Christi Iesu diuitias, quas meritò inuestigabiles Paulus appellat, cognoscendas ac desiderandas euangelica atque Apostolica doctrina sufficiat, tamen nescio quomodo his adiuncta ac bene commixta prophetica quoque tot oraculis prædictionibusque pleni-

si  
quomodo  
hetica quomodo



nifsima admirabili Christi suauitate animum implet. Ita Ioannes vidisse se narrat eos, qui vicerunt bestiam habentes cytharas Dei cantantes canticum Moyſi serui Dei, & canticum agni. Neque enim aliud est Moſis toriusque Legis canticum, aliud Agni: sed vnum atque idem omnes diuini cytharædi carmen sonant: Regis nostri gloriam, atque agni nuptias epithalamiumque celebrantes. Hanc sanctarum Scripturarum meditationem pietate plenissimam, magnus doctor Paulus Timotheo illis verbis commendat: Tu verò permane in ijs quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris, & quia ab infantia sacras literas nosti, quæ te possunt instruere ad salutem per fidem quæ est in Christo Iesu. Omnis scriptura diuinitus inspirata, utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum ad erudiendum in iustitia, vt perfectus sit homo Dei, ad omne opus bonum instructus. En tibi ex Paulo vniuersæ Scripturæ sacræ fructum, vt instruamur ad salutem per fidem & agnitionem Iesu Christi. Hic est ille cubitus apud Ezechielem, in quo vterque murus templi, id est, vetus & nouum testamentum iungitur, in quo etiam omnis fabricatio arcæ Noë consummatur, vt bene Hieronymus admonet. Omnis enim diuina Scriptura, vt Augustino placet, nihil aliud quam Christum annuntiat, & charitatem docet. Quare studiosa & sincera meditatio Scripturæ, quantum ad Christi Iesu cognitionem & dilectionem excitandam inflammandamque conducatur, melius res ipsa quamuis docebit expertum, quam verbis vllis exprimi potest. Ego verò sepe mirari soleo huius sæculi mores. Cum nihil enim sit ad pietatem veramque in Deum deuotionem parandam; diuinorum librorum lectione potentius, nihil à sanctis patribus maioribus nostris vel in se usurpatum magis,

*Apoc. 15.**2. Tim. 3.**Ezechie. 40.**Gen. 6. Hiero. in ca. 40.**Exch. Aug. I. de catechiz. rudibus cap. 4.*

magis, vel alijs ad proficiendum in via Dei commendatum, tamen hac aetate vix vnum aut alterum reperias, qui biblia sacra hoc instituto relegat, alios nescio quos libellos & opuscula adeunt, cum mente in Deum assurgere cupiunt, atque animum expurgare à vitijs: bona illa quidem & pia & salutaria opuscula, sed cum Euangeliorum aut Apostolicæ doctrinæ aut Sapientiæ aut Prophetarum libris non magis comparanda quam cum sole lucerna exigua. Itaque biblia sacra cum aperiunt, aut discunt, aut versant, totum illud negotium veluti artificiale habetur in aliosque refertur, videlicet, vt concionentur, vt de cathedra doceant; qui optimè, vt cognitionem Scripturæ sibi pariant tanquam scientiæ cuiuspiam nobilioris: ô nos planè hebetes, & ad diuinas literas hauriendas cæcos vbi maximè vel vnicè potius, spiritus loquitur, ibi spiritum minime quærimus. Et putamus nos dulcissimos, ac iucundissimos fructus vitalis ligni posse percipere cùm alio instituto carparamus, alio illi producti sint. Quid aliud hoc quàm quod pueri faciunt nuces ad ludendum, nucleo neque gustato neque aperto, vellentes? Quanto ille secus, cui eloquia Domini dulciora super mel & fauam, cui super aurum & topazium chara, aut ille cui ignita iacula, & ad omnem hostis vim retundendam quouis clypeo fortiora, aut ille, cui nullus alius cibus ad nutriendam vitam, nulla ad recreandam sitim fluentia vberiora? Christus nempe erat petra, de qua illi avidissimè hauriebant. Et sicut dicit Scriptura, si quis inde biberit, non solùm fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam, verùm & de ventre eius fluent flumina aquæ viuæ, ex quibus alij omnes, non solùm homines mente præditi, sed iumenta etiam, hoc est, indocta & rudis plebs vbertim refici, ac satiari queat. Hæc Scripturæ

*Psal. 18.**Psal. 118.**Prou. 30.**Sap. 16.**Deut. 8.**Ioan. 4.**Ioan. 7.*

præ  
plebs v

vtrius

vtriusque in Christo reuelando ac celebrando concinnitatem, beatus pater Augustinus tãti facit, vt ad Ianuarium scribat: *August. epist. 119. c. 16.* Quis hanc lætitiã diuinorum Sacramentorum, cum sanæ doctrinæ luce clarescunt, non præferat vniuersi mundi huius imperiis, etiam inuisitata fœlicitate pacatis? Nonnè tãquam duo Seraphim clamant ad inuicem concinentiam laudis Altissimo, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus Sabaoth: ita duo testamenta fideliter concordantia sacratam concinunt veritatem Deo? Occiditur ovis, celebratur pascha, & interpositis quinquaginta diebus datur lex ad timorem scripta digito Dei. Occiditur Christus, qui tanquam ovis ad immolandum ductus est, sicut Esaias testatur, celebratur verũ pascha, & interpositis quinquaginta diebus datur ad charitatem Spiritus sanctus, qui est digitus Dei, & cetera. *Esai. 53.* Huius igitur generis diuitias in lectione ac meditatione vtriusque Scripturæ de Christo, plurimas inuenit, quicumque studiosè quærit, ac copiosis scientiæ & intellectus in Christo spoliis, vt Dauid loquitur, vehementer delectatur, atque exultat. *Psal. 118.*

*Ad docendi atque exhortandi munus, opus esse notitia accurata vtriusque testamenti.*

## CAP. X.

**N**EQVE verò cælestẽ talentum nactus occultandum putat, sed cum aliorum vtilitate multiplicat: & Sapientiam Dei, qui est Christus, vt sine fictione discit, ita sine inuidia communicat. Infinitus enim est, vt ait Sapiens, thesaurus hominibus; quo qui vsi sunt, participes facti sunt amicitia Dei. *Sap. 7. Matt. 13.* Erit ergo doctus scriba in regno cœlorum, qui de hoc thesauro profert noua & vetera, hoc est, tũ noui tum

C veteris

*Aug. 1. de Doc. Christ. c. 39. 1. Tim. 3.* alios etiam ædificare atque instruere debent, omnino id sine diligenti Scripturarum tractatione præstare nõ possunt. Homo enim, vt Augustinus scribit, fide & spe & charitate subnixus, eaque inconcusse retinens, nõ indiget scripturis nisi ad alios institutos. Itaque multi, inquit, per hæc tria in solitudine sine codicibus viuunt. At eum quem familiæ suæ Dominus præficit, oportet iuxta Paulũ esse doctorem, vt possit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Itaque lectioni sacre vacet necesse est. Confert verò magnopere quæ fusè, & mixtim in Scriptura traduntur, ea in locos certos & capitula distribuere: in quibus quæ sunt eiusdem rationis, ordine collocentur. Hoc & ad memoriam valet, & ad inueniendi promptitudinem, & ipsam demum intelligentiam mirifice iuuat.

*Quæ admodum Ecclesiasticis concionibus habendis,*

*Christi cognitio ex Scripturis vsui sit.*

C A P. X I.

*1. Cor. 2. Ephes. 4. Deut. 4.* **I**N **T**ERMINA omnia verò quæ de diuinis Scripturis erui possunt nihil Christiano doctore, ecclesiasticoque oratori perinde vtile vel necessarium potius occurret, quod de Christo Domino familiaria habere atque ordine collocata testimonia, vt cœlesti hoc promptissimo in omnẽ vsum locuples sit. Paulus quidẽ inter Corinthios nihil se arbitrabatur scire, nisi Christum atque hunc crucifixũ. Hũc discere atque in hoc edoctos esse omnes exhortabatur. Hæc est, inquit *lex, vestrã sapientia coram populis: Quoniã ergo de Christo sermonem creberrime incidere necesse est, permagni refert, quæ de Christo tradit Scriptura, in promptu habere. Deinde cum per anni curriculum,*  
Christi

Christi & doctrinam & gestas res Ecclesia commemoret, atque ea potissimum decanter, & tanquam propria Christiani populi instituta proponat, quis dubitat quantopere instructum ad quasvis Ecclesiasticas conciones is se habiturus sit, qui Christi mysterium, magnitudinem, beneficia, exempla, cæteraque optimè teneat? Nã cum dies ij festi incidunt, incidunt autem per annum plurimi, quibus peculiaria Christi mysteria celebrantur, de iis ipsis loqui ad ædificationem atque instructionem fidelium, nõ potest sine graui quetela prætermittere Ecclesiasticus orator: quod aptè copiosè ac pro dignitate præstare minime potest, cui nõ fuerint de ea re cognita vtriusque Scripturæ diuinæ oracula. Itaque cum de natali Christi, cum de apparitione, cum de miraculis, tum de passione, & morte, cum de resurrectione, cæterisque dicendũ erit, proferet sanè de thesauro suo noua & vetera: neque vnquam exhaustum sibi queretur, aut causabitur, qui quo plura expenderit, eo sibi copiosius affluere experiretur, modò sugere hæc sponsa vbera premerèque non cesset. Postremo si nulla est perfecta virtus, cuius non sit exemplum singulare Christus Iesus, de qua, oro, re Catholico ac pio viro esse sermo poterit, ex quo nõ statim ad Christũ tanquam ad bonorum omnium lumen gradus fiat? Itaque de patientia, de humilitate, de contemptu sæculi, de benignitate in proximos, de pietate ardente in Deũ, de quouis denique argumento dicturus, nihil sibi potius existimabit, quam vt illa ipsa quę vel celebrat vel commendat, vel admonet, in Christo qualia fuerint, ostendat, & viua veluti forma ipsis oculis exhibent. Est enim totius Christianæ ædificationis exemplar, quod diuinitus est hominibus in excelsõ monte monstratum, secundum quod euncta quę gerimus

fabricare iubemur; in quo omnis structura crescit augmentum corporis factus: in quo & nos superædificamur lapides viui, domus spiritualis, vt offerantur Deo hostiæ spirituales gratæ atque acceptæ per Iesum Christum.

*1. Pet. 2.*

*Cur diuina scriptura vocetur Testamentum.*

CAP. XII.

**S**ATIS de scopo diuinæ scripturæ, qui vnus est Christus, ac de vtilitate cõferendi ex vtroque testamẽto quæ de Christo traduntur, hæctenus differuimus. Iam de distributione differētisq; scripturarum, quæ Christũ nobis annuntiant, aliquid necessariò dicendum erit, tum de ratione & phrasi diuinorũ eloquiorũ, in quibus admirabili dispositione sermonũ Dei, ita sunt omnia plena Christo, & tamẽ clausa, vt neq; sapientes plura desiderare, neq; ignaui & indigni quicquã ferè percipere possint. Id enim ab Esaiã prædictũ est, vbi Dominus suos ad hunc modum alloquitur. Et erit vobis in sanctificationem. In lapidẽ autem offensionis & in petram scandali, duabus domibus Israëli, in laqueũ & in ruinã habitantibus Hierusalem. Et offendent ex eis plurimi & cadẽt & conterentur, & irretientur & capientur. Hoc quoque à Propheta declaratum est cum dixit: Fiat mēsa eorum coram ipsis in laqueum & in retributiones & in scandalum: quod in Christi cognitione vehemẽter impegerint: quod ille consideras: beatus, inquit, qui non fuerit scandalizatus in me. At oues Christi vocem eius agnoscunt, cæteris diffugientibus eũmq; auersantibus; Itaq; Esaiã adiungit & sequitur: Liga testimonium, signa legẽ in discipulis meis. Et expectabo Dominum qui abscondit faciem suam à domo Iacob. Hanc igitur sermonum Dei mirabilem arcanamque facultatem, quãtum Dei gratia suggesserit, explicare

*Esa. 8.*

*Psal. 68.*

*Matt. 11.*

*Ioan. 10.*

*Esa. 8.*

explicare conabimur , si primū cur Scripturā suā testamēti nomine De<sup>9</sup> noster appellari voluerit, & cur duplex testamentū sanxerit, exposuerimus. Omnis quidē scriptura diuina testamētū dicitur, quod veluti pacta cōuēta inter Deū & homines cōtineat. Itaq; testamētū pactū, fœdus, & si qua sunt talia, pro eodē habentur in diuinis litteris: quod vocabulū hebraicū Berith, teste Hieronymo, satis indicat. Annotauit quippe, quòd vbicumq; in Græco, testamentū legimus, ibi in Hebræo sermone sit, fœdus, siue pactū, id est, Berith. Idēmq; aliàs scribit, ad hūc modū: Siquis diligēter Hebræa volumina, & cæteras editiones cū septuaginta interpretū translatione contulerit, inueniet vbi testamentū scriptū est, non testamentum sonare, sed pactū, quod Hebræo sermone dicitur, Berith. Pactū vero cur dici putamus scripturā sacram, nisi quod inde promissiones Dei hinc hominū obsequia certa stipulatione cōtineant? Ac si quis penitus cōsideret, animaduertet profectò, inter homines pactū de iis iniri, quæ cū antea nō deberētur vel deberi non putarentur, ipso pacto certa, rata, ac debita fiant. Itaque pactioe efficitur, vt ius nouum quærat alterutri, vel potius ambobus, qui inter se de re aliqua paciscuntur. Sic se res habet, siue de seruitute siue de coniugio, de adoptione, de societate, de collegio, de ineunda hæreditate, de cæteris denique humanæ vitæ contractibus omnibus ratio fiat, vt quæ pacto firmantur, ea antea libera haberētur: deinde interuenit mutua fides vtrāque partē in vna societate constringens. exēpli causa, hic quidē vt militet paciscitur, ille vt stipendia præbeat: alteri incūbit vt seruiat cum se famulatui addicit, alteri cibo, domoque vt excipiat. Ergo cū diuinæ literę testamentū, siue quod idē est, pactum Dei nominant, illud primum cogitare

*Hier. in  
quæst. su-  
per Gen.  
3. tomo.*

*Hier. in  
epist. ad  
Gal. l. 2.  
in c. 3.*

debemus, aliquid nouum, magnū, minimeque hominibus debitum esse, quod sponte sua summus illerum omnium Dominus offerat nobis. Hæ sunt promissiones bonorum æternorum ac supercælestium, quæ nulli creaturæ naturæ debentur neque humanæ, neq; Angelicæ verò, quia sūt propria deitatis ipsius.

*2. Petr. 1.* Maxima, inquit B. Petrus & pretiosa nobis promissa donauit, vt diuinæ efficiamur consortes naturæ. Quo

*Esaï. 64.* quid potuit altius dici? Quin potius ne cogitari quidem potuit, siquidem oculus non vidit neque auris audiuit, neque in cor hominis ascenderunt quæ præ-

*1. Cor. 2.* parauit Deus expectantibus se. nobis verò, ait, reuelauit Deus per Spiritum suum. Iam vero quoniam bona tanta se daturum pepigit Deus, quæ nec naturæ hominum, nec meritis debebantur, quæ proinde supernaturalia Theologi rectissimè appellant, atque huius tantæ donationis nullum esse poterat firmitermentum, vbi erat immensa disparitas, nisi Dei verbum, atque eius, qui non mentitur, neque mutatur, certa pollicitatio, vt vtrinque contractus atque Societas iniretur, necesse fuit, homines, primùm vt Dei dictis fidem haberent, deinde vt ea sperarent, quæ ipsorum quoque captum excedūt, atque ita demum obsequentes & sibi imperata facientes, promissa bona consequerentur. Atque hoc est totum Dei testamentum, hoc pactum, hæc scriptura, hoc stipulationis sempiternæ monumentum. Vbi quis non videt totius humanæ iustitiæ coram Deo, primum fundamentum esse Fidem, quam pulcherrimè Apostolus

*Hebr. 11.* definit, sperandarum substantiam rerum argumentum non apparentium? Vt enim Deus vitam, ac fœlicitatem super naturalé pollicetur, ita exigit fidem de iis quoque supernaturalem, idque meritò. Nā si verbo suo ac pollicitatione sese ipse astringit ad ea

confe



conferenda, quæ natura nostra omnibus modis superiora sunt, ac nulla ratione debita, æquissimum est reuera, vt homo etiam fidem Deo habeat, quamuis omnem humanam rationem superent, quæ iubetur sperare, vitamque Deo dignam instituat. Atque hoc modo fit, vt pactum vtrinque constet: siquidem Deus diuinitatem pollicetur homini, homo Deo intellectum ac voluntatem ad superhumana deuouet ac deuincit. Quod quoniam præstare ipse per se non potest, quod omnes vires humanas excedat tanta res, vt possit, diuinitus adiuuatur, eadem ipsa gratia, qua vocatur ad diuinum consortium, inspirante, & agente, & perficiente, vt credat, vt speret, vt diligat, vt denique dignè Deo viuat. atque hac fide viuæ erectus ad illa æterna bona, hæc caduca contemnat, aduersa omnia patienter ferat, nihil in omni rerum humanarum euentu diuinæ amicitie fœlicitatisque præponat. Itaque testaméto pactoque sacrosancto Deus astringit fidem suam, & vitam æternam, & quęcumque ad illam opportuna sunt pollicetur: ac proinde fidem hominis exigit talem, vt vitæ æternæ cuncta postponat, quod solum potest, præstare fides viuæ atque efficax quę per dilectionem operatur. Huc omnis diuina scriptura tendit, hæc summa est totius testamenti. Quęcumque enim scripta sunt (ait Paulus) ad nostram doctrinam scripta sunt, vt per patientiam, & consolationem scripturarum, spem habeamus. Quod autem pacti inierit Deus cum hominibus, propheta declarat illis verbis: En Dominus elegit te hodie, vt sis ei populus peculiaris, sicut locutus est tibi, & custodias omnia præcepta illius, & faciet te excelsiorem cunctis gentibus, quas creauit in laudem, & nomen & gloriam suam, vt sis populus sanctus Domini Dei tui. Et in alio loco: Ecce taber-

*Rom. 15.**Deut. 26**Leui. 26.**2. Cor. 6.*

C 5      nacu

2. Cor. 6. naculum Dei cum hominibus & habitabit cum eis & ipsi populus eius erunt & ipse Deus cū eis erit eorū Deus. Quod rursus Apostolus explicat. Cū enim Lege scriptum sit, Ponam tabernaculum meū in medio vestri, & non abiiciet vos anima mea: Ambulabo inter vos, & ero Deus vester, vosque eritis populus meus, Paulus ad Ecclesiæ filios referēs ita loquitur: Vos estis templum Dei viui, sicut dicit Deus, Quoniā inhabitabo in illis, & cætera, ex Leuitico: quibus adiūgit Hieremiæ verba: Ego recipiam vos, & ero vobis in patrem, & vos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus omnipotens.

Hier. 31.

*Testamentum dici scripturam sacram non solum ratione communi pacti, sed etiam speciali, paterna hereditatis adeunda.*

### CAP. XIII.

**D**IVINVM igitur statum supra omnem humanam conditionem positum, quem neque natura consequi, neque philosophia sapientum huius sæculi deprehendere potest, sola Dei gratia & voluntate constātem sola etiam fide diuinitus infusa comprehensum, sacra & arcana nobis scriptura declarat; quam iccirco maxime testamentum siue pactum appellari, satis, vt opinor, ostendimus. Huius enim super humanæ ciuitatis societatisque gloriam, in qua etiam ipse est ascriptus & annumeratus, qui eam fundauit Altissimus, Dominus narrat, iuxta psalmum: in scripturis populorum & principum horum qui fuerunt in ea. Et quoniam initum à Deo cum hominibus pactum eiusmodi est, vt nulla verborum vi exprimi possit, imperitiæ nostrę cōsulens spiritus sanctus multis diuersisque vocabulis ex humano vsu petitis, rei nobis magnitudinem proponit. Nullum enim

Psal. 86.

enim humanæ Societatis coniunctionisque genus est, quod inter Deum & homines non vsurpet. Ioânes quidem communiter societatem vocat cum Paulo. Hic vocatos nos esse in societatem filij Dei: ille, societatem nos habere cum patre & cum filio eius Iesu Christo. Ipse Christus amicos nos dignatur, & vocat. Seruos Domini acquisitos & caros omnis propemodum pagina sacra demonstrât. Rēgni ac Regis plurima mentio est. Vxorem quoque ac virum, siue sponsam & sponsum, & Apostolicus & propheticus sermo celebrat: vbi etiam Deum nos sibi desponsasse in fide legimus, zelo quoque ardentem vxorio, violati thori iura ex postulare. Quibus sane modis illud agitur, vt arctissima quædam atque inenarrabilis creatoris cum sua creatura coniunctio ex pacto ipsius, hoc est, ex mera gratia, aliqua ex parte deprehendatur. Sed inter omnes humanarum coniunctionum differentias, paternam maxime celebrat Scriptura, quod parentis ac filiorum ratio, omnes propemodum leges diuinæ nostræ coniunctionis declarat. Filias autem dico non natura sed adoptione: qui in bona paterna succedunt non naturali debito, sed legali ac voluntaria institutione parentis. Quam institutionem capeffendæ hæreditatis proprio iam nomine testamentum vocandum censuit optimus pater Deus. Itaque Paulus vtrumque cõiungit adoptionem & testamentum: Quorum adoptio est, inquit, filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, & obsequium & promissa. Atque illud quod ex Hieremia sumptum Apostolica auctoritate produxit: Ero vobis in patre, & vos eritis mihi in filios & filias. Quod hic adoptionem dixit, alius Apostolus voluntariam generationem definiuit: Voluntarie, inquit, genuit nos verbo veritatis, vt simus initiu aliquod creature eius;

1. Cor. 1.  
1. Ioan. 1.  
Ioan. 15.

Os. 2.  
Hier. 3.

Rom. 29.

Hier. 31.

1. Cor. 6.  
Iac. 1.

eius; gratiam, initium creaturæ appellans, quemad-  
*Gal. 6.* modum nouam creaturam Paulus. Ex quo fit, vt hæ-  
*1. Pet. 2.* reditatis copiosæ atque æternæ creberrima in scri-  
*Tit. 1.* turis mentio sit. In hæreditatem nos immacresibi-  
*Rom. 8.* lem & incontaminatam regeneratos, & secundum  
*Psal. 15.* spem hæredes esse vitæ æternæ, & hæredes quidem  
 Dei, cohæredes autem Christi, & Deum esse partem  
 nostram & sortem atque hæreditatem, aliaque in-  
 numera legimus, quibus abundè instruimur, quæ sit  
 species & ratio diuini testamenti. Nam præter com-  
 munem illam pacti rationem, etiam hanc peculia-  
 rem testamenti didicimus, vbi filij adoptiui in pa-  
 ternam hæreditatem gratia non natura vocantur.  
 Accedit ad hæc quod inter omnia pacta conuenta,  
 nihil in rebus humanis testamento certius aut fir-  
 mius. Ob eam rem promissionem suam Deus testa-  
 mentum vocari voluit, firmitudinem voluntatis suæ  
*Heb. 6.* ea voce declarans. Quod sanè Apostolus illis verbis  
 ostendit: Abundantius volens Deus ostendere polli-  
 citationis hæredibus immobilitatem consilij sui, in-  
 terposuit iusiurandum: vt per duas res immobiles,  
 quibus impossibile est mentiri Deum, fortissimum  
 solatium habeamus, qui confugimus ad tenendam  
 propositam spem. Quibus expositis perspicuum est,  
 cur diuina scriptura testamentum vocetur, quamque  
 id aptè fiat tum ratione illa communi pacti & fœ-  
 deris inter Deum & homines iniri, tum verò hac  
 propria & peculiari, qua filij Dei adoptantur, & æter-  
 næ vitæ hæredes instituuntur.

*Quod nouum testamentum Christi morte firmatum sit.*

#### C A P. XIV.

**A**T interpellabit nos fortasse aliquis, falsò te-  
 stamenti propriam rationem & nomen diuinæ  
 pollici

pollicitationi à nobis asseri, cum planè constet, hæreditatem non adiri ex testamento, nisi è viuis decedente institutore. Itaque cælestis regni possessionem ac promissionem & pactum quod scriptura continet, donationis potius, aut si quod est aliud melius verbum ad viuos pertinens, quam testamēti formam tenere. Neque enim Deus bona vnquam relinquet sua. Sed eam disputationem elegantissimè Paulus absoluet. Is ad Hebræos, commendans Christi passionem & mortē vel hac ratione fuisse necessariam, vt hæreditatem nostram diuino testamento præstitam adire possemus, ita scribit: Et ideo noui testamē- *Heb. 9.*  
 ti mediator est Christus, vt morte intercedente in redemptionem earum præuaricationum, quæ erant sub priori testamēto repromissionem accipiant, qui vocati sunt, æternæ hæreditatis. Vbi enim testamentum est, mors, necesse est, intercedat testatoris. Testamentum enim in mortuis confirmatum est: alioquin nondum valet, dum viuit qui testatus est. Prorsus hoc agit Paulus, hoc vult: Dei promissa non fuisse habitura vnquam effectum suum, nisi Christi sanguis & mors intercederet. Arque ob eā causam hæredes iam olim vocatos, hoc est, iustos antiquos, ab hæreditate dilatos, donec ipse qui instituerat Deus, morte sua pactum redderet firmum. Quare bene atque aptè testamentum Dei eam pollicitationem appellatam, quòd hæreditatem diuinam non nisi per mortem hominis Dei sibi cessurā sperarent. Id quod illorum vnus scitè proclamat Christum alloquens: Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vin- *Zach. 9.*  
 ctos tuos de lacu in quo non est aqua: Ita significās libertatem Sanctorum qui in imo carcere tenebantur, non nisi Agni sanguine fuso futuram. Quem & sanguinem testamenti appellat, quòd eo Dei promissio

missio firmum ac immutabilem fortiretur euentum. Quare non solum sanguis testamenti dictus est, sed etiam testamenti æterni à Paulo. Deus, inquit, pacis qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium in sanguine testamenti æterni: Dominum nostrum Iesum Christum. Hic quis non altitudinem cœlestium eloquiorum admiretur? Cui non erit cum summa iucunditate mirabilis vnus voculæ notio? cum ex Apostolo didicerit, cur Dei ad patres facta promissio, testamentum diuinitus sit vocatum: vt ita demum se in Dei filios ascriptos, & diuinæ gloriæ hæredes futuros scirent, si Christi sanguine peccata, quibus tenebantur obnoxij, delenda cogitarent. An non disertè hoc & perspicuè iam moriturus ipse Christus exposuit, cum in suprema cœna Sacramentum calicis instituens suisque propinâs, dixit: Hic est sanguis noui & æterni testamenti, qui pro vobis & pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Noui & æterni testamenti dixit sanguinem suum; ( Quamuis enim apud nullum Euangelistarum omnia ea verba extent, certissima tamen Ecclesiæ traditione, nec minori atque illorū est, auctoritate dicta esse, qui Christiani sumus tenemus: ) ergo propterea æterni testamenti sanguinem dixit, quòd morte sua immutabilem prorsus dispositionem, atque vt iuridicè loquamur, vltimam voluntatem, suis quos in finem dilexit, atque omnium suorum hæredes fecit, testatus est. Neque enim sicut vetus testamentum nouo mutatum est, ita nouum aliquo alio testamento mutabitur, sed ratum, validum, efficax, æternūque erit.

*Gal. 3.* Namque hominis confirmatum testamentum nemo spernit, aut superordinat, ait Paulus.

*Quid*

*Quid conueniat, Quid etiam intersit inter  
nouum & vetus testamentum,*

## CAP. XV.

**Q**UID autem causæ fuerit, cur vetus mutatum sit, & quid inter vtrumque differat, deinceps dicendum est. Neque aliunde petendum est hoc quoque quod quæritur, quam ex eodem optimo præceptore, qui postquam noui testamenti vim & efficaciam Christi morti tribuisset, illo themate posito: *Testamentum in mortuis confirmatum est, alioquin* *Heb. 9.* nondum valet, dum viuit, qui testatus est; protinus de vetere adiungit: Vnde nec primum quidem sine sanguine dedicatum est: lecto enim omni mandato legis à Moysè vniuerso populo, accipiens sanguinem virulorum & hircorum cum aqua & lana coccinea & hyssopo ipsum quoque librum & omnem populum *asperxit* dicens: *Hic sanguis testamenti, quod* *Exod. 24* mandauit ad vos Deus. Itaque vult, prius testamentum veluti simulachrum & characterem fuisse posterioris. Quare duo Dei testamenta quodammodo vnum sunt: neque enim, vt homines quia voluntatem mutant, testamentum innouant, ita Deus se gessit: sed priore potius testamento alterum futurum perfectum atque vltimum significauit, quod tunc condidit, cum rerum ipsarum status commutatus est. Sunt ergo vnum vtraque, vel potius inter ambo conuenit, primum quod ab eodem auctore atque eodem spiritu edita sunt. Habentes, ait Paulus, eundem *2. Cor. 4.* spiritum fidei & nos credimus, propter quod & loquimur. Et in Hieremia legimus, *Feriã domui Israël,* *Hier. 31.* & domui Iuda fœdus nouum. Igitur Deus idem, idemque auctor vtriusque testamenti, quicquid delirent Seueriani, & Gnostici, & Manichæi. Deinde vt effector, sic &

sic & finis vtriusque testamenti idem, nempe Christus, qui est finis legis ad salutem omni credenti. *Rom. 7.* Lex enim spiritualis est, *Rom. 8.* Apostolo etiam teste, & lex spiritus vitæ in Christo Iesu. Quare vterque cherubim in idem propitiatorium intendunt, eodē respiciunt, vt est supra satis expositum, per vnus Christi sanguinem remissionem peccatorum, & vitam æternam monstrantes hominibus. Igitur idem Deus, idem Christus, idem spiritus vtriusque, eadem vita æterna ab vtroque promissa, eadem hæreditas ipse Deus. Sed tamen forma & modo discrepant plurimum, tum verò efficacia & vltimo firmitate atque vniuersitate. Formam prioris testamenti fuisse imperfectam ac rudem nemo ignorat, quòd temporalia & terrena vt in plurimum sonet, quòd in externis corporeisque actibus edocendis plurimum immoretur. quòd sacrificia, cæremonias, obseruationesque & ritus propemodum pueriles exigat. Sed magno id consilio à Spiritu sancto gestum est: quòd genus hominum tunc puerile, & rude, instar puerorum erudiendum esset. *Gala. 4.* Cùm essemus, inquit, paruuli sub elementis mundi eramus seruietes. Nonne legis antiquæ propemodum pudeat, nisi pueros instrui cogitemus, cum & de purgando ventre talia præcepta illi populo data legimus, quæ puerulus acciperet à nutrice? *Deu. 23.* Habebis, inquit, locum extra castra ad quem egrediaris ad requisita naturæ, gerens paxillum in baltheo: cumque sederis, fodies per circuitum, & egesta humo operies quo releuatus es. Attamen hoc tam puerile præceptum quo sensu lex, quæ spiritualis est, & carnales velut carnaliter alloquitur, accipi velit, sapienti indicat statim: Dominus enim Deus tuus ambulat in medio castrorū, vt eruat te, & tradat tibi inimicos tuos, & sint castra tua sancta, & nihil



& nihil in eis appareat sceleris, ne derelinquat te. Ergo hæc eò spectant omnia, vt, qui conscientiam suam fordibus contractis exonerandam cupiat, ita sibi cõsulat, vt ne alios offendat, petat secretum, nec cæteros flagitiorum suorum fœtore corrûpat. Denique cõfessionis sacramentalis secretũ esse summum admonet, vt benè à nobis esse dictum intelligas, vtrumque testamentũ sine esse idem, sed forma diuersum. Quam exempli producti rationem, cũ ad cætera accõmodaueris, inuenies profecto quod dixi esse verissimũ. Hinc iam secundum illud discrimen oritur, vt vetus inefficax atque infirmum fuerit, nouum perfectũ & validum. Nam lex per Moysen data est, *Ioan. 1. Gal. 4.* gratia & veritas per Iesum Christũ facta est. Quam ob rē à Paulo omnia illa veteris legis externa signa nominantur vacua, & egena elementa, quòd spiritum gratiæ significarent quidem sed minime præberent; esse enim impossibile sanguine hircorum, & taurorũ auferri peccata. Nihil igitur ad perfectũ adduxit lex. Contrà noui testamēti vis & efficacitas ea *Hebr. 10. Hebr. 7. Hebr. 9.* est, qua possint omnia peccata solui: & cœleste regnũ patere credentibus atque obtēperantibus Christo: quemadmodũ copiosè ad Hebræos scribens Apostolus probat. Ad hæc illud accedit quod vetus testamētũ ad paucos quosdã pertinuit, nouũ ad omnes omniũ gentiũ homines. Vt enim demõstrat egregiè Eusebius Cæsariensis, ea fuit legis Mosaycæ dispositio, quæ nullo modo posset nisi in vna quadam prouincia obseruari. Quo nãque modo possent homines ad vnum templum locumque definitũ vndique ascendere? quonam modo purificari ibi mulieres edito partu; & masculos suos primogenitos offerre, & repræsentare homines frugum primitias, & pro peccatis expiandis deferre hostias? Ipsa profecto

D præcep

præceptorum Moſaycorum ſeries perſpicue de-  
 clarat cōſtrictum quendam, atque anguſtum principa-  
 tū, vt inſanire omnibus modis Iudæi hodie videan-  
 tur, qui legem proſus contra legem obſeruare con-  
 tendunt. *Mar. 16.* Quid nouum teſtamentum? Ite, inquit, in  
 mundum vniuerſum & prædicate euāgelium omni  
*Ioan. 4.* creature. Et venit hora, quando neque in mōte hoc,  
 neque in Ieroſolymis adorabitis patrem. Spiritus eſt  
 Deus, & eos qui adorant, in ſpiritu & veritate oportet  
 adorare. Igitur manifeſtū eſt hoc ad omnes gen-  
 tes, illud ad exiguum populum pertinere. Ac ſi quis  
 profundius rem inſpiciat, nō dubitabit, quin lex ſeſe  
 ipſa quodāmodo oppugnet atq; euertat, hoc eſt, in-  
 firmā & inutilē & quod amplius, penè impoſſibile  
*Galat. 3.* declaret. Quod Apoſtol<sup>9</sup> cōfirmat Galatis cū ſcribit  
 ad hunc modū. Quicūque ex operibus legis ſunt, ſub  
 maledictō ſunt: Scriptū eſt enim: Maledictus omnis  
 qui non permanſerit in omnibus quæ ſcripta ſunt in  
 libro legis, vt faciat ea. Hac ſua collectione Paul<sup>9</sup> tā-  
 quā certū atque expeditū ſe prætermittere indicat, il-  
 lud, neminē fuiſſe qui fecerit oīa legis præſcripta,  
 quod erat propoſito neceſſarium. Sicut Petrus cate-  
 rique Apoſtoli etiam iudicauēre dicentes, vt quid  
*Act. 15.* tentatis Deum imponere iugum ſuper ceruices diſ-  
 cipulorum, quod, neque patres noſtri neque nos  
 portare potuimus? Quare legē non ſui gratia datam,  
 ſed Euangelio veluti ſuſpoſitam, atque hætenus vi-  
 gentem, quatenus id quod erat perfectum adeſſet:  
 nuſquam profectò melius diſcere poſſumus quam  
 in ipſa lege, quæ multitudine præceptorum, inutili-  
 tate quoque rerum, anguſtiis demum vèl potius im-  
 poſſibilitate ad implendum, fatiſ nos commonet,  
 aliud ſe agere, aliud ſpectare quod permanſurum  
 eſſet, ſeque miniſtram potius quam principem eſſe.

Cui

Cur vetus testamentum finitum sit, quæ uer ratione.

## CAP. XVI.

**Q**UIBUS ordine expositis, facillimum est videre, cur vetus testamentum temporale fuerit, nouum æternum. Illa enim erant præcepta, ut habet Ezechiel, non bona, hoc est, infirma, angusta, multiplicata, perquam difficilia, quæ corpora quidem hominum contingerent: sed ad ipsam conscientia puritatem minimè penetrarent. Pædagogum igitur disciplina paterna prouidentia successit, legi Euangelium, umbræ ipsa rerum imago. Atque hoc modo vetus testamentum simul & dissolutum est, & expletum. Nihil enim aliud sibi volebat, quàm ut populum Dei ad Christum deduceret. Ac quemadmodum machinæ fabricando operi suppositæ, simul atque illud effectum est, concidunt sanè, neque id iniquè ferre videntur, quòd in eum usum tantummodo comparatæ fuerint: ita lex vetus nihil aliud fuit quàm fabricando nouo supposita quædam machina, quæ ipso Dei opere effecto, potius impedimento nobis, quam adiumento foret. Prophetæ, inquit, *Matt. 11.* Christus, & lex usque ad Ioannem. Atque hoc modo intelligenda est illa differentia vtriusque testamenti, quam Apostolus insinuat, cum scribit ad Corinthios: Idoneos nos fecit ministros noui testamenti: non litera, sed spiritu: litera enim occidit, spiritus autem uiuificat. Vbi quæri non immeritò potest, cur literam veteri testamento tribuat: spiritum nouo reseruet, si lex etiam spiritualis est, ut ipse aliàs censet; Adde quod eodem spiritu fidei locutos esse & nouos & veteres patres ipse quoque confirmat. Quin etiam se ipsum inter eos numerat, quin *Rom. 7.* *2. Cor. 4.* *Rom. 7.* carnales sunt, & sub peccato venundatum quæritur.

D 2 Quid

Quid igitur ministris noui testamenti spiritum ar-  
rogat, veteribus patribus literam tantum relinquit?  
Sed status diuersus vtriusque legis cogitari debet, vt  
quid proprium cuique sit intelligatur. Ante enim  
quam veniret veritas, & oriretur sol iustitiæ in ter-  
ra, populus tum ad intelligendum rudis, tum ad pa-  
rendum rebellis, per externa & crassa elementa do-  
cendus fuit, ac terroribus ad obedientiam compel-  
lendus, siue etiam bonis futilibus quidem, sed quæ  
stultis in pretio essent, inuitandus. Hæc omnia lite-  
ram sapienter vocat Apostolus: quod reuera sicut li-  
teræ ad aliud significandum comparatæ sunt, quod  
qui literatus non est, quia non percipit quamuis per  
paginas oculos ducat, nihil aliud quam inani pictura  
pascitur: ita Iudæi atque alij omnes legem quæ spi-  
ritualis est, & spiritualia significat, carnaliter acci-  
pientes, nihil fructus referunt, quin etiam læduntur  
interdum, hoc est enim occidere literam. At in nouo  
testamento, quia non solum præcepta data sunt, sed  
ipse spiritus gratiæ tum mentem illustrans ad diu-  
ina capienda, tum animum inflammans ad amanda  
æterna, & contemnenda mortalia, rectissime idonei  
ministri Euangelij, non litera sed spiritu donati di-  
cuntur. Neque tamen negandum est in veteribus  
fuisse quam plurimos qui spiritu ducerentur habentes  
animū Euangelicum, quamuis corpore legi serui-  
rent, quod de Prophetis, de Patriarchis, de ipso legis  
interprete Mose, nullo modo dubitare potest, qui  
perfectionem sapientiamque illorum patrum atten-  
derit, vt nihil ferè sit in nouo testamento ex promp-  
tum, vt Augustinus optime sentit, quod illi Patres  
non dixerint aut certè insinuauerint. Vt sunt contra  
multi ac plerique homines Christianam atque euan-  
gelicam legem profitètes, qui sensu carnali, vitaque  
valde

*August.  
cōtra. A-  
dimantū  
Manich.  
c. 3. Et 1.  
Refract.  
cap. 22.*

valde imperfecta ad veteris quodammodo testamenti statum pertinent. Neque de iis loquor qui Christum confitentur, factis negant, quos nullo modo heredes esse diuinarum promissionū constat: sed de ea parte bonorum fidelium dico, qui terrenis rebus quodammodo affixi, ædificant super Christi fundamentum, lignum, fœnum, stipulam: quos etiã more populi Iudaici, vtpote animales, sapientiam docere non expedit, sed metu salutari deterritos, & externis officiis bonis oocupatos summa Dei benignitas seruat, in firmos scilicet atque alius tantū manducantes, & diem sapientes, & literæ potius quam spiritui adhærentes. Horum maxim⁹ grex est semperque fuit in Ecclesia Christi qui sub nouo agentes testamento, tamē moribus & sensu vetus magis referre videntur: contra atque illi, quos dixi, patres antiqui, quorū status veteris fuit, sed fides & Spirit⁹ nouo testamēto digna.

*Rom. 14.*

Quin etiã in eodem homine reperiuntur suo quodam modo quæ ad vtrumque statū testamenti pertineant: est homo vetus & nouus, interior & exterior, sensus & ratio, caro, & spiritus. Nihil itaque mirum, si Paulus veteris hominis miseriam deplorās, se carnalem & sub peccato venundatum conqueratur: qui idem mente seruit Deo, & legis spiritum approbat, & gratia noui testamenti perfruitur. Hanc autē omnem de differentia literæ & spiritus, veteris & noui testamēti disputationem absoluit nobis Hieremias Propheta, cuius producit Paulus testimoniū in hæc verba: Melioris testamenti mediator est (de Christo scilicet agit) quod in melioribus repromissionibus sancitū est, vituperans enim eos dicit. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & cōsummabo super Israël & super domū Iuda testamentū nouum, non secundum testamentum quod feci patribus eorum in die qua

*Rom. 7.**Hebr. 8.**Hier. 31.*

apprehēdi manum eorum, vt educerem illos de terra Egypti: quoniam ipsi non permanferunt in testamēto meo: & ego neglexi eos dicit Dominus. Quia hoc est testamentum quod disponam domui Israël post dies illos, dicit Dominus, dabo leges meas in mentem eorum, & in corde eorum, super scribam eas, & ero eis in Deum & ipsi erunt mihi in populum. Huc ergo redeunt, quæ diximus, omnia; vt breuissima periodo Ioannes vtriusque testamēti diuersitatem omnem exposuerit, cum dixit: Legē quidem per Moſem datam; sed gratiam & veritatem per Christū esse factam. Itaque quod interest inter eum, qui iubet, & eum qui dat, quodque inter illud quod nihil est nisi quod designat, & quod per se est: id legem à gratia, testamentum vetus à nouo distare intelligamus.

Ioan. i.

*De partitione veteris testamenti in legem & Prophetas.*

## CAP. XVII.

**Q**UONIAM vniuersæ scripturæ scopum ostendimus Christum; diuino nobis verbo & promissum & exhibitum, ac de testamento qua ratione dicatur, idque duplex cur sit, exposuimus, breuiter vtriusque etiam testamenti partes quatenus ad institutum nobis de Christo reuelato sermonem pertinet, persequi oportere videntur. Mihi vero nulla melior distributio venit in mentem ea, quam Gregorius Magnus inducit, cum locum illum Ezechielis explicat sanè obscurum: Cumque aspicerem animalia, apparuit rota vna super terram iuxta animalia, habens quatuor facies: & aspectus rotarū & opus earum, quasi visio maris, & vna similitudo ipsarum quatuor: & aspectus earum & opera quasi sit rota in medio rotæ. Per quatuor partes earum euntes ibant, & nō reuertebantur

Ezech. i.

tebantur cum ambularent. Rotã intelligi testamen-  
 tum, ac rotam in medio rotæ nouum in vetere con-  
 tentum, non solum Gregorius, sed Hieronymus, &  
 Ambrosi<sup>9</sup> volũt. Quatuor vero facies rotæ vel quod  
 subditur, quatuor partes rotarum, optimè ab illo ex-  
 plicantur, quod omnis diuina Scriptura quadruplici  
 distinctione constat. Vetus enim testamentum lege  
 & Prophetis; nouum, Euangelica & Apostolica do-  
 ctrina absoluitur. Ac communi quidem voce, vetus  
 omne testamētum legis nomine sæpenumero com-  
 prehēditur. Nam quod Christus dixit, vt fiat sermo,  
 qui in lege eorum scriptus est: Quia odio habuerunt  
 me gratis, manifestè in psalmis scriptum legimus: ita  
 non solum Prophetas, sed etiã Psalmos legis nomi-  
 ne accipimus. Nonne, inquit scriptum est in lege ve-  
 stra, quia ego dixi dii estis? quod itidē in Psalmis ha-  
 beri nemo ignorat. Illud autem quod Apostol<sup>9</sup> scri-  
 bit ad Corinthios, in lege scriptum est, quoniam in  
 aliis linguis & labiis aliis loquar populo huic, & nec  
 sic exaudient me dicit Dominus: ex Esaia de promp-  
 tum est. Quare cum lex ab Euangelio secernitur, to-  
 tum testamētum vetus, etiam Prophetas & Psalmos  
 cõplectitur. Sed vtitur frequenter Scriptura ea voce  
 cõtractius, ac totum vetus testamentum in legem &  
 Prophetas, secat; quæ quidē est partitis percelebris.  
 Sic Christus: lex & Prophetæ vsque ad Ioãnem, vo-  
 lens intelligi vetus testamentum se adueniente fini-  
 tũ, ac rursus: Hæc est enim lex & Prophetæ. Et illud:  
 In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & Pro-  
 phetæ: Et in Actis Apostolorũ Paul<sup>9</sup>, se credere om-  
 nib<sup>9</sup> quæ scripta essent in lege & Prophetis. Idē sua-  
 debat Iudæis Romæ de Iesu ex lege Moyfi & Pro-  
 phetis. Sed rogas quid hîc legis, quid Prophetarum  
 partib<sup>9</sup> cedat? Meo sane iudicio, quæ à Moyse scripta

*Hiere. in  
 prin. cap.  
 Ezechie-  
 lis. Amb.  
 Serm. 3.  
 in psalm.  
 118. Gre.  
 Homi. 6.  
 in Exec.*

*Ioan. 15.*

*Psal. 24.*

*Ioan. 10.*

*Psal. 81.*

*1. Corin.*

*14.  
 Esa.*

*Luc. 16.*

*Matt. 7.*

*Mat. 22.*

*Act. 24.*

*Act. 28.*

sic & finis vtriusque testamenti idem, nempe Christus, qui est finis legis ad salutem omni credenti. *Rom. 7.* Lex enim spiritualis est, *Rom. 8.* Apostolo etiam teste, & lex spiritus vitæ in Christo Iesu. Quare vterque cherubim in idem propitiatorium intendunt, eodē respiciunt, ut est supra satis expositum, per vnius Christi sanguinem remissionem peccatorum, & vitam æternam monstrantes hominibus. Igitur idem Deus, idem Christus, idem spiritus vtriusque, eadem vita æterna ab utroque promissa, eadem hæreditas ipse Deus. Sed tamen forma & modo discrepant plurimum, tum verò efficacia & vi: postremo firmitate atque vniuersitate. Formam prioris testamenti fuisse imperfectam ac rudem nemo ignorat, quòd temporalia & terrena ut in plurimum sonet, quòd in externis corporeisque actibus edocendis plurimum immoretur. quòd sacrificia, cæremonias, obseruationesque & ritus propemodum pueriles exigat. Sed magno id consilio à Spiritu sancto gestum est: quòd genus hominum tunc puerile, & rude, instar puerorum erudiendum esset. *Gala. 4.* Cùm essemus, inquit, paruuli sub elementis mundi eramus seruientes. Nonne legis antiquæ propemodum pudeat, nisi pueros instrui cogitemus, cum & de purgando ventre talia præcepta illi populo data legimus, quæ puerulus acciperet à nutrice? *Deu. 23.* Habebis, inquit, locum extra castra ad quem egrediaris ad requisita naturæ, gerens paxillum in baltheo: cumque sederis, fodies per circuitum, & egesta humo operies quo releuatus es. Atamen hoc tam puerile præceptum quo sensu lex, quæ spiritualis est, & carnales velut carnaliter alloquitur, accipi velit, sapienti indicat statim: Dominus enim Deus tuus ambulat in medio castrorū, ut eruat te, & tradat tibi inimicos tuos, & sint castra tua sancta, & nihil



& nihil in eis appareat fœditatis, ne derelinquat te. Ergo hæc eò spectant omnia, vt, qui conscientiam suam fordibus contractis exonerandam cupiat, ita sibi cõsulat, vt ne alios offendat, petat secretum, nec cæteros flagitiorum suorum fœtore corrûpat. Denique cõfessionis sacramentalis secretũ esse summum admonet, vt benè à nobis esse dictum intelligas, vtrumque testamentũ sine esse idem, sed forma diuersum. Quam exempli producti rationem, cũ ad cætera accõmodaueris, inuenies profecto quod dixi esse verissimũ. Hinc iam secundum illud discrimen oritur, vt vetus inefficax atque infirmum fuerit, nouum perfectũ & validum. Nam lex per Moysen data est, *Ioan. 1. Gal. 4.* gratia & veritas per Iesum Christũ facta est. Quam ob rē à Paulo omnia illa veteris legis externa signa nominantur vacua, & egena elementa, quòd spiritum gratiæ significarent quidem sed minime præberent; esse enim impossibile sanguine hircorum, & *Hebr. 10. Hebr. 7. Hebr. 9.* taurorũ auferri peccata. Nihil igitur ad perfectũ adduxit lex. Contrà noui testamēti vis & efficacitas ea est, qua possint omnia peccata solui: & cœleste regnũ patere credentibus atque obtēperantibus Christo: quemadmodũ copiosè ad Hebræos scribens Apostolus probat. Ad hæc illud accedit quod vetus testamētũ ad paucos quosdã pertinuit, nouũ ad omnes omniũ gentiũ homines. Vt enim demõstrat egregiè Eusèbius Cæsariensis, ea fuit legis Mosaycæ dispositio, quæ nullo modo posset nisi in vna quadam prouincia obseruari. Quo nãque modo possent homines ad vnum templum locumque definitũ vndique ascēdere? quonam modo purificari ibi mulieres edito partu; & masculos suos primogenitos offerre, & repræsentare homines frugum primitias, & pro peccatis expiandis deferre hostias? Ipsa profecto

D præcep

præceptorum Mosaycorum series perspicue de-  
 clarat cōstrictum quendam, atque angustum principa-  
 tū, vt insanire omnibus modis Iudæi hodie videan-  
 tur, qui legem prorsus contra legem obseruare con-  
 tendunt. *Mar. 16.* Quid nouum testamentum? Ite, inquit, in  
 mundum vniuersum & prædicate euāgelium omni  
 creature. Et venit hora, quando neque in mōte hoc,  
*Ioan. 4.* neque in Ierosolymis adorabitis patrem. Spiritus est  
 Deus, & eos qui adorant, in spiritu & veritate oportet  
 adorare. Igitur manifestū est hoc ad omnes gen-  
 tes, illud ad exiguum populum pertinere. Ac si quis  
 profundius rem inspiciat, nō dubitabit, quin lex sese  
 ipsa quodāmodo oppugnet atq; euertat, hoc est, in-  
 firmā & inutilē & quod amplius, penē impossibilē  
*Galat. 3.* declaret. Quod Apostol<sup>o</sup> cōfirmat Galatis cū scribit  
 ad hunc modū. Quicūque ex operibus legis sunt, sub  
 maledictō sunt: Scriptū est enim: Maledictus omnis  
 qui non permanferit in omnibus quæ scripta sunt in  
 libro legis, vt faciat ea. Hac sua collectione Paul<sup>o</sup> tā-  
 quā certū atque expeditū se prætermittere indicat, il-  
 lud, neminē fuisse qui fecerit oīa legis præscripta,  
*Act. 15.* quod erat proposito necessarium. Sicut Petrus cæte-  
 rique Apostoli etiam iudicauēre dicentes, vt quid  
 tentatis Deum imponere iugum super ceruices dis-  
 cipulorum, quod, neque patres nostri neque nos  
 portare potuimus? Quare legē non sui gratia datam,  
 sed Euangelio veluti suppositam, atque hætenus vi-  
 gentem, quatenus id quod erat perfectum adesset:  
 nusquam profectò melius discere possumus quam  
 in ipsa lege, quæ multitudine præceptorum, inutili-  
 tate quoque rerum, angustiis demum vël potius im-  
 possibilitate ad implendum, satis nos commonet,  
 aliud se agere, aliud spectare quod permansurum  
 esset, seque ministram potius quam principem esse.

CUR

Cur vetus testamentum finitum sit, quâue ratione.

## CAP. XVI.

**Q**UIBUS ordine expositis, facillimum est videre, cur vetus testamentum temporale fuerit, nouum æternum. Illa enim erant præcepta, ut habet Ezechiel, non bona, hoc est, infirma, angusta, multiplicata, per quam difficilia, quæ corpora quidem hominum contingerent: sed ad ipsam conscientiæ puritatem minimè penetrarent. Pædagogum igitur disciplinæ paterna prouidentia successit, legi Euangelium, umbræ ipsa rerum imago. Atque hoc modo vetus testamentum simul & dissolutum est, & expletum. Nihil enim aliud sibi volebat, quàm ut populum Dei ad Christum deduceret. Ac quemadmodum machinæ fabricando operi suppositæ, simul atque illud effectum est, concidunt sanè, neque id iniquè ferre videntur; quòd in eum vsum tantummodo comparatæ fuerint: ita lex vetus nihil aliud fuit quàm fabricando nouo supposita quædam machina, quæ ipso Dei opere effecto, potius impedimento nobis, quam adiumento foret. Prophetæ, inquit, *Matt. 11.* Christus, & lex vsque ad Ioannem. Atque hoc modo intelligenda est illa differentia vtriusque testamenti, quam Apostolus insinuat, cum scribit ad Corinthios: Idoneos nos fecit ministros noui testamenti: non litera, sed spiritu: litera enim occidit, spiritus autem viuificat. Vbi quæri non immeritò potest, cur literam veteri testamento tribuat: spiritum nouo reseruet, si lex etiam spiritualis est, ut ipse aliàs censet; Adde quod eodem spiritu fidei locutos esse & novos & veteres patres ipse quoque confirmat. *Rom. 7.* Quin etiam se ipsum inter eos numerat, quin *2. Cor. 4.* carnales suat, & sub peccato venundatum quæritur. *Roma. 7.*

D 2 Quid

Quid igitur ministris noui testamenti spiritum ar-  
rogat, veteribus patribus literam tantum relinquit?  
Sed status diuersus vtriusque legis cogitari debet, vt  
quid proprium cuique sit intelligatur. Ante enim  
quam veniret veritas, & oriretur sol iustitiæ in ter-  
ra, populus tum ad intelligendum rudis, tum ad pa-  
rendum rebellis, per externa & crassa elementa do-  
cendus fuit, ac terroribus ad obedientiam compel-  
lendus, siue etiam bonis futilibus quidem, sed quæ  
stultis in pretio essent, inuitandus. Hæc omnia lite-  
ram sapienter vocat Apostolus: quod reuera sicut li-  
teræ ad aliud significandum comparatæ sunt, quod  
qui literatus non est, quia non percipit quamuis per  
paginas oculos ducat, nihil aliud quam inani pictura  
pascitur: ita Iudæi atque alij omnes legem quæ spi-  
ritualis est, & spiritualia significat, carnaliter acci-  
pientes, nihil fructus referunt, quin etiam læduntur  
interdum, hoc est enim occidere literam. At in nouo  
testamento, quia non solum præcepta data sunt, sed  
ipse spiritus gratiæ tum mentem illustrans ad diuina  
capienda, tum animum inflammans ad amanda  
æterna, & contemnenda mortalia, rectissime idonei  
ministri Euangelij, non litera sed spiritu donati di-  
cuntur. Neque tamen negandum est in veteribus  
fuisse quam plurimos qui spiritu ducerentur habentes  
animū Euangelicum, quamuis corpore legi serui-  
rent, quod de Prophetis, de Patriarchis, de ipso legis  
interprete Mose, nullo modo dubitare potest, qui  
perfectionem sapientiamque illorum patrum atten-  
derit, vt nihil ferè sit in nouo testamento expromp-  
tum, vt Augustinus optime sentit, quod illi Patres  
non dixerint aut certè insinuauerint. Vt sunt contra  
multi ac plerique homines Christianam atque euan-  
gelicam legem profitètes, qui sensu carnali, vita que  
valde

*August.  
cōtra A-  
dimantū  
Manich.  
c. 3. Et 1.  
Refract.  
cap. 22.*

valde imperfecta ad veteris quodammodo testamenti statum pertinent. Neque de iis loquor qui Christum confitentur, factis negant, quos nullo modo heredes esse diuinarum promissionum constat: sed de ea parte bonorum fidelium dico, qui terrenis rebus quodammodo affixi, ædificant super Christi fundamentum, lignum, fœnum, stipulam: quos etiã more populi Iudaici, utpote animales, sapientiam docere non expedit, sed metu salutari deterritos, & externis officiis bonis occupatos summa Dei benignitas seruat, in firmos scilicet atque aliis tantum manducantes, & diem sapientes, & literæ potius quam spiritui adhaerentes. Horum maximus grex est semperque fuit in Ecclesia Christi qui sub nouo agentes testamento, tamen moribus & sensu vetus magis referre videntur: contra atque illi, quos dixi, patres antiqui, quorum status veteris fuit, sed fides & Spiritus nouo testamento digna.

Rom. 14.

Quin etiam in eodem homine reperiuntur suo quodammodo quæ ad utrumque statum testamenti pertineant: est homo vetus & nouus, interior & exterior, sensus & ratio, caro, & spiritus. Nihil itaque mirum, si Paulus veteris hominis miseriam deplorans, se carnalem & sub peccato venundatum conqueratur: qui idem mente seruit Deo, & legis spiritum approbat, & gratia noui testamenti perficitur. Hanc autem omnem de differentia literæ & spiritus, veteris & noui testamenti disputationem absoluit nobis Hieremias Propheta, cuius producit Paulus testimoniũ in hæc verba: Melioris testamenti mediator est (de Christo scilicet agit) quod in melioribus repromissionibus sancitum est, vituperans enim eos dicit. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & consummabo super Israël & super domum Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum quod feci patribus eorum in die qua

Rom. 7.

Hebr. 8.

Hier. 31.

apprehēdi manum eorum, vt educerem illos de terra Ægypti: quoniam ipsi non permanferunt in testamēto meo: & ego neglexi eos dicit Dominus. Quia hoc est testamentum quod disponam domui Israël post dies illos, dicit Dominus, dabo leges meas in mentem eorum, & in corde eorum, super scribam eas, & ero eis in Deum & ipsi erunt mihi in populum. Huc ergo redeunt, quæ diximus, omnia; vt breuissima periodo Ioannes vtriusque testamēti diuersitatem omnem exposuerit, cum dixit: Legē quidem per Mosem datam; sed gratiam & veritatem per Christū esse factam. Itaque quod interest inter eum, qui iubet, & eum qui dat, quodque inter illud quod nihil est nisi quod designat, & quod per se est: id legem à gratia, testamentum vetus à nouo distare intelligamus.

Ioan. i.

*De partitione veteris testamenti in legem & Prophetas.*

C A P. X V I I.

**Q**UONIAM vniuersæ scripturæ scopum ostendimus Christum; diuino nobis verbo & promissum & exhibitum, ac de testamento qua ratione dicatur, idque duplex cur sit, exposuimus, breuiter vtriusque etiam testamenti partes quatenus ad institutum nobis de Christo reuelato sermonem pertinet, persequi oportere videntur. Mihi vero nulla melior distributio venit in mētē ea, quam Gregorius Magnus inducit, cum locum illum Ezechielis explicat sanè obscurum: Cumque aspicerem animalia, apparuit rota vna super terram iuxta animalia, habens quatuor facies: & aspectus rotarū & opus earum, quasi visio maris, & vna similitudo ipsarum quatuor: & aspectus earum & opera quasi sit rota in medio rotæ. Per quatuor partes earum euntes ibant, & nō reuertebantur

Ezech. i.

tebantur cum ambularent. Rotã intelligi testamen-  
 tum, ac rotam in medio rotæ nouum in vetere con-  
 tentum, non solum Gregorius, sed Hieronymus, &  
 Ambrosi<sup>9</sup> volūt. Quatuor vero facies rotæ vel quod  
 subditur, quatuor partes rotarum, optimè ab illo ex-  
 plicantur, quod omnis diuina Scriptura quadruplici  
 distinctione constat. Vetus enim testamentum lege  
 & Prophetis; nouum, Euangelica & Apostolica do-  
 ctina absoluitur. Ac communi quidem voce, vetus  
 omne testamētum legis nomine sæpenumerò com-  
 prehēditur. Nam quod Christus dixit, vt fiat sermo,  
 qui in lege eorum scriptus est: Quia odio habuerunt  
 me gratis, manifestè in psalmis scriptum legimus: ita  
 non solum Prophetas, sed etiã Psalmos legis nomi-  
 ne accipimus. Nonne, inquit scriptum est in lege ve-  
 stra, quia ego dixi dii estis? quod itidē in Psalmis ha-  
 beri nemo ignorat. Illud autem quod Apostol<sup>9</sup> scri-  
 bit ad Corinthios, in lege scriptum est, quoniam in  
 aliis linguis & labiis aliis loquar populo huic, & nec  
 sic exaudient me dicit Dominus: ex Esaia de promp-  
 tum est. Quare cum lex ab Euangelio secernitur, to-  
 tum testamētum vetus, etiam Prophetas & Psalmos  
 cõplectitur. Sed vtitur frequenter Scriptura ea voce  
 cõtractius, ac totum vetus testamentum in legem &  
 Prophetas, secat; quæ quidē est partitis percelebris.  
 Sic Christus: lex & Prophetæ vsque ad Ioãnem, vo-  
 lens intelligi vetus testamentum se adueniente fini-  
 tũ, ac rursus: Hæc est enim lex & Prophetæ. Et illud:  
 In his duobus mandatis vniuersa lex pendet & Pro-  
 phetæ: Et in Actis Apostolorũ Paul<sup>9</sup>, se credere om-  
 nib<sup>9</sup> quæ scripta essent in lege & Prophetis. Idē sua-  
 debat Iudæis Romæ de Iesu ex lege Moyfi & Pro-  
 phetis. Sed rogas quid hîc legis, quid Prophetarum  
 partib<sup>9</sup> cedat? Meo sane iudicio, quæ à Moyse scripta

*Hiere. in  
prin. cap.*

*Ezechie-  
lis. Amb.*

*Serm. 3.  
in psalm.*

*118. Gre.  
Homi. 6.*

*in Exec.*

*Ioan. 15.*

*Psal. 24.*

*Ioan. 10.*

*Psal. 81.*

*1. Corin.*

*14.  
Esa.*

*Luc. 16.*

*Matt. 7.*

*Mat. 22.*

*Act. 24.*

*Act. 28.*

*Gal. 4.* sunt legis propriè sortita sunt vocè, quãuis ante datã  
*Gene. 16.* legẽ facta referantur. Nã ad Galatas scribès Paulus:  
*2. Cor. 4.* Qui sub lege, inquit, vultis esse, legem non legistis?  
*Gene. 3.* & producit scripturam de Abraham duos filios habẽte, vnum de ancilla, alterum de libera. Alibi quoque mulieres subdi debere viris, vt lex præcipit, quod vtrumque ex Genesi ante scriptã legem protulit. Prophetæ verò accipiuntur reliqui omnes Saceri Scriptores, siue historiam sacram, siue agiographa, siue psalmos siue Prophetiam propriè dictam literis mandauerint: videtur autem is ordo diuinorum scriptorum præcipuè à Samuele inchoare. Etenim Petrus Apostolorum princeps in ea concione quam habuit ad populum Hierosolymitanum circumfusum, ac claudum subitò integritati redditum obstupescentem post multa de Christo, post testimonium ex lege Moysis assumptum, perguit dicere in hũc modum: Et omnes Prophetæ à Samuel & deinceps qui locuti sunt, annunciauerunt dies istos. Vbi satis insinuat post Mosẽ Prophetas à Samuele numerari. Sed quoniam reperimus historias Iosue, Iudicum, & Ruth ante tempora Samuelis, quæ Moysis voluminibus certum est non comprehendi, aut hi libri tamquam appendices Moyfi legi annumerantur, aut à Samuele scriptos possumus existimare: aut certè Petrum nihil aliud sibi voluisse quam præcipua & maximè illustria de Christo oracula Prophetarum, à Samuele cœpisse: cum alioqui Scriptura diuina, etiam ipsum Iosue annumeret in Prophetis.

*Ecc. 46.* De alia partitione veteris testamenti in Legem, & Prophetas, & Psalmos.

CAP. XVIII.

**V**ERVM testamenti veteris partitionem in Legem, & Prophetas, quæ est celebratissima ac familia



familiarissima Scripturis, inuenimus alia quoque ratione factam à Christo, qui pro duabus tres Scripturæ de se partes commemorat ad hūc modum: Et dixit ad eos: Hæc sunt verba quæ locutus sum ad vos cum adhuc essem vobiscum, quoniam necesse est impleri omnia, quæ scripta sunt in lege Moyse, & Prophetis & Psalmis de me. Quid oro causæ est, cur hîc Dominus vulgata ac solēni partitione legis & Prophetarum minimè contentus, etiam psalmodū mentionem peculiarem adhibendam putauit? An propheta Dauid non fuit? An cum libri prophetarum commemorantur, nō in ijs vel primus intelligi solet psalmodum liber? Ita est planè: dubitare non possumus. At Christus magna certè ratione non solū psalmos distinctè commemorauit, verum etiam vltimo loco posuit, hoc est, proximo sibi, quamuis tempore anteriore cæteris prophetis scripti sint. Etenim ipso dicendi ordine insinuauit, tametsi omnis vetus Scriptura Christum annūtiat, legem tamè Mosis id parcius & obscurius facere, Prophetas apertius & copiosius: Dauidicos psalmos omniū vberimè. Quam ob rem amplius quàm cæteræ scripturæ fidelibus sunt in ore, & toto anni curriculo frequentantur. Breuiter vero distributionis commemoratæ, quod ad institutum nostrum pertinere videbitur, partes singulas, persequemur.

*In libris Mosis pleraque allegoricè & obscure dicta esse de Christo.* CAP. XIX.

**E**RGU Mosem de Christo scripsisse, ipse Christus est auctor: Scripsisse autem rectè & obscurè pleraque, satis declarat, cum scrutari iubet illius scripturas, & cum se illarum interpretem adhibet, inci- Ioan. 5.  
piens à Moyse. Cur autem famulus Dei Moyses cum Ioan. 24.  
de facie Dominum viderit, ac mysteria salutis nostræ

D 5 mani

*Exo. 34.* manifestè cognouerit, tamen vultum suum operuerit cum loquetur ad populum, hoc est, diuina mysteria non sine magnis inuolucris tradiderit, quemadmodum Paulus Apostolus interpretatur: Causa illa fuit, quod rudem & ineptam tantis rebus capiendis

*2. Cor. 3.* plebem nactus esset. Quod scriptura significat cum dicit: ita vt non possent intendere filij Israël in faciè Moy si, propter gloriam vultus eius. Est verò sapientis magistri, ad auditorum se captum accommodare. Quare imperitum prorsus ac pene infantile genus humanum in Spiritus sanctus maximas res edocuit vt paulatim sensu crescente etiam diuinarum rerum atque altissimarum scientia proficeret. Offendit enim atque perstringit infirmos oculos, lucique non assuetos copia ipsa lucis: eadem adumbratione congruenti attemperata, mirificè fouet ac recreat. Itaque libri Moy si pleni obscuritatibus & enigmatibus sunt: rebusque ipsis, quas narrant, non minus prophetant quam verbis, quod proprium diuinitatis sit per res ipsas gestas loqui, vt homines per verba solent.

*1. Cor. 10.* Notumque est Pauli documentum ad innumerabilia Scripturæ arcana aperienda summopere necessarium: Omnia in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram. Debemus autem in ijs quæ in nouo testamento de veteri interpretata tenemus, etiam ad reliqua coniectanda institui. Nā quemadmodum parabolas quasdam suas ipse Christus exponere dignatus est suis, vt cæterarum etiam rationem interpretandarum exemplo proposito discerent, vt de eo qui semen iecit, cuius partes tres interierunt, reliqua fructum attulit plurimum, & de Zizanijs non eruendis ante Iudicium, & si qua sunt simili modo exposita: ita quoque non pauca in Lege simpliciter narrata, quam reconditos

sensus

*Luc. 8.*

*Mat. 13.*

sensus de Christo, & Ecclesia admirabili fœcunditate gestarent, ab ipso Salvatore illiusque Apostolis explicata sunt, vt quæ sit diuinis sermonis intelligendi ratio, eodem tramite disceremus. Quis enim cum duos filios habuisse Abraham Patriarcham legeret, in ijs duo testamenta intelligeret, nisi Paulus interpretaretur? Quis immensas diluuij aquas quibus mundus interiit, breuem baptismi nostri aquam, qua homo vetus interit, & nouus efformatur, acciperet, aut ita philosophantem non contemneret, nisi Petri auctoritate cohiberetur? Nonne talibus exemplis diuina auctoritate introductis, supercilium illorum deprimitur, qui allegoricos sensus contemnunt, qui nullos adhibendos putant, nisi rebus valde inter se se similibus? At certe scriptura non solum ita tenuiter abumbrata commendat, vt ni his negligamus, nihil quamuis exilem de Christo & Ecclesia speciem præbeat, relinquentium putemus: verum etiam ex contrariis contraria interdum pronuntiat. Adam enim typum Christi facit, non in eo tantum quod primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis, vt sicut imaginem terreni portauimus, ita cœlestis quoque portemus: sed in eo maximè, in quo Christo plurimum aduersatur, hoc est, in fraude, in peccato, in inobedientia, per quam peccatores constituti sunt multi, etiam qui non peccauerunt in similitudinem præuicationis Adæ. Cur hoc? Vt planè intelligamus per obedientiam Christi iustificari plurimos, atque in ijs etiam multos qui non obediunt in similitudinem Christi, hoc est, qui nullis bonis actibus sese Deo addixerunt, sed tantum merito Christi commendari sunt, quales esse omnes paruulos in ipso baptizatos catholica fides tenet. Idcirco

Aposto

Gal. 4.

1. Pet. 3.

1. Cor. 15.

Rom. 5.

- Rom. 5.* Apostolus dixit, qui est forma futuri. Quæcunque verò de sacrificijs & oblationibus, in lege instituta sunt, Christi agni immaculati verum perfectumque sacrificium adumbrare, nemo dubitat, qui epistolam ad Hebræos legerit, in qua his de rebus copiosè differens Paulus, vmbra legi attribuit futurorum bonorum, non ipsam imaginem rerum. Quod, quam ob rem dixerit, mox declarat, quòd impossibile sit sanguine hircorum & taurorum auferri peccata, quemadmodum psalmus habet : Holocausta & pro peccato non postulasti, aures autem perfecisti mihi. In qua voluntate, inquit, sanctificati sumus, per oblationem corporis Iesu Christi semel. Quam veterum victimarum cū vno vero perfectoque sacrificio commutationem Malachias quoque eleganter cecinit. Non est, inquit, mihi voluntas in vobis, & munus nõ suscipiam de manu vestra. Ab ortu enim Solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus, & in omni loco sacrificatur & offertur nomini meo oblatio munda. Quod de Christianæ religionis singulari sacrificio Eucharistia dici, Patres omnes intellexerunt, & res ipsa nos abundè docet. Atque vt tam multis illis hostijs & oblationibus crucis vnicum Sacrificium, perfectamque oblationem significari rectè ex Apostolica doctrina accipimus, ita sacramenta quoque nostra & populi Christiani cursum, ibidè debemus agnoscere. Qua de re seriò nos Apostolus commonet : Nolo, inquit, vos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare transierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari, & omnes eandem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundem potum spirituale biberunt (bibebāt autem de spirituali cōsequente eos petra, petra autem erat Chri

*Iust. in collo. Euseb. lib. 3. demo. euangel. c. 2. & li. 1. cap. 14. Concil. Trid. sess. 2. ca. 1. 1. Cor. 10.*

Christus, hoc est, non præsentem illam petram sed futuram (spiritualiter Christum deberis accipere) sed non in pluribus eorum beneplacitum est Deo. Hæc autem in figura facta sunt nostri. Hic baptismi, atque Eucharistiæ, totiusque doctrinæ euangelicæ insinuationo fit. Itaque ex hac regula erit facilè cætera beneficia illi populo præstita ad spiritualia Ecclesiæ bona diuinitus collata transferre. Iam quæ de animalium ciborumque vetitorum ratione lex præcipit, Cyrilli atque Augustini documento seruato, ad actuum immundorum, quæ verè inquinant mentem, expultricem philosophiam accommodare, eiusdem operæ est. Idque nos Euangelium satis docuit vno illo verbo: Non quod intrat in os coinquinat hominem: sed quod procedit de ore: de corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta falsa, testimonia, blasphemix. Itaque secundum Apostolum lex spiritualis est: sed cum lata esset populo & duro, & rudi, spiritum carne, quasi gladium vagina, texit, ne temerè attrectatus noceret potius imperitis qui prudenter districtus à spiritualibus viris; & fulget egregiè, & aduersus hostes magno adiumento est.

*Cyrill. li. 7. in Leuitic.*

*Aug. l. 6. con. Faustum c. 7.*

*Et Homil. 46. in 10. tomo.*

*Matt. 15.*

*Rom. 7.*

*Extare in lege nonnulla de Christo testimonia clarissima.* CAP. XX.

**Q**VAMQVAM autem libri Mosayci quòd à Christo remotissimi sint, & auditores nacti maximè ineptos, obscurissime pleraque de Christo pronuncient, magisque per allegoriam quam per prædictionem apertam propriamque futura vaticinentur: tamen summus sacrae omnis scripturae auctor Spiritus sanctus, vt maiestatem præscientiæ suæ ostenderet æquè remota ac propinqua perspicientis, in ijs ipsis antiquissimis libris nonnulla vsque adedè aperte

apertè & perspicuè de Christo dixit, vt apertiora neque in Prophetis neque in Psalmis legamus. **Exempli causa** pauca subiungam. In ipso generis humani exordio serpenti dicitur: Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius, ipsa conteret caput tuum, & tu insidiaberis calcaneo eius. Quod de Christo per crucem diabolum vincente, vicissimque in illo suo exitu ab ipso appetito & impugnatò, dici certissimum est, atque manifestissimum: cum præsertim Hebraica ad semen referant secundam illam clausulam, ipsum conteret caput tuum. Quid illud: Benedicentur in semine tuo omnes gentes, quod tertio Abraham audiuit ex Deo: **Gen. 3.** Isaac & Iacob semel atque iterum? Nonne manifestam de Christo continent Prophetiam? Aut quod vsquam præclarius vaticiniũ extat, quàm illud Iacob iam morituri? Non auferetur sceptrum de Iuda nec dux de scemore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium. Quamuis enim non facile sit demonstrare de tribu Iuda mansisse vel reges vel duces vsque ad Christi aduentum: tamen inter omnes constat, cum primum alienigena atque Idumæus Herodes regnũ Israëlis adeptus est, tunc omnino Christum aduentasse in mundum. Itaque Eusebius Cæsariensis intelligit non prius defecturum Ducatum de semine Iacob, quàm venisset Christus: quod velint, nolint Iudæi, perquam olim impletum est, vt frustra suum Messiam præstolari vel hoc testimonio apertè coarguantur. Præterea Balaã diuinitus afflatus ita exclamat: Videbo eum, sed non modo: intuebor illum, sed non prope. Orietur stella ex Iacob, & confurget virga de Israël, & percutiet duces Moab, vastabitque omnes filios Seth. Quod de vocatione Gentium Christi ortũ stella indicante prædi

*Eusebi.  
Demon-  
strat. e-  
uang. lib.  
1. ca. 3. &  
l. 3. ca. 2.  
Num. 24*

prædictum, sicut à Matthæo narratur, nemo dubitat. *Mat. 2.*

Omnia autem præclarissimum notissimumque oraculum in Deuteronomio legimus. Prophetam de gente tua, & de fratribus tuis sicut me suscitabit tibi Dominus Deus tuus, ipsum audies. Et mox, Prophetam suscitabo eis de medio fratrum suorum similem tui, & ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia quæ præcepero illi. Qui autem verba eius quæ loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existam. Quemadmodum vero de nullo alio Propheta hæc accipi possint, quam de Iesu Nazareno, quoniam eruditè & copiosè ille ipse vir doctissimus Eusebius demonstrat, nihil opus est nobis, amplius immorari. Sed cum Philippo, Petro, & Stephano hunc ipsum esse Iesum de quo illa scripta sunt, etiam cæcis ostendere possumus. Scripsisse igitur de Christo Mosem plerumque quidem obscurè, aliquando etiam expressè, satis ostensum est.

*Deut. 18.**Eusebius  
Demon.**Euan. li.**1. ca. 7. &**li. 3. ca. 2.**Ioan. 1.**Act. 3.**Act. 7.*

*Prophetas de Christo scripsisse copiosius, & apertius.*

## C A P. XXII.

**S**E C V N D O loco Dominus Prophetas post legem commemoravit, cum illa discipulis excitatus à mortuis dixit, de quibus disputamus iam dudum: Necessè est, inquit, impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moyfi, & Prophetis, & Psalmis de me. Prophetas congruentius accipimus, qui maiores quatuor, minores duodecim vulgo numerantur, quorum etiam Ecclesiasticus meminit quamvis Danielem præterierit, fortasse quòd Chaldæo, non Hebraico sermone sicut Esdras, quem itidem tacet, scriptus esset. Fuère verò præter hos alij complures, vt Samuel, vt Nathan, vt Elias, vt Helisæus. Sed hi vel nihil literis commendarunt, vel historias sacras scripsisse putantur, in

*Luc. 24.**Ecc. 49.*

in quibus Christi venturi vestigia nonnulla posita sunt. Sed prophetico stylo reuelationes sermonesq; suos illi, quos dixi, digesserūt, ac propterea Prophetę veluti proprio nomine vocantur. Quamquam Salomon ipse, & Iob, & Sapientię auctor & Ecclesiastici eximias interdum de Christi mysteriis prophetias afferant: quippe qui spiritu Christi imbuti non morib<sup>9</sup> solū, sed fidei quoque Christianę plurimum profint. Sed in Prophetis illis sexdecim, quos dixi, sine dubio copiosior, & illustrior est de Christi aduentu cęterisque mysterijs eius, oratio. Et quamuis pro temporum illorum opportunitate, multa de moribus tradant, multa in sceleratos ac desertores inuehantur, multa vel minentur tristitia vel secunda polliceantur; tamen pręcipuus maximusque conatus illorum ad Christi regnum celebrandū fertur, idque partim rerum pręsentium occasione sumpta, partim absoluto prędicendi futura spiritu. Verū est enim quōd Stephanus affirmat, hos omnes pręnuntiasse de aduentu iusti: & quod Petrus, omnes Prophetas Christo testimonium perhibere. In omnibus verō longē excellit Esaias, Christum, Christi que omnia & acerba & pręclara perspicuē celebrans, vt ab antiquis Patribus Euangelista merito nominetur. Daniel quidem certissimē valdeque expressē Christi aduentum tum priorem tum posteriorem denuntiat. Hieremias, & Ezechiel etiam personis ipsis suis Christum sæpe prophetant, & illustria valde de illo canunt. Cęteri quoque pręsertim Zacharias, & Michęas, & Ioël, & Malachias, tanquam stellas quasdam primę magnitudinis, de Christi aduentu & regno pręclara multa suis monumentis insculpunt. Sed, vt dixi, Esaias longē superat cęteros: vnusque hic fere plusquam reliqui omnes ad Christi regnum,

*Act. 7.*

*Act. 10.*



gnum, illiusque notitiam confert.

*Psalms. supra omnes scripturas veteres. Christū celebrare.*

C A P. X X I.

**V**TRVM hac parte etiam Davidis spiritum æquet, an ab illo vno vincatur potius, non facile dixerim. Videtur mihi tamē in Christi mysteriis præcinēdis, vni Davidi palma cōcedi. Primū persona illius veluti magno quēdā est Christi ipsius. Itaq; vel nomine alterius alter sæpe vocatur, quemadmodum imaginibus præclaris vsu venire solet. Nā cū Oseas dicit, quæsituros filios Israël Dominū Deum suū & David regē suū, & cum Ezechiel Dauidem principem futurū inter oves Domini, & cum Hieremias, ferituros Israëlitas Deo & David regi suo, nemini est dubium Christum Davidis nomine intelligi. Neque enim genere solū, quōd ceteris regibus & patribus in Christi genealogia commune fuit, sed similitudine quadā admirabili, David Christū exhibuit: ex quo filius David insigniter vocari voluit, qui erat idem ipse natura filius Dei. Ex nomine igitur & gestorum similitudine non paruum argumentū ducitur ad excellētem Regis Davidis de Christo cognitionem cōprobendam. Hinc fit, vt argumenta Psalmorum ex historia quidem plerumque petenda sint; sed ad mysteria ea prædicēda progredi semper inueniātur, quæ longo tractu historiæ angustias excedunt. Maxima enim Psalmorū pars in Christo celebrādo cōsumitur. Quin etiam cōplures fuisse, Hilarius meminit, qui omnia quę in libris Psalmorū scripta sunt, ad personam Domini nostri vnigeniti filij Dei existiment esse referēda, nihilque in eis aliud quā quod ei sit proprium, contineri. Quæ eorum opinio, ait ille, argui non potest. Quā tamen non omnino probat, nisi quemadmodum in alio loco scribit: Quia omnia

*Ose. 3.*

*Ezec. 37.*

*Hier. 30.*

*Hilar. 2<sup>a</sup>*

*psal. 63.*

*Hilar. in*

*psal. 138.*

E in Chri

in Christo & per Christū sunt, quicquid illud in Psal-  
 mis & sub diuersorū, est nomine Prophetarū, omne  
 de ipso est. Quamquam enim diuersa sint argumenta  
 Psalmodū, & quidā in eis historici, quidā Propheeti-  
 ci magis, atq; alij mysteria potius, alij mores legem-  
 que commendent, ac in omnem vitæ benè instituē-  
 dæ partem copiose instructi sint; tamen nō falsò viri  
 pij & docti censent, vix vllum esse in iis, qui Christi  
 gustum aliquem non præ se ferat. Itaque & à sanctis  
 patribus maioribus nostris nulla Scripturæ pars &  
 plenior & melior Christiano iudicatur lectione psal-  
 morum: nulla æquè ab ipsa matre omniū Catholica  
 Ecclesia frequentatur. Vt quemadmodum omnibus  
 edulijs panis adhibetur, ita toto decursu anni cū cæ-  
 teræ scripturæ varientur, omnes tamē cāntione psal-  
 morum consocientur. Ac deberent sanè Deo dicati  
 viri ecclesiastici, sicut hunc librum assiduè versant  
 ac manibus terunt & orè repetunt, ita animum intel-  
 ligentiæ eorum, quæ frequentant, adhibere, magnos  
 sine dubio fructus, copiososq; splendores diuinarum  
 illustrationum inde relaturi: quod experiūtur homi-  
 nes alioqui nō insigniter literati: sed qui iuxta Apo-  
 stolū psallunt spiritu & mente psallunt. Quantum  
 autem cæteros Prophetas anteeat in mysterio Chri-  
 sti vnus Dauid, videtur mihi scriptura aptissime de-  
 clarare, cum in libris Regum ad hunc modum de il-  
 lo loquitur: Hæc sunt autē verba nouissima, quæ di-  
 xit Dauid filius Isai: dixit vir cui constitutum est de  
 Christo Dei Iacob, egregius psalter Israel, spiritus  
 Domini locutus est per me, & sermo eius per linguā  
 meam. Vbi post recitatum psalmum in numero qui-  
 dem nostri psalterij decimum septimum, sed ab au-  
 ctore libri regnorū nouissimum dictum, laudē egre-  
 giam Dauidis ponit, quòd is vir sit, cui constitutum  
 est de

1. Cor. 14

2. Re. 23.

est de Christo, hoc est, cuius institutum omne fuit  
Christum canere. Illud namque quod nos legimus,  
cui institutum est de Christo, alij explanatè, atque ad  
Hebraica, vt referunt viri doctissimi, magis ac com-  
modatè legunt, super Christo, id est, qui à Deo con-  
stitutus fuit vt de Christo diceretur, & carmina  
ederet. Ob quam rem egregium psaltem Israël's di-  
xit, cuius os & linguam nequaquam Pythius, sed ve-  
re diuinus spiritus atque ardor impleuerit. Hic po-  
puli Israël'itici, hoc est, fidelis & Deū verum colen-  
tis Pindatus, hic Flaccus noster est, & si quo alio, no-  
mine diuinus Lyricus innotescere queat: egregius  
certè, atque omnium qui vnquam vel fuere vel futu-  
ri sunt Vates elegantissimus. Cui singulare fuit per-  
petuumque Christum, Christique res admirandas  
carmine celebrare. Quod ipse Christus agnoscens,  
eodem memorata lege & Prophetis in se praeinendo  
summum dignissimumq; locum Psalmis attribuit.  
*Euangelicam atque Apostolicam Doctrinam Legi & Pro-  
phetis in mysteriū Christi lucem consummatam asserre.*

## C A P. XXIII.

**Q**UONIAM verò quæ prædicuntur nulla me-  
lius ratione capiuntur, quam cum præsentia at-  
que effecta narrantur, vetus testamentum, quod in  
prædicendo Christo & regnò ipsius totum versatur,  
excipit nouum, vbi & Christus ipse per historiam  
Euangelicam exhibetur atque Dei digito ostèditur,  
& per Apostolicam tum vitam, tum doctrinā à toto  
mūdo & auditur & colitur, quod est regnū eius cœ-  
leste, hoc est, Ecclesia Christiana Deū piè colens, &  
fœliciter assequens. Quare tota noui testamenti ratio  
in has duas partes rectè à patribus distributa est, in  
Euangelicā atque Apostolicā scripturam. Euangeli-  
ca quidē plurima ex parte altior sēsu, stylo humilior,

*Gregor.  
Homi. 6.  
in Ezech.*

quod ad homines minus purgatos Dei verbū loque-  
*Ioan. 7.* retur: Apostolica verò pleraque Dei mysteria aper-  
*Luc. 14.* tius tradēs, quippe cum iā esset spiritus datus, & Ie-  
 sus per passionem suā glorificatus, aperiensque sen-  
 sum suorum vt scripturas intelligerent ac diuinā ca-  
 perent: cum sit auctor ipse & principiū & finis, & &  
 nullam de Christo discendo meliorem aptiorem,  
 que methodum tradi puto, quā vt à doctrina Euange-  
 lica inchoet omnis diuinā Sapientiae studiosus, cui  
 adiungat protinus Apostolicam, inde ad Psalmos &  
*Gen. 28.* Prophetas & legem gradum facturus, ex usque om-  
 nibus rursus ad Christi euāgelium reditu factō. Hæc  
 enim illa est schala, quæ alios descendentes alios as-  
 cendentes sustinet: quæ vna est via in cælum, quod  
*Ioan. 1.* vero Israëlitæ Natanaëli dixit: Amen amen dico vo-  
 bis, videbitis cælum apertum & Angelos Dei ascen-  
 dentes & descendentes supra filium hominis. Hic si  
 cælum apertum scripturam reuelatam exponere ve-  
 lim neque nouam rem, neque à veritate alienā factu-  
 rus sim: Angelos verò, Dei ministros & prædicato-  
 res tum anteriores tū posteriores in Christo omnes  
 sibi mutuo occurrētes, atque eundem fidei spiritum  
*2. Cor. 4.* habentes, vel me tacente Paulus loquitur. Itaque in  
 Christo & per Christum atque ad Christū omne mi-  
 nisterium nostrum est, siue ascendamus in Deum, siue  
 descendamus ad homines. Siue enim mente exce-  
*2. Cor. 5.* dimus Deo, siue sobrij sumus, vobis. Charitas enim  
 Christi vrget nos, aiebat ille, Nos vero quoniam satis  
 Christum totius Scripturæ scopum ostendimus, atq;  
 illius & vim & partes præstrinximus: quæ de studio  
 atque vsu Canonice Scripturæ olim cogitabamus in  
 frequentem disputationem referuemus.

FINIS LIBRI PRIMI.

DE

DE CHRISTO  
REVELATO  
LIBER SECVNDVS.



**FALLI HAERETICOS, QUI**  
*Scripturæ sensum facilem iactant.*

Cap. I.



**O**MNIS quidem Hæretico-  
rum sermo absurdus est: sed  
nescio an impudentius vs-  
quam se gerant, quam cum  
Ecclesiæ Catholicæ aucto-  
ritate contépta, diuinæ Scri-  
pturæ sensum sibi arrogant,  
minimeque difficilem rem  
existimant, ad veram atque  
germanam sanctarum literarum intelligétiam haud  
maiore ope, quam inani quadam temeritate perue-  
nire. Itaque cum humano iudicio rem penitus diui-  
nam committunt, atque subiiciunt, illud profecto ef-  
ficiunt, vt non Dei sermo de nobis: sed nos de Dei  
sermone iudicemus: quo nihil potest neq; absurdus

E 3 neque

neque perniciosius cogitati. Quam ob rem quod in perturbata ac tyrannica republica accidit, ut non leges, & ius, sed temeritas perditissimi cuiusque dominetur, omniaque per tumultum gerantur, ex libidine potius quam ex vlla vera ratione: id sane omnes hæreses habuisse, hodieque maxime habere cernimus: ubi neque certū quicquam, neque cōstans: ipsi inter se nouatores dirisimè belligerantur, neque veritati, neque alijs alij, neque verò ipsi sibi satis consentientes. Nā quid non afferat exitij, in Deū cæca superbia? Sunt prorsus sacræ literæ arcana, reconditos & difficiles sinus habent, ad quos penetrare nisi Spiritu sancto duce, homines minime possunt. Quod enim de Paulinis epistolis princeps Apostolorum pronūtiat, hoc de omnibus sanctis scripturis intelligi vult. Sicut & clarissimus, inquit, frater noster Paulus, secundum datam sibi sapientiam, scripsit vobis: sicut & in omnibus epistolis loquens in eis de his, in quibus sunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti & instabiles, deprauant, sicut & cæteras scripturas ad suā ipsorum perditionē. Quam multis in ore hereticorum Paulus est? At nos Paulū meritò vëdicamus. Easdem literas vtrique legimus, cur non eodē modo Paulum intelligimus? Sunt sanè in iis multa difficilia intellectu, cum de lege, & peccato disputat, cum de fide & iustitia, cum de prædestinatione & libero arbitrio, de extremis temporibus, de mysterio Christi: denique cum omnium dogmatum verorum fundamenta iaciat, euersores fidei Christianæ, his se maxime adiuuari iactant: propter quos, fidei nō operibus iustificationem attribuētes, Petrum illa censuisse de Paulinis literis scripsit Augustinus, quod ad impudentiam sectariorum refellendam satis esse debebat. Atque hoc exēplo omnes hæreses reperies, in quibus

rara

*Aug. lib.  
de fide &  
operibus  
c. 14.*

rara est omnino quæ ex diuinis libris non putet sibi fidem conciliandam. Nam quemadmodum mendacij pater, ipsum Christum caput nostrum, etiam scriptura tentare ausus est, ita filij illius genimina viperarum Christi corpus Ecclesiam per scripturas oppugnare contendunt, promittentesque falsi nominis scientiam, non intelligunt neque quæ loquantur, neque de quibus affirmant. Est enim familiare mendacio, ut veritatis se auctoritate rueri velit. Præclare Hilarius dixit, meminim pariticorum esse, qui se non secundum scripturas prædicare ea quibus blasphemant, mentiantur. Omnes scripturas, inquit, sine sensu loquuntur, fidem sine fide prætendunt. Scripturæ enim non in legendo sunt, sed in intelligendo. Profus verè, profus eleganter. Idcirco fidei auctor Iesus, Ecclesiæ sanctæ conditor atque institutor & parens, sapientiam quidem filiis suis inspirauit, ac thesaurum sanè magnum, sed tamen clausum scripturas sciens; fidelibus suis clauem propriè commisit, idque inter suos & alienos interesse voluit, ut cum omnibus esse communis tabernaculi sancti conspectus externus, soli tribui electæ ad interiora pateret introitus. Cum enim resurrexisset ex mortuis, inspirauit in oculos discipulorum, atque aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas. Frustra omnino sudat atque torquetur qui scripturas intelligere conatur, nisi spiritum eius acceperit. Est hæc tenebrosa aqua in nubibus aeris, obscuritate simul atque altitudinem diuinæ sapientiae, ut Gregorius Papa commentatur, satis ostendit. Neque nos Christus ad perscrutandas scripturas hortaretur, quod magno studio à Thessalonicensibus nobilibus factum Lucas cum laude commemorat, neque interpretæ clara Spiritus sancti charismata, ac dona interpretatione sermonum Paulus numeraret, si essent diuinæ litteræ, ut metiuntur

*Matth. 4.**Hilar. in li. ad Constantium.**Ioan. 20. Luc. 24.**Psal. 17. Greg. lib. 17. mora. ca. 14. l. 27. c. 5.**Ioan. 5. Act. 19. 1. Cor. 12*

hæretici, faciles & cuiusvis iudicio expositæ. Quod  
*Prov. 18.* si Salomon viri prudentis verba, aquæ profundæ  
 comparanda videntur, quis dubitat, quin ipsius sa-  
*Eccl. 24.* pientiæ fons, quod illico subdit, torrentis longe la-  
 réque redundâtis instar erumpat ad nos? Ex ore enim  
 sapientiæ non guttæ, sed flumina omnino fundun-  
 tur, quemadmodum ipsa de se aliquando profertur.  
 Itaque desinant homines fatui æquè ac superbi, scri-  
 pturam sacram tanquam facilem & apertam, cuius  
 de vulgo intelligendam, explicandamque porrigere.

*Sacram Scripturam esse per difficilem tum lo-  
 quutionibus tum mysteriis.*

## C A P. I I.

**O**BSCURITAS verò ac difficultas scripturæ  
 sacræ ex duobus omnino oritur, nempe ex re-  
 bus & signis. Atque aliquâdo quidem res per se ob-  
 scuræ atque arduæ verbis item obscuris traduntur: in  
 quo genere videtur mihi esse principia Geneseos, &  
 plurima Apocalypsis atque Ezechielis: quæ velut ex  
 industria cum res valde abditas tractent, etiam ver-  
 borum tropos difficillimos adhibent. Aliquâdo res  
 quidem per se haud difficiles, sed magnis orationis  
 velaminibus tegantur. At quæ de moribus in lege,  
 specie ciborû, cæremoniarum, rituumque variorum  
 docemur. Ipsa enim præcepta moralia de vitiis fu-  
 giendis, officiis faciendis magna signorum obscuri-  
 tate velâtur. Multa quoque de Christo historicè præ-  
 dicta à prophetis, de Ecclesia, de gêtiûm vocatione,  
 de populi Iudaici abiectioe, impleta sane videmus.  
 neq; in rebus ipsis quæquam difficultatis patimur:  
 sed in assequendo de iis ipsis sensu prophetico, ma-  
 gnopere laboramus, quòd dicta sint per obscure at-  
 que implexè, aliisque alia longe diuersa simul innexa  
 sint.



sint. Sæpe quoque fit, vt verba quidè plana, & aperta  
 sint, & pro humana consuetudine accommodatissi-  
 ma ad intelligendum, sed rerum ipsarum magnitudo  
 & excelitas, humani ingenij aciem vehemèter su-  
 perat. Huc ferè pertinet quæcumque à Christo sunt  
 Apostolis tradita in extrema concione de sua & Pa-  
 tris essentia, de Spiritus sancti maiestate ac proces-  
 sione. Quid enim, si verba spectas, simplicius &  
 planius dici potuit, verbi gratia, quàm quod de illo  
 loquens Christus dixit: Ille me clarificabit, quia de Ioan. 14.  
 meo accipiet; non enim loquetur à semetipso, sed  
 quæcumque audiet loquetur? Quid ad intelligen- Ioan. 14.  
 dum à nostro sensu altius? Eodem modo totum Ioan. 14.  
 nis exordium, vbi verbum apud Deum, & Deum  
 verbum, & verbum carnem factum addiscimus. In  
 hoc genere multa in Apostolicis literis difficillima  
 occurrunt, quod res tractent nouas humanæ cogita-  
 tioni, excelsas per se atque mirabiles; ac quantumuis  
 sese ad nostra demittant, & verbis vrantur nobis vti-  
 tatis, cum de gratia, de fide, & de iustificatione,  
 de Christi diuinitate loquuntur, tamen pro tenuita-  
 te nostra non satis ad tanta mysteria capienda affur-  
 gimus. Sed ne perpetua atque impenetrabili scriptu-  
 ræ difficultate omnino auerteremur absterriti, pro-  
 uidit dulcis pater, vt multa essent in illis literis aper-  
 ta, historica, facilia, suauia, nobisque mirificè con-  
 gruentia: siue legem, siue Prophetas, præsertimque  
 scriptores agiographos volumus: siue etiam Euan-  
 gelia, gesta Apostolica epistolæque relegamus. At-  
 que hoc est in diuina scriptura omnino mirabile, ne-  
 minem esse tam rudem & imperitum, qui si humili-  
 ter & fideliter legat, non multa illic vtilia veraque  
 intelligat: neminem contra tam doctum tum excel-  
 lentis ingenij, qui nõ illic multo plura ignoret quam  
 E s sciat.

*Aug. ad  
Iannua-  
riū Epi-  
stol. 119.  
c. 21.*

sciat. *Æquè sanè humilis ac vera cōfessio est sapien-*  
tissimi atque optimi Patris, qui ad quendam suum  
laudatorē ita scribit: Tantum absum ab eo quod per-  
rasti nihil me latere, vt nihil in epistola tua legerim  
tristius, quia & apertissimè falsum est, & miror quia  
hoc te latet, quod non solum in aliis innumerabili-  
bus rebus multa me latent, sed etiam in ipsis sanctis  
scripturis multo nesciam plura quam sciam. Ita pla-  
nè de se Augustinus. De omnibus autem communi-  
ter non minus piè ac verè sanctissimus doctissimus-

*Basil. in  
Hom. de  
vera &  
pia Fide.*

*Ecccl. 7.*

que Basilius ad hunc modum. Colligimus infinitum  
quiddam esse quod de rerum diuinarum cognitione  
sacræ literæ sentiant: neque villo modo vires huma-  
nas; quādiu hīc in terris vitam ducimus, earum ar-  
cana peritus posse comprehendere, cum maioribus  
in dies singulos progressibus faciendis, aliquid non  
assiduè semper acquiratur, neque sit quisquam, qui  
ad summum illud prius queat peruenire, quàm vene-  
rit quod perfectum est, quò sanè tempore euacua bi-  
tur quod ex parte est. Et in eadē oratione post non-  
nulla. Nam rem ipsam planè vt suapte natura est, &  
si omnes omnium mentes ad inuestigandum vnà  
coirent, itemque ad enuntiandum linguæ concurre-  
rent, tamen qui assequi posset, existeret nemo. Hunc  
sane esse Scripturæ sensum luculèter sapientissimus  
declarat Salomon dicēs. Dixi sapiens efficiar, & ipsa  
longius recessit à me multo magis quam erat. Non  
quidem quod reuera illa fugeret, sed quod ij maxi-  
me intelligunt, quam ea omnem cuiusuis ad eam cō-  
prehendendam captum exuperet, qui Dei beneficio  
ampliorem sunt cognitionem consecuti. Hactenus  
ille. Verum quanta sit scripturæ diuinæ obscuritas,  
quam difficiles passim aditus habeat, quam impene-  
trabiles intus recessus, nullus melior est testis, quam  
cuiusque

cuiusque experientia, si quid modo cordis habeat & frontis, inueniet planè, nec confiteri pudebit, vix esse paginam, in qua non multo plura dubitet quam intelligat: atque in illis ipsis, quæ sibi intelligere videatur, cum benè didicerit, non pauca se ignorasse, comperiet.

*Oh quam causam voluerit Spiritus sanctus scripturam sacram esse difficilem.*

## CAP. III.

**Q**VÆRITUR verò cur Doctrinâ suam Deus omnino salutarem, omnino hominibus necessariam, tantis difficultatibus seperit, vt rarus sit qui percipere queat sensum Spiritus sancti. An est ambitiosa sapientia Dei? Nonne sapiens ab illa edoctus, quod sine fictione didicit, se sine inuidia communicare profiteretur? Sed audiamus tantisper, quæ Sancti Patres maiores nostri ea de re censuere. Gregorius Nazianzenus, magnus diuinarum literarum interpret, breuiter ille quidem, sed perfectè ita respondet. Ea ratione factum puto, vt sapientes meliore, quam cæteri conditione sint, aut quod non sine labore ac negotio acceperunt, studiose quoque conferuent ac retineant. Quod enim aliquis celeriter facillèque adeptus est, id ne retinere quidem magno opere curat. Augustinus verò ad hunc modum. Multis & multiplicibus obscuritatibus & ambiguitatibus decipiuntur, qui temere diuinas Scripturas legunt, aliud pro alio sentiètes: quibusdam autem locis quid vel falso suspicentur, non inueniunt: ita obscure quædam dicta densissimam caliginem obducunt. Quod totum prouisum diuinitus esse nõ dubitò, ad edomandam labore superbiam, & intellectû à fastidio

*Sap. 7.*

*Gregor. Nazianzenus in carmine ad Nemesium.*

*Aug. lib. 2. de Doctrina.*

*Christ. c. 6.*

*Cant. 4.* fastidio reuocandum, cui facile inuestigata plerumque eiescunt. Quod pulcherrimo exemplo ex *Canticis* petito declarat, vbi sponsus dicit. Dentes tui sicut greges tonsarum, quæ ascenderunt de lanacro, omnes gemellis foetibus & sterilis non est in eis. Quam similitudinem de Ecclesiæ ministris & filiis, vbi explanauit, adiungit: Nemo ambigit & per similitudines libentius quæque cognosci, & cum aliqua difficultate quæsitæ multo grati<sup>9</sup> inueniri. Qui enim non inueniunt prorsus quod quærunt, fame laborât: qui autem non quærunt, quia in promptu habent, fastidio sæpe marcescunt. In vtroque autem languor cauendus est. Magnificè ergo & salubriter Spiritus sanctus scripturas ita modificauit, vt locis apertioribus fami occurreret, obscurioribus autem fastidia detergeret. Nihil enim ferè de illis obscuritatibus eruitur, quod non planissime alibi dictum reperitur. Neque diuersa ab his sanctus Basilius ita scribès, Ad eum modum citra offensam in scripturis versabimur, dum & ex iis quæ facillè percipi possunt adiuuabimur, & ab iis quæ sunt intellectu difficiliora nõ offendemur. Quod si quis illud diuinæ scripturæ vitio vertat, quod non doceat neque impartiat ea quæ prodesse possunt, is consideret, & cætera eleganter, homini etiam ad naturæ necessaria quærenda, ingenio & labore vt opus esset, diuinitus esse prouisum. Ac mox. Velut ingenij exercitamentum itidem & in scripturis, studio voluit esse obscuritatem ad utilitatem mentis humanæ, suam ipsius iudicans virtutem, atque efficaciam. Primum quidem vt his occupata à deterioribus auocetur. Deinde quod quæ labore parata sunt, ea, nescio quo pacto magis amantur, quæque longo tempore contingunt, constantius permanent. Porrò quæ facillè parantur, his non perinde

*Basil. in  
proœmio  
exposit.  
in Esaiã.*

inde auidè fruimur. Negligitur enim rerum obuiarum copia, neque ulla custodia dignas ducit qui possidet. Accedit huc, quod vitæ quoque puritas requiritur, vt ad moralis virtutis exercitationè pertineat, quod in scripturis obuolutum est, diiudicare. Requiritur autem præter vitæ puritatem assidua in scripturis exercitatio, vt maiestas atque arcanum diuinorum verborum perpetua meditatione animo imprimatur. Hæc Basilus. Videtur autem mihi Dominus in Euangelio interrogatus, cur in parabolis loqueretur ad populum, & breuiter satisfecisse & plene huic quæstioni de obscuritate diuinæ scripturæ, Vobis, inquit, datum est nosse mysterium regni Dei, cæteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Cum sit enim communis scriptura legentibus, ita diuinitus temperata est, vt & sit clausa indignis, & ab iis intelligatur, quos oportet instruere. Hoc ipse Christus præcepit, non esse *Mat. 7.*  
*1. Cor. 2.* margaritas canibus & suis proiiciendas. Itaque ab intelligentia scripturæ primum omnium arcetur superbi, quos ipsa etiam styli simplicitas & humilitas vehementer offendit. Neque sermo Dei est in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in occulta vi, qua penetrat ad intima spiritus. Quam ob rem *Aug. 2.*  
*de Doct.* primum à sanctis Patribus legendæ scripturæ præceptum positum est de animo modesto, mansueto, *Christ.*  
*cap. 7.* & verè humili, qui si absit, periculosè admodum verbum Dei tractatur. Testes certi sunt Pharisæi olim, qui verba vitæ in apertam blasphemiam perniciem verterent: Et nunc atque omni ætate hæretici inde errorum suorum venena propinantes, vnde dogmata plena salutis haurire deberent. Neque solum superbos respuit sermo diuinus sed etiã ignauos. Quærit sacra scriptura auditorem vigilantem, attentum, diligen

diligentem: desidiosam torpentemque repellit. Idcirco rogantes discipulos & mysteriorum regni cælestis auidos Christus manifestè docet obscura aperiens, & in illis nos instruens, vt petamus, pulsemus, quæramus. Vtrumque præceptum de humilitate, & de auiditate verbi Dei simul posuit Salomon. Inclina, inquit, cor tuum ad cognoscendam prudentiam. Si enim sapientiã inuocaueris, & inclinaueris cor tuum prudentiæ: si quæseris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam, tunc intelliges timorẽ Domini, & scientiam Dei inuenies, quia Dominus dat Sapientiam, & ex ore eius prudentia & scientia. Dignis verò auditoribus, id est, humilibus & studiosis ita temperatum est verbum Dei, vt illis maxime est vtile. Neque enim omnia obscura sunt, ne labore frangantur, neque omnia facilia, ne fastidio sint vel contempui. Itaque ipsa sua obscuritate nos vtilissimè exercent, vt ab aliis auocantes in pretiosissimum thesaurum sed recòditum curam omnẽ studiumque vertamus. Deinde labore inuenta & pluri fiunt, & dulcius sapiunt. Postremò quæ magno sudore quæruntur, diligentius seruantur. Ergo exerceamur, vt David monet, in mirabilibus Dei, & reuelatis oculis eadẽ mirabilia de lege altissimi còsideremus. Aspera est enim sapientia: sed indocto & excordi, qui non moratur projicere illã: cordati tamen & mente præditi iuxta nomen illius, dulcẽ salutaremque probant.

*Quod non solum difficile, sed profunda etiam  
sit scriptura diuina.*

### CAP. IIII.

**Q**Vocirca studium vehemens postulat scriptura sacra, non quòd obscura sit tantum, quin potius quòd

quòd profunda. Nam qui obscuritatem profunditatemque idem putant esse, falluntur. Obscurum sermonem etiã in poëta, aut philosopho, merito agnoscimus: cum quæ illius mens fuerit, ex dubiis, aut figuratis, aut concisis verbis vix coniectamus. At vbi ad sensum illius penetratum fuerit, apparet sæpe nihil præclari sensisse, interdum etiã, aut leues, aut falsas opiniones sequutum. Hic si quis profundum fuisse scriptoris sensum dixerit, ridiculus fuerit, cum obscurum & difficilem nemo neget. Diuina verò scriptura plerumque habet vtrumque, vt & obscura & profunda sit: interdum etiam vbi facillimis & apertissimis verbis vtitur, profundissima existit. Obscuritas enim ad signa potius, profunditas ad sensum referri debet. Parabolas ideo frequenter adhibuit Saluator, quod præter obscuritatẽ indignis auditoribus congruentem, etiam profundiores sensus tanquam multiplices variosque recessus haberet, ex vno enim vel vineæ, vel seminis vel sagenæ simili tot & tantis de rebus spiritualibus & cœlestibus sensus eruuntur, vt si per propria verba explicandi forent, vix innumerabiles paginae sufficerent. Quod de parabolis Euangelicis dixi, idem de toto diuinæ scripturæ eloquio sine dubio sentiendum est. Ea enim signa promenda Spiritus sanctus censuit, quibus laterent infinita mysteria: vt cum multa præclaraque inde quispiam eruerit sibi, adhuc multò plura atque altiora se relinquere certo sciat. Qua tanta cœlestium thesaurorum copia scribæ docti in regno cœlorum mirificè in dies ditescunt, & lætantur tamquam inueniant spolia multa eloquia Dei. Ac proprium est infinitæ sapientiæ, vt vbi superficies verborum plana perspicuaque apparet, ibi penitus inspiciendi pelagus occurrat rerum admirabilium atque altissimarum.

Qua ex

*Aug. lib. 12. Confess. s. 14.* Qua ex te quidam huius sapientiæ egregius candidatus, exclamare cõpulsus est. Mira profunditas eloquiorum tuorum, quorum ecce ante nos superficies blandiēs paruulis, sed mira profunditas, Deus meus, mira profunditas. Horror est intendere in eam: horror honoris & tremor amoris. Ob id alius æquè sapientiæ amator, mari scripturã similem cõsuet, quod in ea magna sint culmina sententiarum, cumuli sensuum. Idemq; aliàs vastæ sylvæ pulcherrimè cõfert: cuius verba etiam adiungo. Tractator sacri eloquij morem gerit viri in alta specula cõsistentis: scriptura verò sacra sylvæ vastioris similitudinem. Qui profecto vir in alto situs, & si æcua visione nemoris vastitatem considerat, tamen dum summa montium, dum extrema collium, dum arborũ celsa in quadã equalitate sibi conuenientia respicit, quam magnæ valles, quam distinctæ planicies in medio lateãt non attendit: sed si perambulare, quod ei breue viderur, cœperit, repente cognoscit, quia qui se totũ vidisse putauerat, valde plura remanserãt, quæ nõ viderat. Quãtum verò diuinæ scripturæ altitudo superet quamuis excelsa & præclara hominum omnium ingenia, ex eodem audiamus. Sacra, inquit, scriptura, quia diuinitus inspirata est, tanto sublimius etiã præclara hominum ingenia superat, quanto ipsi præclari homines Deo inferiores sunt: & nihil in illa spiritali sublimitate conspiciunt, nisi quod eis ipsi diuinæ dignationis bonitate reuelatur. Nemo igitur in eius scientia ita perfectus est, vt proficere ultra non possit: quia inferior est omnis perfectus hominis diuinitatis altitudine eam inspirantis. Cui sanctissimi Patris de diuinarum literarum excellentia testimonio magnifico, quia nihili video, quod addi possit, finem faciam ea de re, quamuis multa occurrant, plura dicendi.

*Ad in*



*Ad intelligentiam scripturae maxime puritate mentis opus esse.*

CAP. V.

**S**ED qua ratione sanctarum scripturarum obscura selucescant, ac profunda pareat, breuiter sanè, sed abundè, quantum opinor, supra iam ex M. Basilio commemorauimus, qui ad inuestiganda scripturæ arcana, animi puritate opus esse atque exercitatione, censebat. Hæc inquam duo, puritas mentis, & studium acre, viam aperiunt certissimam in illa sancta sanctorum. Priores verò ac præcipuas sanctimoniam partes esse, vt occulta sapientiæ Dei percipere possit homo, nemo in iisdem literis vel mediocriter versatus ignorat. Fili, inquit, concupiscens sapientiam, *Eccl. 1.* conserua iustitiam, & Deus præbebit illam tibi: & *Matth. 5.* Beati mundo corde, quia ipsi Deum videbunt: & *Psal. 118.* A testimoniis tuis intellexi: & *Psal. 70.* Quia non cognoui literaturam, introibo in potentias Domini: & *Iob. 28.* Timor Domini ipse est sapientia, & *Esai. 33.* recedere à malo intelligentia: & *Sap. 7.* Diuitiæ salutis sapientia & sciëntia, timor Domini ipse est thesaurus eius: & *Sap. 1.* Per nationes in animas sanctas se transfert sapientia: & *Psal. 110.* In maleuolam animam non introibit sapientia: & *Eccl. 1.* Intellectus bonus omnibus facientibus eum. Denique initiũ sapientiæ timor domini. Quare quod viri pij atque docti præcipiunt, vt in discendis literis sacris potissima cura sit purgati integrique spiritus, certissimum documentum haberi debet. Pia cum pietate discenda sunt. Quod si Deus sapientium dux est, qui docet *Sap. 7.* hominem scientiam, cui dubium erit gratis sibi amicisque animis arcana sua communicaturum? Vos, inquit, dixi amicos, quia quæcumque audiui à Patre meo, nota feci vobis. Igitur præstantissimos patres *Psal. 93.* *Ioan. 15.*

F                      nostros

nostros Ecclesiæ sanctæ columina, plus longe oratione, pietate, & ardente in Deum fide de diuinis arcanis esse cōsecutos, quam vlllo ingenij acumine aut exercitationis magnitudine, qui illorum ea de re testimonia legerit, dubitare nullo modo poterit. **Quin** potius videre est non paucos ab omni literalia disciplina alienos, adeo in sacrarum literarum cognitione profecisse, vt nullo modo sint cum iis etiā literatissimi comparandi. Beatissimus Bernardus inter fagos se scripturas didicisse narrat, nullumque alium magistrum agnoscit, qui profecto facundissimus est tractator mysteriorum Dei. Ephrem quoque & Epiphanium solitudo & mentis mundandæ studium ad summam scientiam prouexit. Narrat Ioānes *Cassianus* Theodorum monachum valde perfectum notitia scripturarum præclarè emicuisse, quam ei nō tam studium lectionis vel literarum mundi contulerat, quam sola puritas cordis, siquidē vix ipsius quoque Græcæ linguæ perpauca verba vel intelligere posset, vel proloqui, qui longo ieiunio abditæ quæstionis explanationem impetrarit. Huius quoque sententiā fuisse; monachum, ad scripturarum notitiam pertinere cupiētem, nequaquam debere labores suos erga commentariorum libros impendere, sed potius omnem mentis industriā & intentionem cordis erga emendationem vitiorū carnalium detinere. **Quibus** expulsis confestim cordis oculi sublato velamine passionū Sacramenta scripturarum velut naturaliter incipient contemplari. Itaque purgatis animis solam scripturarum lectionem sufficere, neque eos cōmentariorum institutionibus indigere. **Quæ** sancti Patris oratio non eò pertinere putanda est, vt studium humanum, ac Scriptorum commentarios contemnamus: sed vt intelligamus diuini spiritus dono interdum

*Cassian.*  
lib. 3. cō-  
stit. mo-  
na. f. 33.  
C 34.

interdum fieri, vt pura perfectaue mens multo plura de sanctis scripturis intelligat vel nuda lectione, quàm magna vallatus copia commentariorum alioqui assequi posset. Quod ego sanè verissimū teneo, si de ea scientia agatur, quæ nõ inflat, neque in ostentatione, sed in magna dulcedine quieti ac modesti spiritus arcana rerum diuinarum cognitione fruitur. Equidem vidi viros profus illiteratos & vix latinè scientes, ex psalmis, ex Euangelio, ex aliis scripturis tāta depromere, sensusque eos afferre, vt penitus miratus sim: Neque dubitauerim, lógo Gymnasij bibli-ci terendi tempore nihil tale homines discere. Spiritus enim omnia diiudicat, & spiritus perscrutatur etiam profunda Dei. 1. Cor. 2.

*Quæ sint causa, cur tantopere inuet studium scripturarum puritas animi.* CAP. VI.

**A**C tamerſi ex iis quæ vel ex sanctis patribus vel ex sacro eloquio recitata sunt, non est difficile perspicere, cur sanctarum scripturarum intelligentia eximiam puritatem deposcat, tamen ad quorundam temeritatem reprimendam, qui solum commentariis lucubrationibusque suis fidentes, audent arcanam sibi scientiam arrogare, tum Patrum sæpe imperitiam carpere, quorum esse discipuli non merentur, tantum literulis quibusdam Græcique aut Hebraici sermonis rudimentis tribuentes, vt Gregorij, Augustini, Bernardi sanctissimas atque Deo plenas vigilias grammaticæ suæ cedere debere arbitrentur: exponam paulo diligentius rationes eas, quibus à quouis intelligi possit, sacrae scripturae studium perinde mentis tranquillitatem pietatemque requirere, ac solet modus sciendi ad reliquas humanas scientias necessarius haberi. Quid enim æquius quàm sancta sanctis? Primùm scriptura

F 2 est di

*Apoc. 5.* est diuinitus inspirata: cuius sensus propriè est penes auctorem. Flebat ille, quod nemo posset aperire librum: vnus inuentus est agnus, qui aperiret, habens clauem David, vt aperiat & claudat, vt ipsi placuerit. Quod si ex Deo propriè discere debemus, quæ ipse locutus est, iam quis tam sit temerarius, vt Dei lege & voluntate contempta, putet sibi diligètiã suã industriãque sufficere? Quanto ille melius & verius: Reuela, inquit oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua. Et rursus. super senes intellexi, quia mandata tua dilexi. Hoc etiam alter. Initium sapientiæ verissima est illius concupiscentia. Sine spiritu equidem spiritus arcana quærere, nihil esse arbitror aliud, quàm sine luce videre velle. Quare non soli hæretici, qui ex ipsis scripturis scripturæ spiritum oppugnant, cæci sunt, & turpissime errant: verum etiam non pauci Catholici scientia sua inflati, quamuis non ita labantur, vt pereant, tamen corticem sæpe mordentes, Spiritus medullam non affequantur, quos esse Iudæis propemodum similes dicas, qui scripturas circumferunt, & in ore habent, cum à fructu scripturarum alienissimi sint. Super quem enim requiescet spiritus Dei, qui est sapientiæ & intellectus spiritus, nisi super humilè & quietum, & tremementem sermones Domini? Ex auctore scripturæ, & magistro Deo superior ratio petita est. Ex auditore ipso, hoc est homine, alteram accipe. Naturaliter neque impura aqua reddit perspicuas imagines, neque oculus obductus cernit obiectas res. Audi sapientem. Quomodo in aquis resplendent vultus prospiciètiũ, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus. Quod si humana consilia quamuis occulta, tamen perspicuitate prudentum quodammodo pellucida fiunt, sicut alibi scribitur:

aqua

*Psal. 118.**Ibidem.**Sap. 6.**Esa. 66.**iuxta 70.**Esa. 11.**Pror. 27.**Pror. 20.*

aqua profunda consilium in corde viri, sed vir prudens exhauriet illud; profecto ad Dei consilia atque instituta intelligenda multo purior, atque tranquilior esse debet aqua subiacens humanæ mētis. Nam quid est aliud cogitatio nostra, quæ huc, illuc facillimè voluitur, quam aqua leuissimo venti impulsu agitata, quæ ad prospiciendum, nisi subsidat, ac penitus sedata sit, nullo modo est idonea? Quam ob rem præclarè ab Ecclesiastico dictum est. Anima viri sancti, annuntiat aliquando vera, quàm septem circumspectores sedètes in excelso ad speculandum. Hanc vocat scientiam scriptura sanctorum. Itaque omnes ferè insignes sapientia diuinarum literarum, æque castos, temperatos, atque ab omni rerum terrestrium fœce purgatos nouimus. Quod de Daniele, de Iosepho, de Mose scriptura testatur, de Salomone cum est diuinitus edoctus, ipsa sapientia. Inter noui testamenti Patres, Apostolos Paulum & Ioannem sapientiæ spiritu ampliore donatos constat, quos ad mentis puritatem, etiam corporis integritatem adiuuasse, communis sententia est. Postremo ex ipsa scripturæ sacre proprietate tertiã rationem addã. Cum enim sancti Apostoli, & Prophetæ fuerint administri sermonum Dei, per quorum ora & corda nobis ille loquutus est, mirabile dictu est, quantum conferat ad illorum sensa capienda, ipsorum scriptorum affectum habere communem, atque ita affici auditorem, vt est ille qui docet. Hoc tantum est apud me, imo vero apud omnes experientia aliquid habentes, vt pro copiosissimo commentatio ducerem, si eum possem induere animi habitum, quo psalmus, aut epistola, aut prophetia, quam lego, dictata est. In ipsa philosophia morali eiusmodi auditorem Aristoteles postulat, qui ex animi sui

*Eccle. 37**Sap. 10.**Dan. 1.**Gen. 39.**Exod. 31.**Sap. 8.**Arist. 1.**Ethi. c. 3.*

affectione rectus, possit de moralibus doctrinis recte iudicare. Quam ob rem, iuuenis, inquit, non est idoneus philosophiæ moralis auditor. Distat verò nihil, ait ille sapienter, vtrum ætate iuuenis, an moribus iuueni similis sit. Quod si moralem scientiam non posse benè percipi, nisi à sedato animo idoneoque ad iudicandum ex rectè constituto habitu Philosophus sentit, & ita sentienti omnes acclamant, quòd perturbatus animus scientiæ morum ineptus sit: quid, oro te, par est de scientia super humana totaque diuina sentire? Qualem ea auditorem poscet? Nam quæ spiritus sunt, nisi quis spiritum participet, audire quidem poterit, plenè perfectèque percipere nullo modo poterit. Nam quod sanctus Hilarius in enarratione cuiusdam Psalmi monet, quodque Augustinus alijque patres repetunt, à nemine melius psalmum quemuis intelligi, quàm ab eo qui in illo eodem affectu est positus, profecto verissimum est. Ita cum tentationes vel humanæ, vel Satanicæ nos vehementer affligunt, iucundissime Psalmos à Dauide tribulato conscriptos repetimus, ac plenissimè intelligimus. Mihi nullius pretij homini non infrequens fuit, tædio doloreque confecto quædam de Psalmis occurrere, quæ tunc primum mihi intelligere visus fuerim. Multa de Paulinis epistolis, multa de sancti Iobi defensionibus, nisi me res propriæ docuissent haud scio an ex quoquam doctore æquè percepturus essem. Iam vero si homines tenues, nullius sapientiæ nullius omnino virtutis, propter nonnullum diuinæ legis intelligendæ implendæque studium, ipso habitu mentis sedatiore ad sacras literas mirificè nos adiuuari arbitramur, quid de illis viris putandum est, quorum vita omnis, atque actio, omnisque affectio, diuinæ legis expressio fuit, qui in-

habitan

inhabitantem in se spiritum sanctum familiariter & interrogare & audire meruerunt? Omnino ex horum imitatione ad arcana Spiritus penetranda plus proficimus, quam ex vlla tractatum commentariorumque ipsorum quamuis doctissima lectione.

*Ad mentis puritatem etiam diligentem exercitationem scripturis discendis accedere oportere.*

## CAP. XII.

**V**ERVM ad mentis puritatem adhibendam esse industriam exercitationemque diligentem, cupienti arcanas literas intelligere, Patres censent. Id enim inter Prophetam Scriptoremve canonicum, atque interpretem, siue doctorem scripturae interesse volunt, quod illi sancti homines quibus primùm diuina reuelata sunt, nullo opus habuerint studio proprio, quod lingua eorum esset, vt quidam ex ipsis ait, velut calamus scribae. Quod Baruch de prophetia Hieremiae interrogatus respondit. Ex ore suo loquebatur quasi legens ad me omnes sermones istos; velut à Spiritu sancto dictata legebat Hieremias, quae scribae ipse dictabat. Neque enim voluntate humana allata est aliquando prophetia. Quod vates ille alioqui nequam, sed cum superhumano fungeretur officio, caelesti veritate compulsus ad hunc modum declarauit. Dixit homo, cuius obturatus est oculus, dixit auditor sermonum Dei, qui nouit doctrinam Altissimi, & visiones omnipotentis videt, qui cadens apertos habet oculos. Qua ambage verborum diuinæ reuelationis exponit: in qua & obturatum esse oculum Prophetæ narrat, quod nequaquam

*Psal. 44.  
Hier. 36.*

*1. Pet. 1.*

*Num. 24*

arbitratu suo sinatur quæ voluerit cernere : sed quæ illi obiiciuntur diuinitus, illa perspiciat, isque se subiiciens, atque in ea intuens, dicitur cadere & apertos habere oculos, quod resistere lucis magnitudini minime possit. Neque sentimus tamen, Prophetas more ebriorum furere, neque Montani, & Maximillæ dogma accipimus, spiritum ita irruere in mentes Prophetarum, ut insanire cogat, & vociferari tanquam corybates aut cybelæos mystas, qui ut ait Hieronymus dant sine mente sonum. Quin potius prophetarum spiritus prophetis subiecti sunt, quemadmodum magnus docet Apostolus : quod hætenus intelligi debet, ut nihil præposterum, nihil indecorum agant, nihil ex furore loquatur : sed omnia sapienter & cum ratione, & gerant, & dicant. Benignus enim est spiritus sapientiæ, & modestus, & prudens. At in iis quæ videnda Prophetæ diuinitus obiiciuntur, Prophetam potius spiritui subiectum esse, & quæ dicta sunt probant, & confirmat Esaias : Dominus mihi, inquit, vellicat aurem, ut audiam eum tanquam magistrum. Quam ob rem Michæas adiuratus, ut fausta regibus annuntiaret, nihil sese aliud allaturum respondit, quam ex diuino spiritu percepturus esset. At doctores, & legis periti Ecclesiæ, longe alia ratione docent diuinas literas. Multum in iis ediscendis industriæ laborisque ponunt, & legis verba ponderant, & multa disputant, & ex proprio plurimum conferunt : quos Euangelia similes iis faciunt, qui talentis acceptis negotiari ac lucrari domino abeunti iubentur. Itaque innocentia vitæ, & mentis puritate contenti esse non debent : sed laborare in verbo Dei, & pro viribus tanquam semen cæleste diligenter excolere. Hanc in lege Domini perfectè discenda sollicitudinem, & sæpe & eleganter David sanctus exponit.

Viam

1. Cor. 14

Esa. 50.

3. Reg. 22

2. Par. 18

Matt. 25.

Psal. 118.



Viam inquit, iustificationum tuarum instrue me, & exercebor in mirabilibus tuis. Et rursus. Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea. Et alibi. Exercebor in adinventionibus tuis. Et aliàs. Da mihi intellectum & scrutabor mandata tua. Re vera verba illa, exercebor, & scrutabor, magnitudinè studij tanquam in rebus sublimibus & difficilibus vestigandis, manifestè declarant. Qua sanè industria etià ipsos sacros scriptores, qua parte nobis quodammodo similes proprio discursui relinquebàtur à spiritu, vfos esse, docet sane Petrus, qui Prophetas dicit scrutatos esse in quod vel quale tempus prænuntiaret in eis spiritus Christi regnum Dei: docet quoque de se Paulus, qui libros & membranas sibi à charissimo discipulo afferri imperat. Libros velut communes magistros, membranas (quamuis alij aliter) peculiare suos cõmentarios equidem libenter accipio, vt memoriæ intelligentiæque seruirent. Discipulum verò quam grauitè monet, vt in lectione scripturarum assiduus sit, quem etiam commendat, quod sacras literas ab infantia didicerit; adeo multà in scripturis discendis diligentiam Apostolus desiderat.

*Psal. 118.*  
*Psal. 76.*  
*Psal. 118.*

*1. Pet. 1.*

*2. Tim. 4.*

*1. Tim. 4.*

*2. Tim. 3.*

*Cognitionem scientiarum naturalium requiri  
ad studium diuinae scripturae.*

### CAP. VIII.

**E**AM verò vniuersam rectè partitur Augustinus in res & signa, quorù cognitio amborum, sacram literarum studioso perquam necessaria est. Neque putandum est philosophiam cæterasque saculares artes ad sacram scientiam parum conferre, si ministrent & seruiant, non dominantur atque imperèt. Itaque animalium, herbarum, lapidum, astrorum, elementorum, regionum perutilis est notitia ad intel-

F 5 ligenda

ligenda permulta scripturæ loca, atq; ad ea spiritua-  
liter examinanda, qui est maximus diuini sermonis  
fructus. Nec contēndæ sunt numerorū, & magni-  
tudinum artes, neque dialecticæ argutię, & exquisitę  
primæ philosophiæ rationes. Quę omnia à diuina sa-  
pientia se edoctū gloriatur sapiens. Ipse, inquit, dedit  
mihi horum quæ sunt, veram scientiã, vt sciã dispo-  
sitionem orbis terrarū, & virtutes elemētōrū, initium,  
& consummationem, & medietatem temporum, vi-  
cissitudinum permutationes, mutationes morum, &  
diuisiones tēporum, anni cursus, & stellarum dispo-  
sitiones, naturas animalium, & iras bestiarum, vim vē-  
torum, & cogitationes hominum, differētias virgul-  
torum, & virtutes radicum, & quæcumque sunt ab-  
sconsa & improuisa didici. Et mox. Si multitudinem  
scientiæ desiderat quis, scit præterita, & de futuris  
æstimat, scit versutias sermonum, & dissolutiones ar-  
gumentorum, signa & monstra scit ante quam fiant,  
& euentus tēporum, & sæculorum. Quæ tanta rerum  
admirabilium commemoratione quid agit aliud sa-  
piens, quàm vt persuadeat, omnia hæc naturalia, quę  
sapientes huius sæculi tanti fecerunt, longè melius  
diuinis literis tradi, neque abhorreere horum cogni-  
tionem à cœlesti sapientia, quin potius illi magno-  
pere obsequi. Et quidem hæc quæ retulit omnia, si-  
ne vera Dei scientia & cultu, vana sunt, vt idem præ-  
clare admonet. Vani sunt omnes homines, in quibus  
non subest scientia Dei. Si enim tantum potuerunt  
scire, vt possent æstimare sæculum, quomodo huius  
Dominum non facilius inuenerūt? Quam ob rem di-  
centes se esse Sapientes, stulti facti sunt, & euauerūt  
in cogitationibus suis. Inanis igitur & vana philo-  
sophia omnis, si scientia Dei absit. Quod si etiã officiū  
suum partesque minimè agnoscat, & dominatū pro  
obsequio

obsequio appetat, erit sane philosophia humana nō inanis modo, sed perniciosa atque exitialis omnino. Quā ob rem vt de Sarā olim ancilla Agar, Domina *Gen. 27.* iustē seruæ fastum & temeritatē expostulante, audiet *Gal. 4,* Patriarcha Abraham diuinū imperium: Eiice ancillam & filiū eius. Quod in primitiua Ecclesia accidisse legimus, cū tumore & ambitione philosophia sæcularis diuinam Apostolorum scientiā irrideret, & ludo quodam effrænato, quam deberet suspicere, iniuriosè oppugnaret. Idcirco scibendū tunc fuit: Nemo vos decipiat per inanem philosophiā, secundum *Coloss. 2.* elementa mundi huius ambulās, frustra inflatus sensu carnis suæ. Qua ex re tota illa ætate ferè malè audiit philosophia sæcularis, ac Catholici etiā tēpore procedente, veritatē Ecclesiæ per tendiculas Aristotelis labefactari ab Arrianis, conquesti sunt. Itaque mirandū non est, si quo tēpore philosophia fastu sæculari elata, maiestatem sacræ scientiæ minūs reuerenturi, ussa sit ab Ecclesia quodammodo exulare: quam postea iam velut sese agnoscentē, & sacræ theologiæ dignitatem admirantē, ac fidelē famulatum pollicentem, non solū reuocauerit domum Ecclesia Catholica, verum etiā fouerit, ac velut sibi vtilē seruam adiuuerit, beneficiisq; nō exiguis affecerit. Ex quo potest intelligi, cur cū veritas Catholica mutata nō sit, in philosophiā tamē diuerso modo affecta videatur. Olim fidei simplicitas, philosophiæ sinuositatē pertimescebat: nūc vltro accersit, atq; inuitat: olim Catholici hæreticis philosophiā sæcularē obiiciebant: nunc philosophiā hæretici damnant, atque Ecclesiæ vitio verrunt: Catholici cōtra illius opera ad hæreticos euertēdos plurimū vtuntur. Quā ob rē merito à *Concil. Constantiense sess. 8. ar. 29.* Patribus in Synodo Cōstatiēsi dānata est Vnicuersitaria, atq; Hufsitariū impudēs vox: Vniuersitates, studia collegia,

collegia, graduationes, & magisteria in eisdem sunt vana gentilitate introducta, & tantum profunt Ecclesiæ sicut diabolus. Velint, nolint hæretici, scholæ philosophiæ Fidei catholicæ seruiant, & ad sacras litteras aditum struent, & nouos dogmatistas falsitatis mendacijque coarguent. Olim iam gladium ab Apollonio captum, fidelis Machabæus pro populo Dei stringit, & aduersus hostes depugnat: & superbus Goliath ense suo truncatur, pastore Dauide in egregium militem iam conuerso, neque funda & iaculo, sed Goliath ense pugnate. Scimus quam fuerint omni sæculari literatura florentes præstantissimi Ecclesiæ pastores Gregorius Nazianzenus, Basilius, Augustinus, Hieronymus, cæteri que patres: ex quibus beatus Augustinus ad studiũ scripturæ sacræ valde cõmẽdat has humanas disciplinas: Basilius etiã Moisis exemplum affert, quẽ scriptura narrat omni scientia Ægyptiorum instructũ: ac quadraginta totos annos in iis literis humanis discendis illum impẽdiffe vult, totidem postea diuinæ contemplationi in eremo vacasse: vt inde discamus, quomodo nos ad sermones Dei tractãdos comparare debeamus. Quantum verò diabolus operẽ ponat, vt hoc humanarum scientiarũ præsidio Ecclesiam nudet, docet præclare sanctus Papa Gregorius, cuius etiam verba referam, atque eò libetius, quòd quibusdam ille Pater minus videatur his literis aut excultus aut etiam affectus. Is ergo explanat illa verba scripturæ: Cauerant Philistiim ne fortè facerent Hebræi gladium & lanceam, ita scribit. Apertè quidem demones sciunt, quia dum sæculis literis instruiunt, in spiritualibus adiuuamur. Cum ergo nos ea discere dissuadent, quid aliud quã ne lanceam aut gladium faciamus præcauent: Et paulo post. Hãc quippe sæcularem scientiam omnipotens

1. Mac. 3.  
1. Reg. 17  
& 21.

August.  
2. de Do.  
Chris. c.  
16.

Basili. in  
Prologo  
in Esai.

Grego. in  
1. Regum  
lib. 5. in c.  
13.  
Grego. in  
1. Reg. li.  
5. in c. 13.

potens Deus in plano ante posuit, vt nobis ascēden-  
di gradum faceret, qui nos ad diuinæ scripturæ alti-  
tudinem leuare debuisset Idcirco eā præmittere vo-  
luit, vt in ipsa nos instrueret ad spiritualia transire.  
Vnde & Moyfes qui nobis diuinorum eloquiorum  
principia edidit, non prius diuina didicit, sed vt ca-  
pere vel exprimere diuina posset, in omni Ægyptio- *48.7.*  
rum scientia rudem animum informauit. Quod etiã  
confirmat exemplo Esaiæ Prophetæ, quæ fuisse aliis  
eloquentiorē cōstat, quod nobiliter instructus edu-  
catusque sit, Pauli quoque Apostoli, quem dicit cæ-  
teris Apostolis doctrina excellere, quia futur<sup>9</sup>, inquit,  
in cœlestibus, terrena prius studiosius didicit. Qui-  
bus expositis intelligitur, ad literas sacras tractandas  
accedere non oportere nisi scientiis naturalibus an-  
te diligēter instructum, quo tempore præsertim hæ-  
reticorum furor iudicium rerum difficillimarum su-  
toribus & laniis ex solo codice simpliciter lecto per-  
mittit, & catholicam Ecclesiam per humana studia  
ad diuinas literas gradum facientem, inuidiosissimè  
ac malitiosissime irridet.

*De historia cognitione, & de temeritate cauenda.*

CAP. IX.

**I**NTER hæc historiae cognitio, & sanctæ geogra-  
phiæ magnopere necessaria existit, quã Hierony-  
mus, plurimum sibi ad intelligentiam sanctarū scri-  
pturarū contulisse, testatur, Vtrumq; tamē hoc tem-  
pore perfectè tenere perdifficile est. Terræ sanctæ  
loca & situs & nomina vix iam est qui oculis possit  
accipere, cū sit aditus (nostris malis meritis ira exi-  
gentibus) vsque adeo clausus: & quãuis oculus lustrēt  
præsentia, sancta est rerum omnium facta vicissitudo,  
vt antiqua & sacra haud facile agnosci queat. Quare  
relatione & lectione veterum res exigenda erit: vbi  
quis

quis nesciat quam sæpe cogitatio fallatur, alia pr aliis sibi depingens: quæ si intueremur, vt erât olim, cum sacra scriptura tradebatur, haud dubium, quin longe infrequentius erraturi essemus? Peruanam historiam & bella Hispanorum, in Hispania positus legeram: at hîc terrarum agens, & oppida, & itinera, & portus, & saltus cæteraque contemplans quæ olim audierâ, prorsus videor mihi multa intelligere quæ antea minus intellexeram. Quod in sacra lectione euenire & mihi & aliis illorum locorum imperitis nequaquã dubito. Historia verò tametsi monumentis veterum conscripta est, tamen est adeo varia sibi quæ sæpenuero repugnans, vt plus caliginis quam lucis offundat. Temporum autem & annorum supputatio quem non fatiget ac penè in desperationem adducat, cum tanta sit auctorum optimorum dissensio? ex qua re inextricabiles sæpe numero quæstiones oriuntur. Quare cognoscenda quidem historia erit, & diligentissimos cuique huius inuestigationis Gratia agendæ: Verùm temeritatem quorundam cauere oportebit, qui de rebus prorsus incertis ex suis coniecturis ita certò pronuntiant, vt aliter consistere posse sacram scripturam negent: vt cum hebdomades Danielis numerantur, cum historiæ Regum & Paralipomenon conferuntur, cum anni ab orbe condito computantur, & alia sexcenta huius generis quæ innumerabiles pariunt opiniones; & cum diuinæ promissiones atque effecta certissima sint, rationis tamen subductio difficillima atque obscurissima est. Quare ita in his antiquitas cõsulenda erit, & diligentissimi ac probatissimi quique auctores legendi, vt non putemus tamè rei euidenciam plerumque inuenturos, sed sapientes ad sobrietatem, simus quadam mediocritate contenti. Simul meminerimus Paulum

1. Tim. 3.  
Tit. 3.

Paulum

Paulum Apostolum præcepisse, interminabiles quæstiones & genealogias, quæ non promouent pietatem, debere vitari. In numeris verò utrū error obrepserit non solū prophanis, sed etiā sacratis literis, ut non auctoris imperitia, sed scriptorū succedentiū negligētia vitati sint, aut alij pro aliis traducti, non facile dixerim. Nam quis certam rationē reddet, cur in propheta Ionæ, cum nostra editio iuxta hebraicam habeat, adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur: *Iona 3.* Septuaginta tamen, quorū lectionē sequuntur & probant omnes veteres Græcique præsertim, scribant: Adhuc tres dies? Quid enim esse potuit ut quadraginta, & tres non magnā haberent dissimilitudinem? Eodē modo de numero annorum, quibus regnarunt nonnulli, ad eō discrepant libri Regum & Paralipomenon, ut Hieronymo insolubiles eæ quæstiones videantur. Quare in his omnibus modus seruandus, ut qualicumque ratione reddita, multa nobis impenetrabilia esse voluisse Spiritū sanctū intelligam⁹: siue ad exercēdū studium nostrū aliquid erroris ex vitio librorū irrepere permiserit, siue quod magis credendū est, aliqua mystica & occulta ratione ea quæ historicè non conueniunt, spiritualiter cōsonare sibi voluerit. Illud prius placet Hieronymo, qui nonnulla mēda in codices vel Hebraicos vel Græcos irrepisse sæpe cōmonet, librorū vitio. Neque ob id diuinæ literæ fidē perdunt, quòd ea, ipsa varietate interpretationū facilè deprehendantur, neque in rebus alicuius pōderis detrimentū patitur Ecclesia. Sed qui etiā in his minutiorib⁹ Ecclesiā non patiuntur vnquam decipi, vbi Græca ab Hebraicis discrepāt, aut Latina, si trāslatio authētica est, volūt Spiritū sanctū diuersis, imo repugnātibus in litera, sed in spirituali sensu cōueniētibus sentētiis diuersa mysteria significasse. Quam

*Aug. de Ciu. lib. 18. c. 44. c. 43. Quas. super Ge. no. s. c. 109* Quam sententiam Augustinus acriter tuetur, cum illam versat quæstionem quam supra attigi, quòd Hebraica habeant: Adhuc quadraginta dies: septuaginta legerint post triduum Niniue subuertetur. Sed in numeris facillima errandi occasio est, quòd apud Hebræos & Græcos varij alphabeti characteres numeros varios signent. Ita fit vt vnus literulæ immutatio totum numerum mutet. Nam & in ipsis numerorū notis quibus nos sæpius vtimur, plurimos & in codicibus, & in manu scriptis lapsus notamus, quòd vnico caractere rota res constet, secus atque in iis quæ integris syllabis scribuntur, in quibus quauis litera aut syllaba corrumpatur, ex cæteris correctio facilis est.

*Studium linguarum scriptura necessarium.*

C A P. X.

*Aug. 2. de Doct. Christ. c. 11.* **H**INc iam de rebus ad signa gradus fit. Itaque ad sacram scripturam non minus sermonū quæ rerum peritia adhibenda est. Præcipiunt igitur sancti Patres earum linguarum, in quibus sancti libri nobis proditi sunt, notitiam plurimi fieri, quòd ad exactam scientiam scripturarū conducat plurimum. Primùm quamuis sit omnis scriptura latinitate donata, tamen ea vnus cuiusque linguæ proprietatis est, ea idiomaticis vis, vt in alienum translata sermonem, quântumuis sit peritus interpres, multum de natua sua efficacia & lepore amittat. Itaque auditor aut lector minus omnino concipit, minus etiam oblectatur, sæpe etiã non intelligit: qui si linguæ peritus sit, tanquam poma ex ipsa arbore delibās, nescio quid decoris & dulcedinis haurit, quòd manu interpretis velut contrectata deperdunt. Legas Homerum Latinè, aut Virgilium Hispanicè, quauis à peritissimis interpretibus redditum, non Homerum planè aut Maronè, sed nescio quos triuales poëtas tibi legere videaris. Vt enim patrio



patrio sermone loquuntur expedite & concinne homines, externum cum dicunt iam ætate grandiores, vel inopia vel tarditate vel ipso pronuntiandi spiritu alienam se linguam loqui facile produunt: ita ex vno idiomate in alterum traslata vim illam, & concinnitatem, atque vt ita dixerim, spiritum linguæ seruare non possunt. Quod est quidem commune omnibus interpretationib<sup>9</sup>; sed linguæ sanctæ, in qua primùm hominibus tradita sunt eloquia Dei, maximè proprium affirmant viri illius peritissimi. Nam & phrasi abhorret plurimū à cæteris vsitatis; & altitudo sermonum Dei ea fuit, vt ex illo primo vase, cui infusi sunt, non possint transfundi ad perfectum in alia, sed velut thesaurus inexhaustus sua ipsa profunditate semper exundet. Ex quo altera oritur causa, eaque nõ inferior, quod multa interpretata vel dubia vel obscura sint, quorum verum certumque sensum natia lingua ex qua illa sunt interpretata demonstret. Cui etiam rei, vt præclare Augustinus docet, seruiūt multæ ac diuersæ interpretationes, propterea quod variorum interpretum sensa ex eodem fonte deriuata sese inuicem iuuant atque explicant. Quæ igitur obscure aut ambigüe posita sunt, consulto ipso primo fonte lucefcūt. Nam qui dubitarit cum legit in Hieremia: Qui separauerit pretiosum à vili, quasi os meū erit, vtrum ab ore an ab osse os accipi debeat, facillime Hebraica adiens non ossis firmitatē, sed oris honorem significatum intelliget. Et cui erit obscurum, cum audit ex Euangelio: Et reclinauit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio; an voluerit Lucas significare ad locum bestiarū cōcessisse Mariam, quod nullum hominibus aptū diuersorium inuenisset, an potius in diuersorium quidem acceptam, sed ita hospitiibus plenum & turba occupatum, vt

Aug. 2.  
de Doct.  
Chri. ca.  
12.

Hier. 15.

G coacta

arbitratu suo sinatur quæ voluerit cernere : sed quæ illi obiiciuntur diuinitus, illa perspiciat, iisque se subiiciens, atque in ea intuens, dicitur cadere & apertos habere oculos, quod resistere lucis magnitudini minime possit. Neque sentimus tamen, Prophetas more ebriorum furere, neque Montani, & Maximillæ dogma accipimus, spiritum ita irruere in mentes Prophetarum, vt insanire cogat, & vociferari tanquam corybætes aut cybelæos mystas, qui vt ait Hieronymus dant sine mente sonum. Quin potius prophetarum spiritus prophetis subiecti sunt, quemadmodum magnus docet Apostolus : quod hætenus intelligi debet, vt nihil præposterum, nihil indecorum agant, nihil ex furore loquatur : sed omnia sapienter & cum ratione, & gerant, & dicant. Benignus enim est spiritus sapientiæ, & modestus, & prudens. At in iis quæ videnda Prophetæ diuinitus obiiciuntur, Prophetam potius spiritui subiectum esse, & quæ dicta sunt probant, & confirmat Esaias : Dominus mihi, inquit, vellicat aurem, vt audiam eum tanquam magistrum. Quam ob rem Michæas adiuratus, vt fausta regibus annuntiaret, nihil sese aliud allaturum respondit, quam ex diuino spiritu percepturus esset. At doctores, & legis periti Ecclesiæ, longe alia ratione docent diuinas literas. Multum in iis ediscendis industriæ laborisque ponunt, & legis verba ponderant, & multa disputant, & ex proprio plurimum conferunt : quos Euangelia similes iis faciunt, qui talentis acceptis negotiari ac lucrari domino abeunti iubentur. Itaque innocentia vitæ, & mentis puritate contenti esse non debent : sed laborare in verbo Dei, & pro viribus tanquam semen cæleste diligenter excolere. Hanc in lege Domini perfectè discenda sollicitudinem, & sæpe & eleganter Dauid sanctus exponit.

Viam

Viam inquit, iustificationum tuarum instrue me, & exercebor in mirabilibus tuis. Et rursus. Mirabilia testimonia tua, ideo scrutata est ea anima mea. Et alibi. Exercebor in adinventionibus tuis. Et aliàs. Da mihi intellectum & scrutabor mandata tua. Re vera verba illa, exercebor, & scrutabor, magnitudinè studij tanquam in rebus sublimibus & difficilibus vestigandis, manifestè declarant. Qua sanè industria etià ipsos sacros scriptores, qua parte nobis quodammodo similes proprio discursui relinquebàtur à spiritu, vfos esse, docet sane Petrus, qui Prophetas dicit scrutatos esse in quod vel quale tempus prænuntiaret in eis spiritus Christi regnum Dei: docet quoque de se Paulus, qui libros & membranas sibi à charissimo discipulo afferri imperat. Libros velut communes magistros, membranas (quamuis alij aliter) peculiare suos cõmentarios equidem libenter accipio, vt memoriæ intelligentiæque seruirent. Discipulum verò quam grauitè monet, vt in lectione scripturarum assiduus sit, quem etiam commendat, quod sacras literas ab infantia didicerit; adeo multà in scripturis discendis diligentiam Apostolus desiderat.

*Psal. 118.*  
*Psal. 76.*  
*Psal. 118.*

*1. Pet. 1.*

*2. Tim. 4.*

*1. Tim. 4.*  
*2. Tim. 3.*

*Cognitionem scientiarum naturalium requiri  
ad studium diuinæ scripturæ.*

### C A P. VIII.

**E**AM verò vniuersam rectè partitur Augustinus in res & signa, quorù cognitio amborum, sacrarum literarum studioso perquam necessaria est. Neque putandum est philosophiam cæterasque sacculares artes ad sacram scientiam parum conferre, si ministrant & seruiant, non dominantur atque imperent. Itaque animalium, herbarum, lapidum, astrorum, elementorum, regionum perutilis est notitia ad intel-

F 5 ligenda

ligenda permulta scripturæ loca, atq; ad ea spiritua-  
liter examinanda, qui est maximus diuini sermonis  
fructus. Nec contēndæ sunt numerorū, & magni-  
tudinum artes, neque dialecticæ argutię, & exquisitę  
primæ philosophiæ rationes. Quę omnia à diuina sa-  
*Sap. 7.* pientia se edoctū gloriatur sapiens. Ipse, inquit, dedit  
mihi horum quæ sunt, veram scientiã, vt sciã dispo-  
sitionem orbis terrarū, & virtutes elemētorū, initium,  
& consummationem, & medietatem temporum, vi-  
cissitudinum permutationes, mutationes morum, &  
diuisiones tēporum, anni cursus, & stellarum dispo-  
sitiones, naturas animalium, & iras bestiarum, vim vē-  
torum, & cogitationes hominum, differētias virgul-  
*Sap. 8.* torum, & virtutes radicum, & quæcumque sunt ab-  
sconsa & improuisa didici. Et mox. Si multitudinem  
scientiæ desiderat quis, scit præterita, & de futuris  
æstimat, scit versutias sermonum, & dissolutiones ar-  
gumentorum, signa & monstra scit ante quam fiant,  
& euentus tēporum, & sæculorum. Quæ tanta rerum  
admirabilium commemoratione quid agit aliud sa-  
piens, quàm vt persuadeat, omnia hæc naturalia, quę  
sapientes huius sæculi tanti fecerunt, longè melius  
diuinis literis tradi, neque abhorreere horum cogni-  
tionem à cœlesti sapientia, quin potius illi magno-  
pere obsequi. Et quidem hæc quæ retulit omnia, si-  
*Sap. 13.* ne vera Dei scientia & cultu, vana sunt, vt idem præ-  
clare admonet. Vani sunt omnes homines, in quibus  
non subest scientia Dei. Si enim tantum potuerunt  
scire, vt possent æstimare sæculum, quomodo huius  
*Rom. 1.* Dominum non facilius inuenerūt? Quam ob rem di-  
centes se esse Sapientes, stulti facti sunt, & euauerūt  
in cogitationibus suis. Inanis igitur & vana philoso-  
phia omnis, si scientia Dei absit. Quod si etiã officiū  
suum partesque minimè agnoscat, & dominatū pro  
obsequio

obsequio appetat, erit sane philosophia humana nō inanis modo, sed perniciosa atque exitialis omnino. Quā ob rem vt de Saræ olim ancilla Agar, Domina *Gen. 27.* iustè seruæ factum & temeritatē expostulante, audiet *Gal. 4,* Patriarcha Abraham diuinū imperium: Eicce ancillam & filiū eius. Quod in primitiua Ecclesia accidisse legimus, cū tumore & ambitione philosophia sæcularis diuinam Apostolorum scientiā irrideret, & ludo quodam effrænato, quam deberet suspicere, iniuriosè oppugnaret. Idcirco scibendū tunc fuit: Nemo vos decipiat per inanem philosophiā, secundum *Coloss. 2.* elementa mundi huius ambulās, frustra inflatus sensu carnis suæ. Qua ex re tota illa ætate ferè malè audiit philosophia sæcularis, ac Catholici etiā tēpore procedente, veritatē Ecclesiæ per tendiculas Aristotelis labefactari ab Arrianis, conquesti sunt. Itaque mirandū non est, si quo tēpore philosophia fastu sæculari elata, maiestatē sacræ scientiæ minūs reuereretur, ussa sit ab Ecclesia quodammodo exulare: quam postea iam velut sese agnoscentē, & sacræ theologiæ dignitatem admirantē, ac fidelē famulatum pollicentem, non solū reuocauerit domum Ecclesia Catholica, verum etiā fouerit, ac velut sibi vtilē seruam adiuerit, beneficiisq; nō exiguis affecerit. Ex quo potest intelligi, cur cū veritas Catholica mutata nō sit, in philosophiā tamē diuerso modo affecta videatur. Olim fidei simplicitas, philosophiæ sinuositatē pertimescebat: nūc vltro accersit, atq; inuitat: olim Catholici hæreticis philosophiā sæcularē obiiciebant: nunc philosophiā hæretici damnant, atque Ecclesiæ vitio vertunt: Catholici cōtra illius opera ad hæreticos euertēdos plurimū vtuntur. Quā ob rē merito à *Concil. Constantiense sess. 8. ar. 29.* Patribus in Synodo Cōstatiēsi dānata est V uicelista rū, atq; Hulsitarū impudēs vox: V niuersitates, studia collegia,

collegia, graduationes, & magisteria in eisdem sunt vana gentilitate introducta, & tantum profunt Ecclesiæ sicut diabolus. Velint, nolint hæretici, scholæ philosophiæ Fidei catholicæ seruiant, & ad sacras litteras aditum struent, & novos dogmatistas falsitatis mendacijque coarguent. Olim iam gladium ab Apollonio captum, fidelis Machabæus pro populo Dei stringit, & aduersus hostes depugnat: & superbus Goliath ense suo truncatur, pastore Dauide in egregium militem iam conuerso, neque funda & iaculo, sed Goliath ense pugnat. Scimus quam fuerint omni sæculari literatura florentes præstantissimi Ecclesiæ pastores Gregorius Naziâzenus, Basilius, Augustinus, Hieronymus, cæterique patres: ex quibus beatus Augustinus ad studiû scripturæ sacræ valde cômendat has humanas disciplinas: Basilius etiâ Mo-  
 sis exemplum affert, quæ scriptura narrat omni scientia Ægyptiorum instructû: ac quadraginta totos annos in iis literis humanis discendis illum impêdisse vult, totidem postea diuinæ contemplationi in eremo vacasse: vt inde discamus, quomodo nos ad sermones Dei tractâdos comparare debeamus. Quantum verò diabolus operę ponat, vt hoc humanarum scientiarû præsidio Ecclesiam nudet, docet præclare sanctus Papa Gregorius, cuius etiam verba referam, atque eò libèrius, quòd quibusdam ille Pater minus videatur his literis aut excultus aut etiam affectus. Is ergo explanat illa verba scripturæ: Cauerant Philistiim ne fortè facerent Hebræi gladium & lanceam, ita scribit. Apertè quidem demones sciunt, quia dum sæcularibus literis instruiunt, in spiritualibus adiuuamur. Cum ergo nos ea discere dissuadent, quid aliud quã ne lanceam aut gladium faciamus præcauent: Et paulo post. Hâc quippe sæcularem scientiam omnipotens

1. Mac. 3.  
1. Reg. 17  
21.

August.  
2. de Do.  
Chris. c.  
16.

Basili. in  
Prologo  
in Esai.

Grego. in  
1. Regum  
lib. 5. in c.  
13.

Grego. in  
1. Reg. li.  
5. in c. 13.

potens Deus in plano ante posuit, vt nobis ascēden-  
 di gradum faceret, qui nos ad diuinæ scripturæ alti-  
 tudinem leuare debuisset Idcirco eā præmittere vo-  
 luit, vt in ipsa nos instrueret ad spiritualia transire.  
 Vnde & Moyfes qui nobis diuinorum eloquiorum  
 principia edidit, non prius diuina didicit, sed vt ca-  
 pere vel exprimere diuina posset, in omni Ægyptio-  
 rum scientia rudem animum informauit. Quod etiã *Ad. 7.*  
 confirmat exemplo Esaia Prophetæ, quæ fuisse aliis  
 eloquentiorē cōstat, quod nobiliter instructus edu-  
 catusque sit, Pauli quoque Apostoli, quem dicit cæ-  
 teris Apostolis doctrina excellere, quia futur⁹, inquit,  
 in cœlestibus, terrena prius studiosius didicit. Qui-  
 bus expositis intelligitur, ad literas sacras tractandas  
 accedere non oportere nisi scientiis naturalibus an-  
 te diligēter instructum, quo tempore præsertim hæ-  
 reticorum furor iudicium rerum difficillimarum su-  
 toribus & laniis ex solo codice simpliciter lecto per-  
 mittit, & catholicam Ecclesiam per humana studia  
 ad diuinas literas gradum facientem, inuidiosissimè  
 ac malitiosissime irridet.

*De historia cognitione, & de temeritate cauenda.*

CAP. IX.

**I**NTER hæc historiæ cognitio, & sanctæ geogra-  
 phiæ magnopere necessaria existit, quã Hierony-  
 mus, plurimum sibi ad intelligentiam sanctarū scri-  
 pturarū contulisse, testatur, Vtrumq; tamē hoc tem-  
 pore perfectè tenere perdifficile est. Terræ sanctæ  
 loca & situs & nomina vix iam est qui oculis possit  
 accipere, cū sit aditus (nostris malis meritis ita exi-  
 gentibus) vsque adeo clausus: & quãuis oculi lustrēt  
 præsentia, tanta est rerum omniū facta vicissitudo,  
 vt antiqua & sacra haud facile agnosci queāt. Quare  
 relatione & lectione veterum res exigenda erit: vbi  
 quis

quis nesciat quam sæpe cogitatio fallatur, alia prae aliis sibi depingens: quæ si intueremur, ut erant olim, cum sacra scriptura tradebatur, haud dubium, quin longe infrequentius erraturi essemus? Peruanam historiam & bella Hispanorum, in Hispania positus legeram: at hinc terrarum agens, & oppida, & itinera, & portus, & saltus cæteraque contemplans quæ olim audieram, prorsus videor mihi multa intelligere quæ antea minus intellexeram. Quod in sacra lectione euenire & mihi & aliis illorum locorum imperitis nequaquã dubito. Historia verò tametsi monumentis veterum conscripta est, tamen est adeo varia sibi quæ sæpe numero repugnans, ut plus caliginis quam lucis offundat. Temporum autem & annorum supputatio quem non fatiget ac penè in desperationem adducat, cum tanta sit auctorum optimorum dissensio: ex qua re inextricabiles sæpe numero quæstiones oriuntur. Quare cognoscenda quidem historia erit, & diligentissimos cuique huius inuestigationis Gratia agendæ: Verùm temeritatem quorundam cauere oportebit, qui de rebus prorsus incertis ex suis coniecturis ita certò pronuntiant, ut aliter consistere posse sacram scripturam negent: ut cum hebdomades Danielis numerantur, cum historiæ Regum & Paralipomenon conferuntur, cum anni ab orbe condito computantur, & alia sexcenta huius generis quæ innumerabiles pariunt opiniones; & cum diuinæ promissiones atque effecta certissima sint, rationis tamen subductio difficillima atque obscurissima est. Quare ita in his antiquitas cõsulenda erit, & diligentissimi ac probatissimi quique auctores legendi, ut non putemus tamè rei euidentiã plerumque inuenturos, sed sapientes ad sobrietatem, simus quadam mediocritate contenti. Simul meminerimus Paulum

1. Tim. 3.  
Tit. 3.

Paulum



Paulum Apostolum præcepisse, interminabiles quæstiones & genealogias, quæ nõ promouēt pietatem, debere vitari. In numeris vetò vtrū error obrepserit non solū prophanis, sed etiā sacratis literis, vt nõ auctoris imperitia, sed scriptorū succedentiū negligētia vitiat sint, aut alij pro aliis traducti, nõ facile dixerim. Nam quis certam rationē reddet, cur in prophetia Ionæ, cum nostra editio iuxta hebraicam habeat, adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur: Septuaginta tamen, quorū lectionē sequuntur & probant omnes veteres Græcique præsertim, scribant: Adhuc tres dies? Quid enim esse potuit vt quadraginta, & tres nõ magnā haberent dissimilitudinem? Eodē modo de numero annorum, quibus regnarunt nonnulli, adeò discrepant libri Regum & Paralipomenon, vt Hieronymo insolubiles eæ quæstiones videantur. Quare in his omnibus modus seruandus, vt qualicumque ratione reddita, multa nobis impenetrabilia esse voluisse Spiritū sanctū intelligam<sup>9</sup>: siue ad exercēdū studium nostrū aliquid erroris ex vitio libroriorū irrepere permiserit, siue quod magis credendū est, aliqua mystica & occulta ratione ea quæ historicè non conveniunt, spiritualiter cōsonare sibi voluerit. Illud prius placet Hieronymo, qui nõnulla mēda in codices vel Hebraicos vel Græcos irrepsisse sæpe cōmonet, libroriorū vitio. Neque ob id diuinæ literæ fidē perdunt, quòd ea, ipsa varietate interpretationū facilè deprehendantur, neq; in rebus alicuius pōderis detrimentū patitur Ecclesia. Sed qui etiā in his minutiorib<sup>9</sup> Ecclesiā nõ patiuntur vnquam decipi, vbi Græca ab Hebraicis discrepāt, aut Latina, si trāslatio authētica est, volūt Spiritū sanctū diuersis, imo repugnātibus in litera, sed in spirituali sensu cōueniētibus sentētiis diuersa mysteria significasse.

Quam

Iona 3.

*Aug. de Cini. lib. 18. c. 44. c. 43. Quas. super Ge nos. c. 169* Quam sententiam Augustinus acriter tuetur, cum illam versat quæstionem quam supra attigi, quòd Hebraica habeant: Adhuc quadraginta dies: septuaginta legerint post triduum Ninive subuertetur. Sed in numeris facillima errandi occasio est, quòd apud Hebræos & Græcos varij alphabeti characteres numeros varios signent. Ita fit vt vnus literulæ immutatio totum numerum mutet. Nam & in ipsis numerorū notis quibus nos sæpius vtimur, plurimos & in codicibus, & in manu scriptis lapsus notamus, quod vnico caractere rota res constet, secus atque in iis quæ integris syllabis scribuntur, in quibus quauis litera aut syllaba corrumpatur, ex cæteris correctio facilis est.

*Studium linguarum scriptura necessarium.*

C A P. X.

*Aug. 2. de Doct. Christ. c. 11.* **H**INC iam de rebus ad signa gradus fit. Itaque ad sacram scripturam non minus sermonū quæ rerum peritia adhibenda est. Præcipiunt igitur sancti Patres earum linguarum, in quibus sancti libri nobis prodi sunt, notitiam plurimi fieri, quòd ad exactam scientiam scripturarū conducat plurimum. Primùm in quamuis sit omnis scriptura latinitate donata, tamen ea vnus cuiusque linguæ proprietas est, ea idiomatis vis, vt in alienum translata sermonem, quatumuis sit peritus interpres, multum de natua sua efficacia & lepore amittat. Itaque auditor aut lector minus omnino concipit, minus etiam oblectatur, sæpe etiã non intelligit: qui si linguæ peritus sit, tanquam poma ex ipsa arbore delibās, nescio quid decoris & dulcedinis haurit, quod manu interpretis velut contrectata deperdunt. Legas Homerum Latinè, aut Virgilium Hispanicè, quauis à peritissimis interpretibus redditum, non Homerum planè aut Maronè, sed nescio quos triuales poëtas tibi legere videaris. Vt enim patrio

patrio sermone loquuntur expeditè & concinnè homines, externum cum dicunt iam ætate grandiores, vel inopia vel tarditate vel ipso pronuntiandi spiritu alienam se linguam loqui facile produunt: ita ex vno idiomate in alterum traslata vim illam, & concinnitatem, atque vt ita dixerim, spiritum linguæ seruare non possunt. Quod est quidem commune omnibus interpretationib<sup>9</sup>; sed linguæ sanctæ, in qua primùm hominibus tradita sunt eloquia Dei, maximè proprium affirmant viri illius peritissimi. Nam & phrasi abhorret plurimū à cæteris vsitatis; & altitudo sermonum Dei ea fuit, vt ex illo primo vase, cui infusi sunt, non possint transfundi ad perfectum in alia, sed velut thesaurus inexhaustus sua ipsa profunditate semper exundet. Ex quo altera oritur causa, eaque nõ inferior, quod multa interpretata vel dubia vel obscura sint, quorum verum certumque sensum natia lingua ex qua illa sunt interpretata demonstrat. Cui etiam rei, vt præclare Augustinus docet, seruiūt multa ac diuersæ interpretationes, propterea quod variorum interpretum sensa ex eodem fonte deriuata sese inuicem iuuant atque explicant. Quæ igitur obscure aut ambiguè posita sunt, consulto ipso primo fonte lucefcūt. Nam qui dubitarit cum legit in Hieremia: Qui separauerit pretiosum à vili, quasi os meū erit, vtrum ab ore an ab osse os accipi debeat, facillime Hebraica adiens non ossis firmitatē, sed oris honorem significatum intelliget. Et cui erit obscurum, cum audit ex Euangelio: Et reclinauit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio; an voluerit Lucas significare ad locum bestiarū cōcessisse Mariam, quod nullum hominibus aptū diuersorium inuenisset, an potius in diuersorium quidem acceptam, sed ita hospitibus plenum & turba occupatum, vt

*Aug. 2.  
de Doct.  
Chri. ca.  
12.*

*Hier. 15.*

G coacta

coaeta sit vnicum filium Dei in vacuo præsepi collocare; profectò Græcum legens articulum, quem latinus non exprimit, Hispanicus facillime exprimeret, intelliget posteriorem sensum esse veriolem: neque ad adorationem Magorum, quòd Matthæus domum cõmemoret, in qua est infans cum matre Virgine inuentus, cogetur aliam quam præsepi habitationem intelligere. Postremò cum multi errores ex negligètia, aut etiam malitia librariorum in sanctos codices inceserint, cum manu scripta tenerètur omnia diuina volumina, ac sæpè vitiata ne an integra lectio sit, magnæ quæstiones clamoresque excitentur, velut in causa ad iudicem incorruptum, hoc est, primæuam linguam in qua oracula cœlestia accepimus, merito recurrere solemus. Quod documentum quoniam vt rectè adhibitum potest maximè ex vsu esse, ita temerè vsurpatum perniciem affert grauissimam, diligentius tractandum est.

*Aduersus temeritatem eorum qui ab Ecclesia probatam editionem damnant.*

## C A P. X I.

**F**VIT quidem semper familiare diabolo, diuina opera æmulari, atque ea vertere in argumèta nequitia suæ perditionisque hominum, quæ Deus ad salutem illorum suamque ipsius gloriam excogitasset. Ita pro Sacramentis sacrilegia inuenit, pro religione superstitionem inuexit, pro prophetia diuinationem, pro fide hæresim peperit. Et quæ Moses vir Dei signa edere parat, eadè Pharaonis Magi per incantationes suas adoriuntur. Sed succumbat tandem mendacium, cedatque Veritati necesse est, Omne nobis salutis nostræ præsidium in diuinis literis situm est: At nihil magis vsurpant, sibi que vendicant quàm

quàm divinas literas hæretici, ecclesiæ Dei hostes. Et quoniam scripturæ vis non in syllabis sed in sensu posita est, & iudicium de veritate scripturæ ex originali ipsius sermone peti debet: quid egit diabolus? Iudæos atque hæreticos, fidos scilicet satellites suos, Hebraicis Græcisque literis armavit, ut vnde salus petenda erat, inde Christi Iesu Ecclesiam validissimè oppugnaret. Itaque dum perfidi Iudæi Christum nobis de lege & Prophetis eripere cupiunt, Hebraica, ut libet, effingunt, Græca & Latina contemnunt: quæ à nobis adlegantur, irrident. Haud ita Mosem, secus Esaiam, aliter Psalmistam esse locutum. Omnem spiritum ex Dei scriptura exhibi- *Esa. 6.* lant, carnem semper cogitant: de quibus scriptum est, quòd incrassatus sit sensus eorum, & aures aggravata, ut nihil subtile percipiant, nihil spirituale ad eos penetret. Hæretici verò, nostra ætate præsertim, nihil quidem magis sonant & in ore habent quàm Christum, nihil in corde minus gerunt quàm spiritum Christi. Peritia autem linguarum, quam sibi arrogant, omnia susque deque vertendi sibi ius esse volunt: cum libet, cachinantur, conuitiis lætant nostros, sputis excipiunt, cum vulgatam editionem recitant. Annotationibus, glossulis, novis ex Græco aut Hebraico versionibus, Hieronymum contemnunt, septuaginta respuunt, latina omnia barbariæ absurditatisque notant. Denique ipsi soli sapiunt, soli Dei verbum audiunt, & conservant: nos stupidi, absurdi, ridiculi, nihil nisi Papistica deliria tenemus. Atque ex ore quidem, Dei aduersariorum, hominum profligatissimorum, iniurias suas Ecclesia in laude ponit: Illud acrius pungit, quod nostri, id est, Catholici, dum veri assertores videri volunt, hostibus Christi sæpe conuiuent, & minus

cautè ac piè de Ecclesiæ matris omnium, iudicio iudicant. Horum nostro sæculo nõ parua copia est, qui Rabbinos pluris faciunt quam Scriptores ecclesiasticos atque ex literatura Hebraica emendare pergunt in Patribus, quæ minus probant: & sensum quidem spiritualement & mysticum concedentes Ecclesiæ doctoribus, literalem & proprium sibi vendicant. Audent etiam vulgatam editionem accusare, interpretem ignorantia vocũ Græcarum aut Hebraicarũ esse deceptum: ad suum tribunal Hieronymum, vel septuaginta, vel Chaldæum paraphrastem, denique quoscũque libuerit vocare: & de omnibus omnium temporum scriptoribus censoria auctoritate pronuntiare: multa ab Ecclesia recepta in dubium vertere: testimonia pro Christo mysteriis aduersus Iudæos, pro Ecclesiæ dogmatis aduersus hæreticos, vel eleuare vel penitus tollere: aliter esse literalem sensum: secus habere Hebraicam veritatem: extortam esse sententiam, nec textui antecedentium & subsequentium quadrare? Quid quod in ipsos Dei Apostolos & Euangelium, istorum se supercilium tollit? Et à Paulo, aut Ioanne citata ex lege & Prophetis, spiritali quidem sensu ita intelligi, vt Apostoli exponunt: cæterum literalem, hoc est, verum & proprium longe alium esse: vt illud: Ex Ægypto vocaui filiũ meum. Et illud: Ego ero ei in patrem, & ipse mihi in filium. Et illud: Et quidem in omnem terram exiit sonus eorum. Et multa alia id genus, Qui si peritiæ linguarum fructus haberi debent, malim nõ solum me, sed omnes meos, esse imperitissimos, longeque melius est diuinis literas penitus ignorare, quàm modo isto perdiscere.

*Matt. 2.*

*Heb. 1.*

*Rom. 10.*

*Iudi*

*Iudicium certum & infallibile de scriptura  
diuina esse penes Ecclesiam.*

## CAP. XII.

**N**OBIS igitur, quibus veritas per Paulum loqui-  
tur, qui putat se scire aliquid, nondum cognouit  
quemadmodum eum oporteat scire: & per Salomonem:  
vbi humilitas, ibi sapientia, vbi superbia ibi &  
contumelia: longe alia via gradiendum est, ac primam  
ex fide Catholica & Christiana supponendum,  
iudicium certum & infallibile de scriptura diuina  
esse penes Ecclesiam. Cuius enim fides sit ex auditu;  
auditus autem per verbum Dei, illius sitte dubio erit  
de Dei verbo iudicare, vel potius Dei iudicium pronuntiare,  
cuius est fidei veritatem agnoscere, probare, defendere;  
& refutare contraria. Quod si quis Ecclesiam non audierit,  
erit peior ethnico & publicano. Quæ enim alia est domus  
Dei viui, columna & firmamentum veritatis? Paulus  
Apostolus, cuius est ea vox, etiam exëplo nos mirabili docuit.  
Quamuis enim se sciret certissimè nihil aliud quam Christi  
Euangelium prædicare, neque de Dei verbo quod annuntiabat,  
vlla ratione dubitaret, tamen diuinitus edoctus,  
ascendit secundum reuelationem Hierosolymam, vbi erat  
Petrus Ecclesiæ columen, & Ioannes, & Iacobus: & contulit  
cum illis Euangelium quod prædicabat in gentibus. Quorsum hoc?  
vt ex illis disceret, aut si qua parte aberraret, reduceretur in  
viam? Minimè verò: Mihi enim, inquit, qui videbantur  
esse columnæ, nihil contulerunt. Cur ergo? Ne in vanum  
currerem aut cucurrissem, inquit. Ad se quidem nihil  
accessionis factum declarat: sed ad Ecclesiam, ad fideles,  
ad populum Dei & omnem posteritatem, plurimum omnino  
referebat, vt à Prin-

1. Cor. 8.  
1. Tim. 3.

Rom. 10.

Mat. 18.  
1. Tim. 3.

Gal. 3.

Gal. 2.

cipe Apostolorum, atque Apostolica Ecclesia, Paulina doctrina probaretur, & pro diuina & verè euangelica confirmaretur: vt Petrus pontificia sua auctoritate perscriberet: Sicut & charissimus frater noster Paulus in omnibus suis epistolis secundum datam sibi sapientiam scribens de his: quas instabiles & corrupti homines deprauant sicut ceteras scripturas. Vides Pauli epistolas à Petro scripturam sacram declarari? Vides ex illo congressu cum Principe Apostolorum, & reliquo Apostolico choro, Paulo fiduciam prædicandi, maiorem fructum ecclesiæ Christi, doctrinam illius pro cœlesti habitam, obtratoribus penitus os obstrusum? Quales aliquando fuerint, mea nihil interest: Deus enim personam hominum non accipit. Ne putaretur Paulus hominibus detulisse, non Deo, hæc dixit: ac si apertius dicat. Scio equidem, Petrum piscatorem fuisse, noui Ioannem & Iacobum homines tenues, illiteratos, idiotas: me ad genua Gamalielis sacris literis institutum; dum illi nihil aliud quam teria lembumque curaret, me nobilem educatum, & pro literato semper habitum; illos vix esse vllius pretij apud homines. Verum vbi causa fidei agitur, vbi de vero Dei verbo quæstio est, nihil facit ad rem Pontificis vel eruditionis vel imperitia, perinde est claritudo, atque obscuritas generis. Nihil refert mea, inquit, quales aliquando fuerint. Neque enim ob personas ego adducor, sed propter officium & gradum. Huc Deus respicit, non ad personam. Quod si Paulus sibi Petri approbationem necessariam existimauit, quis erit tam impudens, qui illius cathedræ non deferat? Cui non erit perspicuum de Dei verbo siue tradito siue scripto iudicium infallibile & firmum in Ecclesia Christi tam diu permanere, donec mundus hic manserit?

Nonne



Nonne hoc Christus ipse promisit; Dabit vobis paraclerum spiritum veritatis, vt vobiscum sit & maneat in æternum: Ille inducet vos in omnem veritatem, ille suggeret vobis, quæcumque dixerò vobis. Nonne Pater filiũ in Esaia alloquitur? Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, nõ recedet de ore tuo, neque de ore seminis tui, neque de ore seminis seminis tui amodo vsque in sempiternum. Nonne probatio spirituum veritatisne, an falsitatis sint, hæc vna est: Qui audit nos ex Deo est, qui non audit nos non est ex Deo? Ergo vt verbum Dei sola Dei Ecclesia accipit, ita etiam ipsa sola conseruat: quicumque alibi Dei verbum quærit, aut audit, aut docet, mendacij arguitur, falsum prophetam esse se prodit, diuinat de corde suo, & quæ DEVS non est loquutus, sacrilega temeritate pronuntiat.

Ioan. 16.  
Ioan. 15.  
Esa. 59.

1. Ioan. 4.

Hier. 23.

*Verum scripturæ sensum diiudicare proprium esse Ecclesiæ.*

### C A P. XIII.

**Q**UOD si de Dei verbo censere catholicæ atque apostolicæ Ecclesiæ est, erit omnino quænam sit scriptura diuina, censere: erit, huius scripturæ quis nam sit sensus docere, erit denique hanc veram scripturam quis vero sensu interpretetur, agnoscere. Nam si horum trium aliquid desit, Dei verbum excidat necesse est, ac pro Dei verbo humana verba dum dantur, fides Christiana vacillet, imo concidat necesse est. Quis hic non videt ruinam vniuersæ reipublicæ Christianæ? Ruere autem illam est impossibile aduersus quam portæ inferi non præualebunt, & cū qua Christus adest vsque ad consummationem

Matt. 16.

G 4 sæculi.

quis nesciat quam sæpe cogitatio fallatur, alia præ aliis sibi depingens: quæ si intueremur, vt erāt olim, cum sacra scriptura tradebatur, haud dubium, quin longe infrequentius erraturi essemus? Peruanam historiam & bella Hispanorum, in Hispania positus legeram: at hîc terrarum agens, & oppida, & itinera, & portus, & saltus cæteraque contemplans quæ olim audierā, prorsus videor mihi multa intelligere quæ antea minus intellexeram. Quod in sacra lectione euenire & mihi & aliis illorum locorum imperitis nequaquā dubito. Historia verò tametsi monumentis veterum conscripta est, tamen est adeo varia sibi quæ sæpenumero repugnans, vt plus caliginis quam lucis offundat. Temporum autem & annorum supputatio quem non fatiget ac penè in desperationem adducat, cum tanta sit auctorum optimorum dissensio: ex qua re inextricabiles sæpe numero quæstiones oriuntur. Quare cognoscenda quidem historia erit, & diligentissimos cuique huius inuestigationis Gratia agendæ: Verùm temeritatem quorundam cauere oportebit, qui de rebus prorsus incertis ex suis coniecturis ita certò pronuntiant, vt aliter consistere posse sacram scripturam negent: vt cum hebdomades Danielis numerantur, cum historiæ Regum & Paralipomenon conferuntur, cum anni ab orbe condito computantur, & alia sexcenta huius generis quæ innumerabiles pariunt opiniones; & cum diuinæ promissiones atque effecta certissima sint, rationis tamen subductio difficillima atque obscurissima est. Quare ita in his antiquitas cõsulenda erit, & diligentissimi ac probatissimi quique auctores legendi, vt non putemus tamè rei euidenciam plerumque inuenturos, sed sapientes ad sobrietatem, simus quadam mediocritate contenti. Simul meminerimus Paulum

1. Tim. 3.  
Tit. 3.

Paulum

Paulum Apostolum præcepisse, interminabiles quæstiones & genealogias, quæ nõ promouet pietatem, debere vitari. In numeris verò vtrũ error obrepserit non solũ prophanis, sed etiã sacratis literis, vt nõ auctoris imperitia, sed scriptorũ succedentiũ negligẽtia vitiati sint, aut alij pro aliis traducti, nõ facile dixerim. Nam quis certam rationẽ reddet, cur in propheta Ionæ, cum nostra editio iuxta hebraicam habeat, adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur: Septuaginta tamen, quorũ lectionẽ sequũtur & probant omnes veteres Græcique præsertim, scribant: Adhuc tres dies? Quid enim esse potuit vt quadraginta, & tres nõ magnã haberent dissimilitudinem? Eodẽ modo de numero annorum, quibus regnarunt nonnulli, ad eò discrepant libri Regum & Paralipomenon, vt Hieronymo insolubiles eaz quæstiones videantur. Quare in his omnibus modus seruandus, vt qualicumque ratione reddita, multa nobis impenetrabilia esse voluisse Spiritũ sanctũ intelligam<sup>9</sup>: siue ad exercẽdũ studium nostrũ aliquid erroris ex vitio librorũ irrepere permiserit, siue quod magis credendũ est, aliqua mystica & occulta ratione ea quæ historicè non conueniunt, spiritualiter cõsonare sibi voluerit. Illud prius placet Hieronymo, qui nõnulla mēda in codices vel Hebraicos vel Græcos irrepsisse sæpe cõmonet, librorũ vitio. Neque ob id diuinæ literæ fidẽ perdunt, quòd ea, ipsa varietate interpretationũ facillè deprehendantur, neq; in rebus alicuius pòderis detrimẽtũ patitur Ecclesia. Sed qui etiã in his minorib<sup>9</sup> Ecclesiã nõ patiũtur vnquam decipi, vbi Græca ab Hebraicis discrepãt, aut Latina, si trãslatio authẽtica est, volũt Spiritũ sanctũ diuersis, imo repugnãtib<sup>9</sup> in litera, sed in spirituali sensu cõueniẽtib<sup>9</sup> sentẽtiis diuersa mysteria significasse.

Quam

*Aug. de Civi. lib. 18. c. 44. c. 43. Quas. super Ge. nos. c. 169* Quam sententiam Augustinus acriter tuetur, cum illam versat quæstionem quam supra attigi, quòd Hebraica habeant: Adhuc quadraginta dies: septuaginta legerint post triduum Niniue subuertetur. Sed in numeris facillima errandi occasio est, quòd apud Hebræos & Græcos varij alphabeti caracteres numeros varios signent. Ita fit vt vnus literulæ immutatio totum numerum mutet. Nam & in ipsis numerorù notis quibus nos sæpius vtimur, plurimos & in codicibus, & in manu scriptis lapsus notamus, quod vnico caractere rota res constet, secus atque in iis quæ integris syllabis scribuntur, in quibus quãuis litera aut syllaba corrumpatur, ex cæteris correctio facilis est.

*Studium linguarum scriptura necessarium.*

C A P. X.

*Aug. 2. de Doct. Christ. c. 11.* **H**INC iam derebus ad signa gradus fit. Itaque ad sacram scripturam non minus sermonù quã rerum peritia adhibenda est. Præcipiunt igitur sancti Patres earum linguarum, in quibus sancti libri nobis proditi sunt, notitiam plurimi fieri, quòd ad exactam scientiam scripturarù conducat plurimum. Primùm quamuis sit omnis scriptura latinitate donata, tamen ea vniuscuiusque linguæ proprietatis est, ea idiomaticis vis, vt in alienum translata sermonem, quãtumuis sit peritus interpres, multum de natua sua efficacia & lepore amittat. Itaque auditor aut lector minus omnino concipit, minus etiam oblectatur, sæpe etiã non intelligit: qui si linguæ peritus sit, tanquam poma ex ipsa arbore delibãs, nescio quid decoris & dulcedinis haurit, quod manu interpretis velut contrectata deperdunt. Legas Homerum Latinè, aut Virgilium Hispanicè, quãuis à peritissimis interpretibus redditum, non Homerum planè aut Maronè, sed nescio quos triuales poëtas tibi legere videaris. Vt enim patrio

patrio sermone loquuntur expedite & concinne homines, externum cum dicunt iam ætate grandiores, vel inopia vel tarditate vel ipso pronuntiandi spiritu alienam se linguam loqui facile produunt: ita ex vno idiomate in alterum translata vim illam, & concinnitatem, atque vt ita dixerim, spiritum linguæ seruare non possunt. Quod est quidem commune omnibus interpretationibus; sed linguæ sanctæ, in qua primùm hominibus tradita sunt eloquia Dei, maximè proprium affirmant viri illius peritissimi. Nam & phrasi abhorret plurimū à cæteris vsitatis; & altitudo sermonum Dei ea fuit, vt ex illo primo vase, cui infusi sunt, non possint transfundi ad perfectum in alia, sed velut thesaurus inexhaustus sua ipsa profunditate semper exundet. Ex quo altera oritur causa, eaque nõ inferior, quod multa interpretata vel dubia vel obscura sint, quorum verum certumque sensum natiua lingua ex qua illa sunt interpretata demonstret. Cui etiam rei, vt præclare Augustinus docet, seruiūt multa ac diuersæ interpretationes, propterea quod variorum interpretum sensa ex eodem fonte deriuata sese inuicem iuuant atque explicant. Quæ igitur obscure aut ambigüe posita sunt, consulto ipso primo fonte lucefcunt. Nam qui dubitarit cum legit in Hieremia: Qui separauerit pretiosum à vili, quasi os meū erit, vtrum ab ore an ab osse os accipi debeat, facillime Hebraica adiens non ossis firmitatē, sed oris honorem significatum intelliget. Et cui erit obscurum, cum audit ex Euangelio: Et reclinauit eum in præsepio, quia non erat ei locus in diuersorio; an voluerit Lucas significare ad locum bestiarū cōcessisse Mariam, quod nullum hominibus aptū diuersorium inuenisset, an potius in diuersorium quidem acceptam, sed ita hospitibus plenum & turba occupatum, vt

*Aug. 2.  
de Doct.  
Chri. ca.  
12.*

*Hier. 15.*

G coacta

coacta sit vnicum filium Dei in vacuo præsepi collocare; profectò Græcum legens articulum, quem latinus non exprimit, Hispanicus facillime exprimeret, intelliget posteriorem sensum esse veriore: neque ad adorationem Magorum, quòd Mattheus domum cômemoret, in qua est infans cum matre Virgine inuentus, cogetur aliam quam præsepis habitationem intelligere. Postremò cum multi errores ex negligètia, aut etiam malitia librariorum in sanctos codices incesserint, cum manu scripta tenerètur omnia diuina volumina, ac sæpè vitiata ne an integra lectio sit, magnæ quæstiones clamoresque excitentur, velut in causa ad iudicem incorruptum, hoc est, primæuam linguam in qua oracula cœlestia accepimus, merito recurrere solemus. Quod documentum quoniam vt rectè adhibitum potest maximè ex vsu esse, ita temerè vsurpatum perniciem affert grauissimam, diligentius tractandum est.

*Aduersus temeritatem eorum qui ab Ecclesia probatam editionem damnant.*

## C A P. X I.

**F**VIT quidem semper familiare diabolo, diuina opera æmulari, atque ea vertere in argumèta nequitia suæ perditionisque hominum, quæ Deus ad salutem illorum suamque ipsius gloriam excogitasset. Ita pro Sacramentis sacrilegia inuenit, pro religione superstitionem inuexit, pro prophetia diuinationem, pro fide hæresim peperit. Et quæ Moses vir Dei signa edere parat, eadè Pharaonis Magi per incantationes suas adoriuntur. Sed succumbat tandem mendacium, cedatque Veritati necesse est, Omne nobis salutis nostræ præsidium in diuinis literis situm est: At nihil magis vsurpant, sibi que vendicant quàm

quàm divinas literas hæretici, ecclesiæ Dei hostes. Et quoniam scripturæ vis non in syllabis sed in sensu posita est, & iudicium de veritate scripturæ ex originali ipsius sermone peti debet: quid egit diabolus? Iudæos atque hæreticos, fidos scilicet satellites suos, Hebraicis Græcisque literis armavit, ut vnde salus petenda erat, inde Christi Iesu Ecclesiam validissimè oppugnaret. Itaque dum perfidi Iudæi Christum nobis de lege & Prophætis eripere cupiunt, Hebraica, ut libet, effingunt, Græca & Latina contemnunt: quæ à nobis adlegantur, irrident. Haud ita Mosem, secus Esaiam, aliter Psalmistam esse locutum. Omnem spiritum ex Dei scriptura exhibent, *Esa. 6.* carnem semper cogitant: de quibus scriptum est, quòd incrassatus sit sensus eorum, & aures aggravatae, ut nihil subtile percipiant, nihil spirituale ad eos penetret. Hæretici verò, nostra ætate præsertim, nihil quidem magis sonant & in ore habent quàm Christum, nihil in corde minus gerunt quàm spiritum Christi. Peritia autem linguarum, quam sibi arrogant, omnia susque deque vertendi sibi ius esse volunt: cum libet, cachinantur, conutiis læcerant nostros, sputis excipiunt, cum vulgatam editionem recitant. Annotationibus, glossulis, novis ex Græco aut Hebraico versionibus, Hieronymum contemnunt, septuaginta respuunt, latina omnia barbariæ absurditatisque notant. Denique ipsi soli sapiunt, soli Dei verbum audiunt, & conservant: nos stupidi, absurdi, ridiculi, nihil nisi Papistica deliria tenemus. Atque ex ore quidem, Dei aduersariorum, hominum profligatissimorum, iniurias suas Ecclesia in laude ponit: Illud acrius pungit, quod nostri, id est, Catholici, dum veri assertores videri volunt, hostibus Christi sæpe conuiuent, & minus

cautè ac piè de Ecclesiæ matris omnium, iudicio iudicant. Horum nostro sæculo nõ parua copia est, qui Rabbinos pluris faciunt quam Scriptores ecclesiasticos atque ex literatura Hebraica emendare pergunt in Patribus, quæ minus probant: & sensum quidem spiritualem & mysticum concedentes Ecclesiæ doctoribus, literalem & proprium sibi vendicant. Audent etiam vulgatam editionem accusare, interpretem ignorantia vocũ Græcarum aut Hebraicarũ esse deceptum: ad suum tribunal Hieronymum, vel septuaginta, vel Chaldæum paraphrastem, denique quoscũque libuerit vocare: & de omnibus omnium temporum scriptoribus censoria auctoritate pronuntiare: multa ab Ecclesia recepta in dubium vertere: testimonia pro Christo mysteriis aduersus Iudæos, pro Ecclesiæ dogmatis aduersus hæreticos, vel eleuare vel penitus tollere: aliter esse literalem sensum: secus habere Hebraicam veritatem: extortam esse sententiam, nec textui antecedentium & subsequen-  
tium quadrare? Quid quod in ipsos Dei Apostolos & Euangelium, istorum se supercilium tollit? Et à Paulo, aut Ioanne citata ex lege & Prophetis, spiritali quidem sensu ita intelligi, vt Apostoli exponunt: cæterum literalem, hoc est, verum & proprium longe alium esse: vt illud: Ex Ægypto vocaui filiũ meum. Et illud: Ego ero ei in patrem, & ipse mihi in filium. Et illud: Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum. Et multa alia id genus, Qui si peritiæ linguarum fructus haberi debent, malim nõ solum me, sed omnes meos, esse imperitissimos, longeque melius est diuinas literas penitus ignorare, quàm modo isto perdiscere.

*Matt. 2.*

*Heb. 1.*

*Rom. 10.*

*Iudi*



*Iudicium certum & infallibile de scriptura  
diuina esse penes Ecclesiam.*

## CAP. XII.

**N**OBIS igitur, quibus veritas per Paulum loquitur, qui putat se scire aliquid, nondum cognouit quemadmodum eum oporteat scire: & per Salomonem: vbi humilitas, ibi sapientia, vbi superbia ibi & contumelia: longe alia via gradiendum est, ac primum ex fide Catholica & Christiana supponendum, iudicium certum & infallibile de scriptura diuina esse penes Ecclesiam. Cum enim fides sit ex auditu, auditus autem per verbum Dei, illius sinte dubio erit de Dei verbo iudicare, vel potius Dei iudicium pronuntiare, cuius est fidei veritatem agnoscere, probare, defendere; & refutare contraria. Quod si quis Ecclesiam non audierit, erit peior ethnico & publicano. Quæ enim alia est domus Dei viui, columna & firmamentum veritatis? Paulus Apostolus, cuius est ea vox, etiam exéplo nos mirabili docuit. Quamuis enim se sciret certissimè nihil aliud quam Christi Euangelium prædicare, neque de Dei verbo quod annuntiabat, vlla ratione dubitaret, tamen diuinitus edoctus, ascendit secundum reuelationem Hierosolymam, vbi erat Petrus Ecclesiæ columen, & Ioannes, & Iacobus: & contulit cum illis Euangelium quod prædicabat in gentibus. Quorsum hoc? vt ex illis disceret, aut si qua parte aberraret, reduceretur in viam? Minimè verò. Mihi enim, inquit, qui videbantur esse columnæ, nihil contulerunt. Cur ergo? Ne in vanum currerem aut cucurrissem, inquit. Ad se quidem nihil accessionis factum declarat: sed ad Ecclesiam, ad fideles, ad populum Dei & omnem posteritatem, plurimum omnino referebat, vt à Prin-

*1. Cor. 8.  
1. Tim. 11.*

*Rom. 10.*

*Mat. 18.  
1. Tim. 3.*

*Gal. 1.*

*Gal. 2.*

cipe Apostolorum, atque Apostolica Ecclesia, Paulina doctrina probaretur, & pro diuina & verè euangelica confirmaretur: vt Petrus pontificia sua auctoritate perscriberet: Sicut & charissimus frater noster Paulus in omnibus suis epistolis secundum datam sibi sapientiam scribens de his: quas instabiles & corrupti homines deprauant sicut cæteras scripturas. Vides Pauli epistolas à Petro scripturam sacram declarari? Vides ex illo congressu cum Principe Apostolorum, & reliquo Apostolico choro, Paulo fiduciam prædicandi, maiorem fructum ecclesiæ Christi, doctrinam illius pro cœlesti habitam, obtrectatoribus penitus os obstrusum? Quales aliquando fuerint, mea nihil interest: Deus enim personam hominum non accipit. Ne putaretur Paulus hominibus detulisse, non Deo, hæc dixit: ac si apertius dicat. Scio equidem, Petrum piscatorem fuisse, noui Ioannem & Iacobum homines tenues, illiteratos, idiotas: me ad genua Gamalielis sacris literis institutum; dum illi nihil aliud quam retia lembumque curarèt; me nobiliter educatum, & pro literato semper habitum; illos vix esse vllius pretij apud homines. Verum vbi causa fidei agitur, vbi de vero Dei verbo quaestio est, nihil facit ad rem Pontificis vel eruditio vel imperitia, perinde est claritudo, atque obscuritas generis. Nihil refert mea, inquit, quales aliquando fuerint. Neque enim ob personas ego adducor, sed propter officium & gradum. Huc Deus respicit, non ad personam. Quod si Paulus sibi Petri approbationem necessariam existimauit, quis erit tam impudens, qui illius cathedræ non deferat? Cui non erit perspicuum de Dei verbo siue tradito siue scripto iudicium infallibile & firmum in Ecclesia Christi tam diu permanere, donec mundus hic manserit?

Nonne

Luc. 14.  
iudicium infallibile  
tam diu permanere

Nonne hoc Christus ipse promisit; Dabit vobis paracletum spiritum veritatis, vt vobiscum sit & maneat in æternum: Ille inducet vos in omnem veritatem, ille suggeret vobis, quæcumque dixerò vobis. Nonne Pater filiũ in Esaia alloquitur? Spiritus meus qui est in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, nõ recedet de ore tuo, neque de ore seminis tui, neque de ore seminis seminis tui amodo vsque in sempiternum. Nonne probatio spirituum veritatisne, an falsitatis sint, hæc vna est: Qui audit nos ex Deo est, qui non audit nos non est ex Deo? Ergo vt verbum Dei sola Dei Ecclesia accipit, ita etiam ipsa sola conseruat: quicumque alibi Dei verbum quærit, aut audit, aut docet, mendacij arguitur, falsum prophetam esse se prodit, diuinat de corde suo, & quæ DEVS non est loquutus, sacrilega temeritate pronuntiat.

Ioan. 16.

Ioan. 15.

Esa. 59.

1. Ioan. 4.

Hier. 23.

*Verum scriptura sensum diiudicare proprium esse Ecclesia.*

### C A P. XIII.

**Q**UOD si de Dei verbo censere catholicæ atque apostolicæ Ecclesiæ est, erit omnino quænam sit scriptura diuina, censere: erit, huius scripturæ quis nam sit sensus docere, erit denique hanc veram scripturam quis vero sensu interpretetur, agnoscere. Nam si horum trium aliquid desit, Dei verbum excidat necesse est, ac pro Dei verbo humana verba dum dantur, fides Christiana vacillet, imo concidat necesse est. Quis hic non videt ruinam vniuersæ reipublicæ Christianæ? Ruere autem illam est impossibile aduersus quam portæ inferi non præualebunt, & cū qua Christus adest vsque ad consummationem

Matt. 16.

*Mat. 28.* sæculi. Igitur quæ sit scriptura canonica, quæ apocry-  
*Aug. con-* pha, & humana, pertinet ad Ecclesiam agnoscere, ac  
*tra epist.* declarare. Tritumque est illud Augustini, Evangelio  
*Funda-* non crederem nisi me Ecclesiæ auctoritas admone-  
*menti.* ret. Potestis, ait Paulus, per singulos prophetare: dū-  
*1. Cor. 14* que vnus loquitur, cæteri taceant atque diiudicent.  
*Conc. Tri-* Diuersa sunt dona: prophetare quidem, primis scri-  
*den. se. 4.* pturæ cōditoribus datum est: diiudicare autē, vtrum  
*Cōcil.* hi sermones sint Dei est, etiam cæterorum. Quod suū  
*cart. 3. c.* officium agnoscens Ecclesia, in conciliis declarauit  
*47.* librorum canonicorum numerū & cathologum, qui-  
*Concil.* bus aut addere aut demere priuata auctoritate nemi-  
*Laodic.* ni licet. Quod si Ecclesia est columna & firmamen-  
*59.* tum veritatis, si à Spiritu sancto in veritatem induci-  
*Dist. 15.* tur, si Dei verbū in ipsa manet, profecto quinam sint  
*c. 5. Ro-* canonicæ & diuinæ auctoritatis libri, non alia quam  
*mana.* diuina auctoritate censebit. Nam si priuatum huma-  
*Innoc. 1.* numque iudicium spectemus, cur in hac re non ante-  
*epi. 3. c. 7.* ponatur Hieronymus Augustino, cū hic Hebraicas  
*Gelas. 1.* literas se ignorare fateatur, illius summa peritia fue-  
*in fine e-* rit? Attamen Hieronymi iudicio hac parte repudia-  
*pist.* to, qui Iudith, & Tobiam, & Sapientiam atque alios  
*Aug. 2.* multos de canone eximit, potius Augustinū probat,  
*de Doc.* eundem cathologum referentem quem modo tenet,  
*Chri. c. 8.* Ecclesia. Aphricanus extrema capita Danielis impro-  
*Aphri-* bauit, & pro apocryphis habuit historias Susannæ, &  
*anus in e-* Beli & Abacuch: Origenes contra pro canonicis de-  
*pis. ad O-* fendit. Cur hunc Ecclesia sequitur, illo neglecto? Ad  
*rigenem.* hunc modum plurimæ de cæteris scripturis contro-  
*Origenes* uersæ fuere olim inter ipsos Catholicos: nunc sunt  
*in Epist.* nullæ nisi cum hæreticis. Nempe Ecclesia pronun-  
*ad Aphri-* tiauit, finita lis est, causa absoluta. Quæ nisi Christi  
*canum.* dono Ecclesiæ sanctæ data conseruetur auctoritas,  
 nihil erit populo Christiano inconstantius. Nam de  
 rebus

rebus diuinis, humanæ tantùm rationis ductu quodammodo cōuenire inter homines posset, quādo de rebus ipsis humanis inter eas etiā quibus summa patriæ & sanguinis coniunctio est, videmus rātam esse sentiēdi discordiam? Num aliud Arrianus olim, nūc Lutheranos cæterosque hæreticos in tot ac tam varia dogmata dissecuit, vt vix iā numerari queant? Quod si ex diuina scriptura hominum cōtrouersis de Deo rebusque diuinis, finis ponēdus est, profectò de scriptura ipsa an diuina sit, oportet vt plusquam humana opinione constet. Ita fit, vt iudicium de quauis scriptura, vtrūne canonica sit, Spiritus sancti sit, qui Ecclesiam Catholicam quam regit, in re omniū maxima labi minime patitur. Quod si scripturam quidem diuinam certo agnoscat, ac retineat Ecclesia; in sensu autem aberret, quid inter Dei Ecclesiam, & Satanæ synagogam intersit non video. Nam factos codices Iudæi quoque asserunt & legunt, & pro diuinis habent: habent tamen clausos, & nihil legunt, vel potius apertis codicibus habent oculos clausos, & nihil intelligūt. Obscurati sunt enim oculi eorum, vt non luceat illis lumen Euangelij pacis. Qua de re, quoniā supra satis disputatum est, ac manifestè demonstratum, verum scripturæ sensum à Christo donatum Ecclesiæ, qui aperuit suorum sensum, vt intelligerent scripturas: qui habet clauem David, & aperit & nemo claudit: qui promisit spiritum omnia à se dicta suggerētem: qui interpretatus est legem, & Prophetas & Psalmos; qui denique pollicitus est se sapientes & scribas missurum, hoc est, pastores & doctores, de quorum labiis requirāt cæteri legem: hoc amplissimo, & maximo Ecclesiæ Christi de vera intelligentia scripturarum, asserto retentoque munere, facile quod reliquum est, obtinebimus.

2. Cor. 4.

Luc. 24.

Apoc. 2.

Ioan. 15.

Luc. 24.

Mat. 23.

Mat. 2.

*Ecclesia esse legitimam scriptura interpretationem decernere.*

C A P. XIV.

**S**I enim Ecclesiæ partes sunt de vera scriptura canonica censere, tum vero illius sensum decernere, continuò fiet, vt de legitima interpretatione scripturæ ad eam solam pertineat ferre sententiam: sententiam, inquam, diffinitiuam, certam, diuinam, cui falsum inesse non possit. Neque enim putandum est, translationem scripturæ ex vna lingua in aliam de numero esse earum rerum, quæ iudicio humano, & opinionibus variis relinqui debet; quemadmodum illa relicta sunt, quibus aliter habētibus fides catholica eadem perseuerat. Vt sunt quarundam scripturarum scriptores, & quarundam etiam interpretes: siue enim Iob à Mose siue ab alio scriptus sit, nihil refert, vbi cōstat Spiritum sanctum fuisse auctorem. Psalterium, vt nos latinū legimus, fecerit num Hieronymus an alius quiuis, nihil conturbat fidem. Matthæi Euangelium an Hebraicè primò scriptum sit, & quod nostro tempore repertum dicitur, vtrum illud ipsum sit, nō magnopere interest scire, cum constet Euangelium esse à Matthæo scriptum, atque illud esse quod frequētat Ecclesia. At vtrum Latinum Euangelium verè ex Hebraico aut Græco interpretatum sit, ita vt sensum retineat illum, quem voluit Euangelista, quemque illi dictauit Spiritus sanctus, hic nemo etiam cæcus non videat, si ea de re vacillet Ecclesia, fidem Christi nutare protinus. Quid enim mea refert, quod Euangelista diuinè scripserit, si Ecclesia mihi non diuinum sed humanum sensum depromit, qui labi ac falli facillimè potest? Dicet quispiam: Hebraicum aut Græcum adeas, si veritatem infalli

infallibile assequi cupis. Primùm Hebraicè & Græcè paucissimi sciunt : neque eos omnes discere cogit Christus qui scripturam diuinam & legere & prædicare debet. Quotus enim quisque ad eam peritiam peruenire potuit ? Deinde Sapientiæ est, vt disponat suauiter rem Christianam. Cum fides ergo ex Iudæis ad Gentes transferit, atque in ipsis gentibus ex Græcis ad Latinos maxima ex parte profectò decuit diuinam prouidentiam, etiam hac in re minimè deesse Ecclesiæ suæ : sed sicut cum notus esset in Iudæa Deus, & in Israël magnum nomen eius, Iudaico sermone Iudaicis literis eloquia sua est largitus Altissimus : ita cum Gentibus noua luce vocatis innotescere voluit, familiari earum sermone mysteria sua communicare debuit. Itaque Græcæ & Latinæ linguæ non minori fide Prophetica atque Apostolica scripta tradenda fuerant. Præterea ipsa primæua exemplaria, vnde iubemur ab ingratis & inuidis veritatem scripturæ petere, sæpe dubia fide sunt, interdum penitus nulla. Quære authenticum, ac primarium exemplar epistolæ ad Hebræos : quære huius ipsius de quo paulo ante dicebã Matthæi hebraicum Euangelium, inuenies opinione multorum, nullum, sententia omnium multo minus certum quam Latinum cuius fidem exploras. Quid, quod ipsorum Hebraicorum voluminum, quæ certissimè Hebraicè scripta sunt à Mose, & Prophetis, tanta perturbatio esse fertur, tanta mendositas, vt plus dubitationis illa ipsa habeant, sint ne vera ac legitima, an potius vitata & corrupta : Cui rei operam nauasse diligentem Iudæos præ inuidia Christiani populi, auctores minimè vulgares tradunt ? Quibus ex omnibus perspicuum fit, quæ fuerit ratio, quam plena sapientiæ & firmitudinis maioribus nostris, vt in œcumenica Synodo

*Conc. Tri-  
de. ses. 4.* Synodo Tridétina decreto sanxerint, vulgatam edi-  
tionem, qua Catholica Ecclesia vtitur, pro vera, legi-  
tima, authentica esse retinendam. Accepit enim Ec-  
clesia à Deo spiritū vitæ & intellectus, vt sicut scri-  
pturas diuinitus inspiratas discernit, ita quoque eas-  
dem diuino spiritu interpretatas agnoscat atque de-  
*Ephes. 4.  
1. Cor. 14* cernat. Neque solū dedit Deus Prophetas, & Euā-  
gelistas, sed etiam pastores & doctores: neque cha-  
rismata tantum prophetiæ & linguarum, sed etiam  
*Aug. 18.  
de Cim. c.  
43. & 2.  
de Doct.  
Chris. ca.  
15.* interpretationis sermonum. Atque illud quod ma-  
gnificè sentit Augustinus, omnino est verum, scriptu-  
ras diuinas eodem esse spiritu interpretatas, quo fue-  
runt dictatæ. Quam vero interpretationem Spiritus  
sanctus suggesserit, vsus ipse Ecclesiæ Catholi-  
cæ, quæ errare non sinitur, optimus testis est: iudex  
vero rectissimus, cuius salua fide iudicium declina-  
re non possumus, consensus Patrum in generali  
Concilio.

*Qua sit utilitas variarum interpretationum.*

## CAP. XV.

**O**B ICIET nobis aliquis forlasse cæteras lin-  
guas, in quas diuinæ scripturæ translatae sunt,  
quarum interpretationes sine præiudicio diuinæ au-  
ctoritatis, taxamus. Neque enim si Italicè, aut Indicè  
Euāgelium exponatur, etiamsi de verbo ad verbum  
translatio fiat, cogimur illam scripturam putare diui-  
nam. Quid ergo amplius Latino, aut Græco conce-  
dendum est, quam vt tūc habeatur interpretatio bo-  
na cum concordat originali linguæ? auctoritas au-  
tem diuina tota penes illam sit linguam, in qua facer  
scriptor edidit primū. Hoc qui disputant non satis  
aduertūt, quid inter priuatum iudiciū, publicumque  
interfit.



interfit. Illa enim quæ privato cuiusque studio fit interpretatio, neque reiicitur neque probatur ab Ecclesia: sed cuique seruire cõceditur: dum modo diuinis litteris non contradicat: siue ergo Hispanicè aut Latinè scripturam enũtiet, nihil demis aut addis auctoritati scripturæ. Ex quo fit vt quorundam catholicorum zelus nimius, omnes alias interpretationes abiicientium, atque explodentium præter vulgatam, ineptus haberi debeat, quòd secundum scientiã minimè scit. Neque enim quoniam Ecclesiam vnã quempiam interpretationem vsu decretoque, probauit, cõtinuò cæteras vel prohibuit vel abiecit: sed retèra illius communis auctoritate, cuius vel denuò interpretandi, vel aliorum interpretationibus vtendi, integram facultatem reliquit. Quam ob rem, vt Hexaplum olim Origenis à veteribus tãtopere laudatum est, ita nunc qui vel enarrando vel commentando aliquid de priuatis interpretationibus vsurpat, nihil peccat; dummodo neque cõtra Ecclesiasticam Doctrinam, aliquid afferat, neque vulgatæ atque ecclesiastico iudicio probatę editioni auctoritatẽ suam detrahat. Laudat verò Augustinus, idque meritò, labores eorum, qui varias interpretationes bona fide ediderunt: & iis relegendis studium esse non inutile prædicat. Fit enim sæpe vt vna interpretatio ambiguum aliquid habeat, quod cum alia collatum facile elucescit. Deinde ea est vis & proprietas cuiusque linguæ, vt persæpe vnum verbum alterius linguæ non æquet aut impleat quod conatur exprimere: diuersæ autem interpretationes, quamuis conceptus videantur sæpe habere diuersos, efficiunt tamen vnum quendam perfectum, & ad primariæ linguæ vim maximè accedentem. Adde quòd diuinæ scripturæ altitudo tanta est, vt non possit vna interpretatione

*Aug. 2.  
de Doct.  
Chri. ca.  
12.*

ratione exhauriri : sed quemad modum oleo viduę illius contigit, vt dum à pueris vasa offerrentur, semper flueret, ita mihi videtur Spiritus facti sermo tam late copioseque fluere, vt quauis humani sui ingenij vasa cõplures impleuerint, supersit semper aliis: neque vnquam penitus exhauriri queat. Itaque singula delibare operæpretium est cupido diuinæ doctrinæ. Sed illud, vt dixi, cauendum, ne aut à fide alienum sit aut Christi charitati contrariũ, quod in multis Rabbiorum interpretationibus siue expositionibus certum & frequens est. Neque verò vulgatæ editioni iniuriosum: in quo recentiores quidam, præsertim Erasmus, audaciores, quàm peritiores sunt. Quod si obscurum aliquid, aut dubium aut etiam improprium vulgata habeat editio, illud explanare, diluere, ornare, non est iniuriæ, sed officij plenum.

*Latinam editionem vulgatam hodie certissima esse auctoritatis, at nihilominus Hebraicam & Græcam etiam esse canonicam.*

## CAP. XVI.

**S**ED cum controuersia incidit ad fidem certò faciendam sicut scriptura canonica adhiberi debet, ita etiam recepta ac probata ab Ecclesia editio. Vel ob id enim in auctoritate posita est, ne cum graues quæstiones tractantur, & scripturæ producantur iudices, liceat cuius non esse eam sententiam scripturæ excusare, vulgata interpretatione repudiata. Hac quippe arte catholica testimonia eludere hæreticis moris est: ad quos refellendos, tum ad fideles penitus confirmandos, saluberrimè Ecclesia Spiritu sancto dictante prouidit, vt editio aliqua pro canonica haberetur. Hanc esse Latinam, quã tot sæcula Ecclesia  
Roma

Romana mater omnium vsurpauit, iustissimo Patrum decreto tenemus. Neque enim Spiritus sanctus tot sæculis Ecclesiã vniversam errare pati potuit, idque in re omnium maxima, vt pro diuino verbo haberet quod esset humanũ, id est, pro veritate mendacium. Et quamuis Hebraica & Græca priora fuerint, in illis etiam dictata à spiritu Dei eloquia sancta veteris ac noui testamenti nemo dubitet, ex quibus in Latinum sermonẽ interpretũ postea opera traducta sint: iure tamen suo Latina editio obtinuit, vt certior illius quam cæterarum fides sit: Etenim corruptionẽ latinis codicibus inuectam suspicari non possumus, quos tanta multitudine, tanto consensu à tot Dei Ecclesiis per plus mille annos conseruatos constat. Hebraica cõtrà, neque ita in vsu catholicis fuere, neque à scriniariis tantæ fidei seruata sunt: quin potius multorum opinio est, non pauca à Iudæis vitiata, vel à Rabbinis aliter dispũcta: quod de translatione etiam septuaginta interpretũ conatos esse, Iustinus auctor est. Quoniam ergo ex Eusebij & Hieronymi canone, ex iis quæ in posteriore lingua certa habentur, aut coniectare aut corrigere debemus quæ in priore vel ambigua vel deprauata sunt, nihil iniquum molimur, si editioni Latinæ quamuis postremæ tempore, auctoritate ac dignitate primum locũ demus. Non est tamen sola latina pro authentica habenda: sed Græca etiam & Hebraica, quibus esse vsam Ecclesiam communiter constat. Neque enim mihi videtur vacare mysterio, quod cum Matthæus & Marcus narrauerint titulum cruci à Pilato affixum: Lucas & Ioannes distinctè addendũ putarunt, fuisse Hebraicè, Græcè, & Latinè conscriptum: vt planè tribus his linguis, quæ sunt habitæ omnium dignissimæ, Iesum Regẽ nostrũ publica auctoritate scribendum, atque

*Iustin. in  
colloq.  
Thrypho  
nis.*

*Mat. 27.  
Mat. 15.*

*Luc. 23.  
Ioan. 19.*

atque orbi vniuerso declarandum intelligeremus. Atque Hebraicam sanè linguam id maximæ dignitatis habuisse, vt in ea scriberentur plurima eloquia Dei, notissimum est; quam etiam sanctam merito appellare scriptores solent, ac primam omnium linguarum, quæque hominis à Deo conditi propria fuerit. Inde præceptor cum Genesim nobis prælegeret, *Gen. 2.* demonstrabat, quod cum Deus costam Adæ ædificauit, hæc inquit, vocabitur isa, quoniam ab is, sumpta est: quam allusionem noster interpres vt cumque seruare conatus est, cum vertit, virago, quia de viro sumpta est, tanquam Hispanicè diceremus, *llamar se ha Hembra, por que se saco del Hombre.* Quam allusionem Græcus seruare non potuit: sed neque Latina aut Hispanica penitus congruit. Aliud enim est viraginis vocabulum, aliud mulieris: quæ quamuis virago non sit, mulier esse non desinit. Atque eodem modo non æquat Hispanicè *hembra* mulierem, sed excedit: dicitur enim *hembra* etiam in brutis animalibus. Itaque allusio illa Hebraicorum nominum viri & mulieris, tum ipsa vocabula, Adam & Eua, Abel & Cain, quorum ipse sermo diuinus interpretationes ex Hebraico ponit, non mediocri argumento est, Hebraicam linguam fuisse omnium primam, atque adeo vsque dum turris Babel ædificata superbe est, omnium hominum solam. Hanc ergo esse authenticam dubitare non possumus. Et quamuis Iudaica perfidia atque inuidia conata sit tantum nobis bonum eripere, fontemque ipsum sermonum Dei inficere: tamen nullo modo credendum est eis licuisse quicquid libuit. Neque defuere in Ecclesia docti viri, quorum studio conseruati sunt codices hebraici sacri: ex quibus certè atque ex veteri citatione Hieronymi cæterorūq; catholicorum

tutò

tutò potest Catholicus doctor sacros sensus elicere, diuina dogmata confirmare, Iudæos ipsos euincere, Catholicæ denique Ecclesiæ iudicium sententiamque defendere. Huc enim omnem Catholici doctoris industriam atque studium spectare par est.

*Obiectiones aduersus auctoritatem translationis Septuaginta.*

CAP. XVII.

SE D. de translatione Septuaginta interpretum, vel quæ illorum nomine fertur, magna quæstio diu extitit, atque hodie quoque à multis disputatur, utrū canonica, hoc est diuinæ auctoritatis habēda sit. Sanctus Hieronymus, cum ex Hebraico in Latinū verteret scripturam, idque operæ plerisque ingratum esse perspiceret, vulgatam eo tempore editionem Septuaginta reprehēdere ac vituperare conatus est, vt suam scilicet constitueret: idque & crebrò egit & acriter. Cum ergo Catholica Ecclesia translationem Hieronymi probauit ac receperit, videtur sanè illam antiquam cum Hieronymo repudiare. Deinde multa sunt testimonia in nouo testamento citata ex vetere ( qui fuit Achilles Hieronymi aduersus calumniatores, & canes suos ) quæ nusquam inueniuntur iuxta Septuaginta, quale illud est, ex Ægypto vocauit filium meum: pro quo Septuaginta, ex Ægypto vocauit filios eius: & illud: videbunt in quem compunxerunt, cum Septuaginta verterint, cui insulauerunt. Multa etiam aperte Christi diuinitatem docentia ab illis vel subtracta vel offuscata: vt illud, vocabitur admirabilis, Deus fortis, consiliarius, princeps pacis, pater futuri sæculi: pro quibus omnibus illi reddidere, vocabitur magni consilij Angelus.

*Ose. ii.  
Zach. ix.*

H Non

Non est ergo fidelis & vera translatio illorum, neque Spiritus sancti instituto consentanea. Tertiò innumera sunt loca, in quibus illi alia puncta legerunt, vel aliter periodum finierunt, vel diuerso modo disunctas dictiones habuerunt, vt vtramque translationem conferenti liquido apparet: atqui nostra, id est, recepta ab Ecclesia editio, quam modo vocamus vulgatam, non aberrauit, siquidem est iam solidæ auctoritatis: errarunt igitur Septuaginta. Neque enim fieri potest; vt Propheta res, quæ ad eò inter se diuersas dictiones, aut pronuntiationes aut scriptiones postulant, vel scripserit, vel dictauerit. Id genus est: In medio duorum animalium agnosceris: & illud: Trade hæc omnia gentibus. *Quartò.* Ipsarum literarum similitudine aliud pro alio accepisse non raro comperitur, vel in numeris, cum tres dies pro quadraginta apud Ionam legunt, & cum annorum diuersam summam à nostra editione computant; vnde illud antiquis formidatum atque ineluctabile problema de annis Matusalè, qui iuxta Septuaginta computationem inuenitur octo annis superuixisse diluuiò, cum Scriptura dicat, octo tantum animas fuisse saluas, id est, Noè cum tribus filiis, & quatuor vxoribus. Interdum variatio literæ totam radicem mutat, vnde fit diuersa penitus significatio. Aut ergo erramus, aut errat Ecclesia, lectionem sensumque vulgatam approbando, aut lapsi sunt illi viri, secus legendo, atque interpretando, quam Hebraica veritas habet. Postremo à Septuaginta viris solummodo Pentateucum fuisse traductum auctores nobiles volunt: cætera vero licet illorum ferantur nomine, non sunt tamen illorum. Adde quod à doctissimis & grauissimis hominibus Origene, & Eusebio Cæsariensi sæpe illa editio castigatur, atque corrigitur

adhibi

adhibitis etiam aliorum, vt Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis interpretationibus, minime igitur canonica & diuinæ auctoritatis translatio Septuaginta ab antiquis habita est. Modò vero, cum magnopere etiam corrupta ac vitata circumferatur, inanis studij fuerit illius auctoritatem tueri. Hæc dialectico propemodum more disputata sunt, vt in quaestione sane graui dignaque ecclesiastico viro magis discussa veritas elucescat.

*Editionem Septuaginta interpretum esse etiam canonicam.*

### CAP. XVIII.

**V**ERVM Augustinus acer Septuaginta defensor cum Hieronymo de hac re descendit in campum: ac primùm illius labores & operam culpans, quasi Ecclesiæ Dei ipsius editio necessaria, aut etiam utilis parum esset, solam veterem, retinendam censuit. Qua in re nos Augustino minime assentimur, & se postea vsu edoctus ipse correxit, valde laudans atque commendans sanctissimi viri studium tradendi Ecclesiæ ipsam veritatem Hebraicam. Quod in se diuinitus collatum beneficiû Ecclesiæ Catholica & libenter agnouit, & pro eo ac decuit gloriosissimo Doctore gratias legit, qui Scyllæos scopulos, & Ciræos canes, vt ipse ait, surda aure transiit, vexatus senè ab inuidis, & ab impetitis lacetatus. Sed quamvis interpretationem Hieronymi mox Augustinus laudarit, nulla ratione tamen passus est, illius auctoritatem Septuaginta editioni parem esse. Quod non est vitio dandum quo tempore sancta Ecclesiæ auctoritatè non interposuerat suâ. Nunc vsu & decreto vniuersæ Ecclesiæ probata, non potest inferioris loci

*Aug. epi.  
8. epi.  
10.*

*18. de ci-  
uit. c. 43.  
& epi.  
19.*

*1. de Doc.  
Chri. c. 6*

*De consensu Evangel. l. 2. c. 66.*  
*De Doctr. chri. l. 2. c. 15.*  
*De civit. l. 18. c. 43.*  
*Et super psal. 87.*  
*Epist. 19. ad Hier. li. quest. in Gen. c. 169.*  
*August. epis. 19. Hier. epis. 18.*

ant meriti existimari: beneque cum veteri agatur si  
 nouam æquet. Quod verò ad præsentem quæstionem  
 attinet, illud vehementer asserit Augustinus, editio-  
 nem Septuaginta interpretum omnino canonicæ ac  
 diuinæ auctoritatis habendam: quod nos plane ve-  
 rum, certumque censemus. Neque probabilibus tan-  
 tum rationibus, sed omnino solidis firmissimisque  
 in eam sententiã inducti sumus. Etenim Ecclesiam  
 Catholicam per annos plusquam trecentos ea usam  
 pro legitima & canonica constat, à tempore Apосто-  
 lorum vsque ad Damasi sedem. Hoc negate vel im-  
 peritiæ summæ vel summæ impudentiæ fuerit. Te-  
 statur Augustinus illam in omnibus Dei Ecclesiis  
 legi: hoc fatetur ipse Hieronymus: veteres scripto-  
 res consentiunt omnes: quibus qui fidem minùs ha-  
 bebant, consulat ipse commentarios, tractatus, scripta  
 denique omnium antiquorum Patrum, Iustini, Ire-  
 næi, Epiphani, Chrysostomi, Ambrosij, Basilij, Na-  
 zianzeni, Cypriani, Augustini: omnia ab iis diuina  
 testimonia citari atque explicari inueniet iuxta Se-  
 ptuaginta translationem. Habuit ergo Ecclesia, ha-  
 buit sine dubio illam tunc pro vulgata & communi,  
 quemadmodum nunc habet Hieronymianam. Pu-  
 tare autem Ecclesiam tot sæculis esse deceptam, aut  
 minus à Spiritu sancto edoctam in re præsertim tan-  
 ta, ubi de summa diuini verbi agebatur, ridiculum  
 erit si ex imperitiã, hæreticum si ex pertinaciã sit.  
 Neque verò Ecclesia posterior prioris hac in parte  
 iudicium inuertit, aut correxerit, sed potius sequuta  
 est. Nam & Græci Patres illam semper retinuerunt,  
 vt Theodoretus, Oecumenius, Theophylactus, &  
 cæteri iudicant, & Latini quamuis nouam suscepe-  
 rint, veterem tamen minimè deserunt. Leo magnus  
 illam maximè sequitur, Gregorius & ipse magnus  
 vtramque



vtramque & veterem & nouam amplecti se dicit: ipse Hieronymus in omnibus commentariis sua explicata semper alterius mysteria rimatur, idque in iis maximè locis, quæ ab Hebraico plurimum disidere videntur. Prosper vtramque etiam adhibet. itaque iudicio tum prioris, tum posterioris Ecclesiæ illam haberi canonicam, dubitare non possumus. Accedit ad hæc inuictum diui Augustini argumentum, quod ab Apostolis & Euangelistis citètur diuina testimonia sæpissimè iuxta editionem Septuaginta, ac non iuxta Hebraicam quam dicunt veritatem, cum re vera illa veritas sit quam Spiritus sanctus per os Apostolorum loquutus est. Hoc primum colore defendendi suam Hieronymus negare visus est: mox cum præmeteretur multitudo talium testimoniorum, eò confugit, vt citari quidem ab Apostolis & Euangelistis non pauca iuxta septuaginta concederet, sed id tunc fieri tantum, cum illi ab Hebraico non discreparent. Ostendat, inquit, accusator aliquid scriptum esse in nouo testamento de Septuaginta interpretibus quod in Hebraico non habeatur, & finita contentio est. At cum Paulus & Ioannes citant ex Esaia: Domine quis credidit auditui nostro? vox illa, Domine, in Hebraico non habetur, sed in Septuaginta. Illud etiam: Videbit omnis caro salutare Dei nostri, quod Lucas commemorat ex Septuaginta, habet paulo secus Hebraicum: Videbit omnis caro quod os Domini loquutum est. Et illud apud Paulum, erit radix Iesse, & qui exurget regere gentes & in eum gentes sperabunt: quod ex Hebraico habemus nos: In die illa radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur. Quod si in his sensum esse eundem contenderis, quid illud quod Petrus & Paulus iuxta Septuaginta citant: Qui crediderit in

*Hiero. in apol. ad Ruffinū.*

*Esai. 53.*

*Rom. 10.*

*Ioan. 12.*

*Luc. 3.*

*Esai. 40.*

*Rom. 15.*

*Esai. 11.*

*1. Pet. 2.*

*Rom. 9.*

H 3 cum

eum non cōfunderetur: cum Hebraicum habeat quod nos legimus, *Qui crediderit non festinet? Nonne diuersa admodum sunt non festinet; & non confundetur? Quid illud quoque quod Paulus ad Hebræos ex Psalmo refert: Oblationem & holocaustum noluit: corpus autem adaptaſti mihi? Sine dubio iuxta Græcam versionem; cum Hebraica, & nostra vulgata habeant: Aures autem perfecisti mihi, aut vt alij malunt, perfodisti. Neque verò immutatio vocis illius, corpus, parum ad rem, de qua agebat Paulus, pertinebat, cum tota testimonij vis inde pendeat, vt statim explicat: In qua voluntate, inquit, sanctificati nos sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel. Afferri possent innumera, quæ in nouo testamento recitantur ex vetere, non iuxta Hebraicam, sed iuxta Septuaginta versionem. Quæ si non esset canonica, & diuina auctoritate dictata, nullo modo pro canonica & diuina scriptura ab Apostolis citaretur: Quam ob rem sapienter Augustinus scribit. Ego pro meo modulo vestigia sequor Apostolorum, quia & ipsi ex vtrisque, id est, ex Hebræis & ex Septuaginta testimonia Prophetica posuerunt: vtraque auctoritate vtendum puravi, quoniam vtraque vna atque diuina est. Re vera sapienti sufficere debet, tum Ecclesiæ prioris vsus, cui vulgata & communis editio fuit Septuaginta seniorum, tum Apostolorum auctoritas illorum versionē pro canonica allegans. Sed addenda est etiam Ecclesiæ posterioris, hoc est, hodiernæ, de hac ipsa questione sententia: quæ nisi diuinitatem iudicaret Græcam scripturam, nunquam illam in mysteriō Missæ atque officij canonicis fuisset adhibitura. Adhibet verò perquam frequenters. quale illud est. in octaua Natiuitatis: Partulus natus est nobis, & filius datus est nobis,*

*Aug. lib. 18. de ciuit. c. 44.*

*In introitu Missæ octaua Natiuit.*

nobis, & vocabitur magni consilij Angelus. Quod septuaginta posuere pro illis omnibus, vocabitur admirabilis, Deus fortis, &c. quæ in alia missa eadem sacrosancta Ecclesia celebrat: vt ostendat profecto quemadmodum Augustinus de Apostolis dixit, v-  
 In introitu  
 in Missa  
 ipsius Na  
 tuus.  
 De quo Cassiodorus scribit: A ligno quidem alij  
 Cassiodo  
 rus in  
 Psal. 95.  
 non habent translators: sed nobis sufficit quod septuaginta interpretum auctoritate firmatū est. Hoc Ecclesia approbat hymno suo: Impleta sunt quæ concinit David fidelis carmine dicens in nationibus regnavit à ligno Deus, Et in vericulo commemorationis Crucis paschali tempore: Dicite in nationibus Halleluia, Quia Dominus regnavit à ligno Halleluia. Longum erit repetere huius generis plurima, quæ passim in Ecclesiasticis, precibus & officiis occurrunt. Atque hæc sunt certa & inuicta argumenta ad tuendam auctoritatem Græcæ editionis septuaginta interpretum.

*Qua ratione interpretati sint Septuaginta.*

## C A P . X I X .

**P**R O B A B I L I A verò illa sunt, quod tot viri in vnam eandemque interpretationem consenserint, quæ res, nisi nutu diuino regerentur, non difficilis modo, verum, impossibilis merito haberi debet. Namque & si humano spiritu ducerentur: non potuit non summæ venerationis esse tanta cōsensio. Quod si separati inter se, eadem transtulerunt, confertēsque vnam omnium esse versionē inuenerunt,

ratione exhauriri : sed quemad modum oleo viduę illius contigit, vt dum à pueris vasa offerrentur, semper flueret, ita mihi videtur Spiritus facti sermo tam latè copioseque fluere, vt quauis humani sui ingenij vasa cõplures impleuerint, superfit semper aliis: neque vnquam penitus exhauriri queat. Itaque singula delibare operæpretium est cupido diuinę doctrinę. Sed illud, vt dixi, cauendum, ne aut à fide alienum sit aut Christi charitati contrariũ, quod in multis Rabbinorum interpretationibus siue expositionibus certum & frequens est. Neque verò vulgata editioni iniuriosum: in quo recentiores quidam, præsertim Erasmus, audaciores, quàm peritiores sunt. Quod si obscurum aliquid, aut dubium aut etiam improprium vulgata habeat editio, illud explanare, diluere, ornare, non est iniurię, sed officij plenum.

*Latinam editionem vulgatam hodie certissima esse auctoritatis, at nihilominus Hebraicam & Græcam etiam esse canonicam.*

## CAP. XVI.

**S**ED cum controuersia incidit ad fidem certò faciendam sicut scriptura canonica adhiberi debet, ita etiam recepta ac probata ab Ecclesia editio. Vel ob id enim in auctoritate posita est, ne cum graues quæstiones tractantur, & scripturæ producantur iudices, liceat cuius non esse eam sententiam scripturæ excusare, vulgata interpretatione repudiata. Hac quippe arte catholica testimonia eludere hæreticis moris est: ad quos refellendos, tum ad fideles penitus confirmandos, saluberrimè Ecclesia Spiritu sancto dictante prouidit, vt editio aliqua pro canonica haberetur. Hęc esse Latinam, quã tot sæcula Ecclesia

Roma

Romana mater omnium vsurpauit, iustissimo Patrum decreto tenemus. Neque enim Spiritus sanctus tot sæculis Ecclesiã vniuersam errare pati potuit, idque in re omnium maxima, vt pro diuino verbo haberet quod esset humanũ, id est, pro veritate mendacium. Et quamuis Hebraica & Græca priora fuerint, in illis etiam dictata à spiritu Dei eloquia sancta veteris ac noui testamenti nemo dubitet, ex quibus in Latinum sermonẽ interpretũ postea opera traducta sint: iure tamen suo Latina editio obtinuit, vt certior illius quam cæterarum fides sit: Etenim corruptionẽ latinis codicibus inuectam suspicari non possumus, quos tanta multitudine, tanto consensu à tot Dei Ecclesiis per plus mille annos conseruatos constat. Hebraica cõtrà, neque ita in vsu catholicis fuere, neque à scriniariis tantæ fidei seruata sunt: quin potius multorum opinio est, non pauca à Iudæis vitiata, vel à Rabbinis aliter dispũcta: quod de translatione etiam septuaginta interpretũ conatos esse, Iustinus auctor est. Quoniam ergo ex Eusebij & Hieronymi canone, ex iis quæ in posteriore lingua certa habentur, aut coniectare aut corrigere debemus quæ in priore vel ambigua vel deprauata sunt, nihil iniquum molimur, si editioni Latinæ quamuis postremæ tempore, auctoritate ac dignitate primum locũ demus. Non est tamen sola latina pro authentica habenda: sed Græca etiam & Hebraica, quibus esse vsam Ecclesiam communiter constat. Neque enim mihi videtur vacare mysterio, quod cum Matthæus & Marcus narrauerint titulum cruci à Pilato affixum: Lucas & Ioannes distinctè addendũ putarunt, fuisse Hebraicè, Græcè, & Latinè conscriptum: vt planè tribus his linguis, quæ sunt habitæ omnium dignissimæ, Iesum Regẽ nostrũ publica auctoritate scribendum, atque

*Iustin. in  
colloq.  
Thrypho  
nis.*

*Mat. 27.  
Mat. 15.*

*Luc. 23.  
Ioan. 19.*

atque orbi vniuerso declarandum intelligeremus. Atque Hebraicam sanè linguam id maximæ dignitatis habuisse, vt in ea scriberentur plurima eloquia Dei, notissimum est; quam etiam sanctam merito appellare scriptores solent, ac primam omnium linguarum, quæque hominis à Deo conditi propria fuerit. Inde præceptor cum Genesim nobis prælegeret, *Gen. 2.* demonstrabat, quod cum Deus costam Adæ ædificauit, hæc inquit, vocabitur isa, quoniam ab is, sumpta est: quam allusionem noster interpres vtcumque seruare conatus est, cum vertit, virago, quia de viro sumpta est, tanquam Hispanicè diceremus, *Uamar se ha Hembra, por que se saco del Hombre.* Quam allusionem Græcus seruare non potuit: sed neque Latina aut Hispanica penitus congruit. Aliud enim est viraginis vocabulum, aliud mulieris: quæ quamuis virago non sit, mulier esse non desinit. Atque eodem modo non æquat Hispanicè *hembra* mulierem, sed excedit: dicitur enim *hembra* etiam in brutis animalibus. Itaque allusio illa Hebraicorum nominum viri & mulieris, tum ipsa vocabula, Adam & Eua, Abel & Cain, quorum ipse sermo diuinus interpretationes ex Hebraico ponit, non mediocri argumento est, Hebraicam linguam fuisse omnium primam, atque adeo vsque dum turris Babel ædificata superbe est, omnium hominum solam. Hanc ergo esse authenticam dubitare non possumus. Et quamuis Iudaica perfidia atque inuidia conata sit tantum nobis bonum eripere, fontemque ipsum sermonum Dei inficere: tamen nullo modo credendum est eis licuisse quicquid libuit. Neque defuere in Ecclesia docti viri, quorum studio conseruati sunt codices hebraici sacri: ex quibus certè atque ex veteri citatione Hieronymi cæterorūq; catholicorum tutò

tutò potest Catholicus doctor sacros sensus elicere, diuina dogmata confirmare, Iudæos ipsos euincere, Catholicæ denique Ecclesiæ iudicium sententiamque defendere. Huc enim omnem Catholici doctoris industriam, atque studium spectare par est.

*Obiectiones aduersus auctoritatem translationis Septuaginta.*

CAP. XVII.

SE D. de translatione Septuaginta interpretum, vel Squæ illorum, nomine fertur, magna quaestio diuertit, atque hodie quoque à multis disputatur, vtrū canonica, hoc est diuinæ auctoritatis habenda sit. Sanctus Hieronymus, cum ex Hebraico in Latinū verteret scripturam, idque operæ plerisque ingratum esse perspiceret, vulgatam eo tempore editionem Septuaginta reprehendere ac vituperare conatus est, vt suam scilicet constitueret: idque & crebro egit & acriter. Cum ergo Catholica Ecclesia translationem Hieronymi probauit ac receperit, videtur sanè illam antiquam cum Hieronymo repudiare. Deinde multa sunt testimonia in nouo testamento citata ex vetere ( qui fuit Achilles Hieronymi aduersus calumniatores, & canes suos ) quæ nusquam inueniuntur iuxta Septuaginta, quale illud est, ex Ægypto vocauí filium meum: pro quo Septuaginta, ex Ægypto vocauí filios eius: & illud: videbunt in quem compunxerunt, cum Septuaginta verterint, cui insultauerunt. Multa etiam aperte Christi diuinitatem docentia ab illis vel subtracta vel offuscata: vt illud, vocabitur admirabilis, Deus fortis, consiliarius, princeps pacis, pater futuri sæculi: pro quibus omnibus illi reddidere, vocabitur magni consilij Angelus.

*Ose. 11.*

*Zach. 12.*

H Non

Non est ergo fidelis & vera translatio illorum, neque Spiritus sancti instituto consentanea. Tertio innumera sunt loca, in quibus illi alia puncta legerunt, vel aliter periodum finierunt, vel diuerso modo dis-  
 punctas dictiones habuerunt, ut utramque translationem conferenti liquido apparet: atqui nostra, id est, recepta ab Ecclesia editio, quam modo vocamus vulgatam, non aberrauit, siquidem est iam solidæ auctoritatis: errarunt igitur Septuaginta. Neque enim fieri potest, ut Propheta res quæ ad eum inter se diuersas dictiones, aut pronuntiationes aut scriptiones postulant, vel scripserit, vel dictaberit. Id genus est: In medio duorum animalium agnoscetis: & illud: Trade hæc omnia gentibus. Quartò. Ipsarum literarum similitudine aliud pro alio accepisse non raro comperitur, vel in numeris, cum tres dies pro quadraginta apud Ionam legunt, & cum annorum diuersam summam à nostra editione computant; unde illud antiquis formidatum atque ineluctabile problema de annis Matusalæ, qui iuxta Septuaginta computationem inuenitur octo annis superuixisse diluuiò, cum Scriptura dicat, octo tantum animas fuisse saluas, id est, Noë cum tribus filiis, & quatuor vxoribus. Interdum variatio literæ totam radicem mutat, unde fit diuersa penitus significatio. Aut ergo erramus, aut errat Ecclesia, lectionem sensumque vulgatam approbando, aut lapsi sunt illi viri, secus legendo, atque interpretando, quam Hebraica veritas habet. Postremo à Septuaginta viris solummodo Pentateucum fuisse traductum auctores nobiles volunt: cætera vero licet illorum ferantur nomine, non sunt tamen illorum. Adde quod à doctissimis & grauisimis hominibus Origene, & Eusebio Cæsariensi sæpe illa editio castigatur, atque corrigitur  
 adhibi

*Abac. 3.**Esai. 25.**Ion. 3.**Gen. 5.**1. Pet. 3.**Hieron.**in Penta-**teucum.*



adhibitis etiam aliorum, vt Aquilæ, Symmachi, & Theodotionis interpretationibus. Minime igitur canonicæ & diuinæ auctoritatis translatio Septuaginta ab antiquis habita est. Modò vero, cum magnopere etiam corrupta ac vitata circumferatur, inanis studij fuerit illius auctoritatem tueri. Hæc dialectico propemodum more disputata sunt, vt in questione sane graui dignaque ecclesiastico viro magis discussa veritas elucescat.

*Editionem Septuaginta interpretum esse  
etiam canonicam.*

C A P. XVIII.

**V**ERVM Augustinus acer Septuaginta defensor cum Hieronymo de hac re descendit in campum: ac primùm illius labores & operam culpatis, quasi Ecclesiæ Dei ipsius editio necessaria, aut etiam utilis parum esset, solam veterem, retinendam censuit. Qua in re nos Augustino minime assentimur, & se postea vsu edoctus ipse correxit, valde laudans atque commendans sanctissimi viri studium tradendi Ecclesiæ ipsam veritatem Hebraicam. Quod in se diuinitus collatum beneficiû Ecclesiæ Catholicae & libenter agnouit, & pro eo ac decuit gloriosissimo Doctore gratias legit, qui Scyllæos scopulos, & Circeos canes, vt ipse ait, surda aure transiit, vexatus senè ab inuidis, & ab impetitis lacetatus. Sed quamvis interpretationem Hieronymi mox Augustinus laudaret, nulla ratione tamen passus est, illius auctoritatem Septuaginta editioni parem esse. Quod non est vitio dandum quo tempore sancta Ecclesiæ auctoritatè non interposuerat suâ. Nunc vsu & decreto vniuersæ Ecclesiæ probata, non potest inferioris loci

*Aug. epi.  
8. & epi.  
10.*

*18. de ci-  
uit. c. 43.  
& epi.  
19.*

*1. de Doc.  
Chri. c. 6*

*De con-*  
*sensu E-*  
*uange. l.*  
*2. c. 66.*  
*De Doct.*  
*chri. l. 2.*  
*e. 15.*  
*De ciuit.*  
*l. 18. c. 43*  
*Et super*  
*psal. 87.*  
*Epist. 19.*  
*ad Hier.*  
*li. quæst.*  
*in Gen. c.*  
*269.*  
*August.*  
*epist. 19.*  
*Hier. opi.*  
*18.*

ant meriti existimari: beneque cum vetere agetur  
nouam æquet. Quod verò ad præsentem quæstionem  
attinet, illud vehementer asserit Augustinus, editio-  
nem Septuaginta interpretum omnino canonicæ ac  
diuinæ auctoritatis habendam: quod nos plane ve-  
rum, certumque censemus. Neque probabilibus ran-  
tum rationibus, sed omnino solidis firmissimisque  
in eam sententiã inducimus. Etenim Ecclesiam  
Catholicam per annos plusquam trecentos ea v. sam  
pro legitima & canonica cõstat, à tempore Apo sto-  
lorum vsque ad Damasi sedem. Hoc negare vel im-  
peritiæ summæ vel summæ impudentiæ fuerit. Te-  
statur Augustinus illam in omnibus Dei Ecclesiis  
legi: hoc fatetur ipse Hieronymus: veteres scrip-  
tores consentiunt omnes: quibus qui fidem minus ha-  
bebit, consulat ipse commentarios, tractatus, scripta  
denique omnium antiquorum Patrum, Iustini, Ire-  
næi, Epiphani, Chrysostomi, Ambrosij, Basilij, Na-  
zianzeni, Cypriani, Augustini: omnia ab iis diuina  
testimonia citari atque explicari inueniet iuxta Se-  
ptuaginta translationem. Habuit ergo Ecclesia, ha-  
buit sine dubio illam tunc pro vulgata & communi,  
quemadmodum nunc habet Hieronymianam. Pu-  
tare autem Ecclesiam tot sæculis esse deceptam, aut  
minus à Spiritu sancto edoctam in re præsertim ran-  
ta, vbi de summa diuini verbi agebatur, ridiculum  
erit si ex imperitiã, hæreticum si ex pertinaciã sit.  
Neque verò Ecclesia posterior prioris hac in parte  
iudicium inuertit, aut correxerit, sed potius sequuta  
est. Nam & Græci Patres illam semper retinuerunt,  
vt Theodoretus, Oecumenius, Theophylactus, &  
cæteri iudicant, & Latini quamuis nouam suscepe-  
rint, veterem tamen minimè deserunt. Leo magnus  
illam maximè sequitur, Gregorius & ipse magnus  
vtramque

utramque & veterem & nouam amplecti se dicit: ipse Hieronymus in omnibus commentariis sua explicata semper alterius mysteria rimatur, idque in iis maximè locis, quæ ab Hebraico plurimum disidere videntur. Prosper utramque etiam adhibet. Itaque iudicio tum prioris, tum posterioris Ecclesiæ illam haberi canonicam, dubitare non possumus. Accedit ad hæc inuictum diui Augustini argumentum, quod ab Apostolis & Euangelistis citetur diuina testimonia sæpissimè iuxta editionem Septuaginta, ac non iuxta Hebraicam quam dicunt veritatem, cum re vera illa veritas sit quam Spiritus sanctus per os Apostolorum loquutus est. Hoc primum colore defendendi suam Hieronymus negare visus est: mox cum præmeretur multitudo talium testimoniorum, eò confugit, ut citari quidem ab Apostolis & Euangelistis non pauca iuxta septuaginta concederet, sed id tunc fieri tantum, cum illi ab Hebraico non discreparent. Ostendat, inquit, accusator aliquid scriptum esse in nouo testamento de Septuaginta interpretibus quod in Hebraico non habeatur, & finita contentio est. At cum Paulus & Ioannes citant ex Esaia: Domine quis credidit auribus nostris? vox illa, Domine, in Hebraico non habetur, sed in Septuaginta. Illud etiam: Videbit omnis caro salutare Dei nostri, quod Lucas commemorat ex Septuaginta, habet paulo secus Hebraicum: Videbit omnis caro quod os Domini loquutum est. Et illud apud Paulum, erit radix Iesse, & qui exurget regere gentes & in eum gentes sperabunt: quod ex Hebraico habemus nos: In die illa radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum gentes deprecabuntur. Quod si in his sensum esse eundem contenderis, quid illud quod Petrus & Paulus iuxta Septuaginta citant: Qui crediderit in

*Hiero. in  
ap. ad  
Ruffinū.*

*Esai. 53.*

*Rom. 10.*

*Ioan. 12.*

*Luc. 3.*

*Esai. 40.*

*Rom. 15.*

*Esai. 11.*

*1. Pet. 2.*

*Rom. 9.*

H 3 eum

eum non cōfunderetur: cum Hebraicum habeat quod nos legimus, *Qui crediderit non festinet? Nonne diuersa admodum sunt non festinet, & non confundetur?* *Quid illud quoque quod Paulus ad Hebræos ex Psalmo refert: Oblationem & holocaustum noluit: corpus autem adaptasti mihi? Sine dubio iuxta Græcam versionem; cum Hebraica, & nostra vulgata habeant: Aures autem perfecisti mihi, aut ut alij malunt, perfodisti. Neque verò immutatio vocis illius, corpus, parum ad rem, de qua agebat Paulus, pertinebat, cum tota testimonij vis inde pendeat, ut statim explicat: In qua voluntate, inquit, sanctificati nos sumus per oblationem corporis Iesu Christi semel. Afferri possent innumera, quæ in nouo testamento recitantur ex vetere, non iuxta Hebraicam, sed iuxta Septuaginta versionem. Quæ si non esset canonica, & diuina auctoritate dictata, nullo modo pro canonica & diuina scriptura ab Apostolis citaretur: Quam ob rem sapienter Augustinus scribit. Ego pro meo modulo vestigia sequor Apostolorum, quia & ipsi ex vtrisque, id est, ex Hebræis & ex Septuaginta testimonia Prophetica posuerunt: vtraque auctoritate vtendum putavi, quoniam vtraque vna atque diuina est. Re vera sapienti sufficere debet, tum Ecclesiæ prioris vsus, cui vulgata & communis editio fuit Septuaginta seniorum, tum Apostolorum auctoritas illorum versionē pro canonica allegans. Sed addenda est etiam Ecclesiæ posterioris, hoc est, hodierna, de hac ipsa questione sententia: quæ nisi diuinam iudicaret Græcam scripturam, nunquam illam in mysterio Missæ atque officij canonicis fuisset adhibitura. Adhibet verò perquam frequentem, quale illud est in octaua Natiuitatis: *Parvulus natus est nobis, & filius datus est nobis,**

*Heb. 10.**Psal. 39.**Aug. lib. 18. de ciuit. c. 44.**In introitu Missæ octaua Natiuitatis.*

nobis, & vocabitur magni consilij Angelus. Quod septuaginta posuere pro illis omnibus, vocabitur admirabilis, Deus fortis, &c. quæ in alia missa eadem sacrosancta Ecclesia celebrat: vt ostendat profecto quemadmodum Augustinus de Apostolis dixit, v-

tramque esse diuinæ auctoritatis & Hebraicam & Græcam. Nostra lectio habet in Psalmo nonagesimo quinto. Dicite in gentibus quia Dominus regnauit. Nonnulli ex patribus legunt, regnauit à ligno. De quo Cassiodorus scribit: A ligno quidem alij non habent translatōres: sed nobis sufficit quod septuaginta interpretum auctoritate firmatū est. Hoc Ecclesia approbat hymno suo: Impleta sunt quæ concinit Dauid fidelis carmine dicens in nationibus regnauit à ligno Deus, Et in versiculo commemorationis Crucis paschali tempore: Dicite in nationibus Halleluia, Quia Dominus regnauit à ligno Halleluia. Longum erit repetere huius generis plurima, quæ passim in Ecclesiasticis precibus & officiis occurrent. Atque hæc sunt certa & inuicta argumenta ad tuendam auctoritatem Græcæ editionis septuaginta interpretum.

*In introitu  
in Missa  
ipsius Na  
tiuit.*

*Cassiodo  
rus in  
Psal. 95.*

*Qua ratione interpretati sint Septuaginta.*

## CAP. XIX.

**P**ROBABILIA verò illa sunt, quod tot viri in vnam eandemque interpretationem consenserint, quæ res, nisi nutu diuino regerentur, non difficilis modo, verum impossibilis merito haberi debet. Namque & si humano spiritu ducerentur: non potuit non summæ venerationis esse tanta cōsensio. Quod si separati inter se, eadem transtulerunt, conferentesque vnam omnium esse versionē inuenerunt,

*Hierony.  
prolog. in  
Pētaten.  
& in Pa-  
ralip.  
li. 1. ap-  
log. ad  
Ruffin.  
Clemm.  
Alexan.  
strom. l. 1.  
Hilar. in  
prafat. in  
psalm.  
Theodo-  
ret. in pra-  
fat. in  
psal. Epi-  
pha. in fi-  
ne operis.  
Novella.  
cōst. 146.  
Phil. l. 2.  
de vita  
Mosis.  
Irenaus.  
l. 3. c. 25.  
Tertull.  
aduersus  
gentes.  
Cyrill.  
Hierof.  
Caseche  
fr. 4. Chri-  
so. Hom.  
1. in Mat.  
Iustin. in  
exhorta-  
torio ad  
Gentes.*

manifestus est Spiritus sancti afflatus, qui solus po-  
 tuit tot hominum animos in vno sensu atque eius-  
 dem sensus vna expressione coniungere. Hic Hiero-  
 nymus ridet, & cellularum septuaginta fabulam cō-  
 temnit: cū neque Iosephus, neque Aristeeas qui Pro-  
 lemæi Philadelphi bibliothecā & septuaginta duum  
 interpretum historiam scribunt, mentionem eiusmodi  
 cellularum aliquam faciant. At Augustinus nullo  
 modo fabulam putat, quam tot viri graues ex anti-  
 quissima traditione pro magno Dei miraculo com-  
 probarunt. Clemens Alexandrinus historiam cella-  
 rum narrat, atque ab Aristobulo conscriptam refert.  
 Hilarius & Theodoretus in sua vterque præfatione  
 in psalmos idem sentiunt. Epiphanius cellas quidem  
 admittit, sed triginta sex fuisse vult, vt bini scripti-  
 tarint. Iustinianus Imperator etiam lege lata septua-  
 ginta interpretationem canonicam declarandam pu-  
 tauit, qui etiam miracula & cellas cōmemorat. Phi-  
 lon etsi Iudæus, Prophetas appellat septuaginta, quod  
 vno spiritu iisdem vocibus scripturam verterint. Ire-  
 næus sanctissimus atque antiquissimus auctor diui-  
 nam providentiam celebrat quod tanto ante myste-  
 ria Christi per os illorum septuaginta gentibus tra-  
 diderit: quos etiam à Ptolemæo tentatos esse scribit,  
 vtrum fideliter verterent, obque id sepositos inter-  
 pretari iussisse cellulisque distinctos: quorum non  
 solum sensum eundem, sed etiam voces easdem cum  
 comperisset verè diuinam scripturam celsuisse. Quid  
 referam Tertullianum, Cyrillum Hierosolymita-  
 num, Chrysostomum cæterosque vereres qui vno  
 omnes ore interpretationem septuaginta omnium  
 esse certissimam minimeque suspectam dilucidè af-  
 firmant? Vnius Iustini Martyris atque Philosophi  
 clarissimum testimonium addam, qui vbi distinctè  
 narrauit

narravit Ptolemæi Regis Ægypti in apparanda bibliotheca celeberrima diligentiam, & septuaginta virorum in vertendis literis Hebraicis fidem summumque cōsensum, qui ad turrim Pharum extructis totidem cellulis operi sibi de mandato seorsum vacarint, adiungit hæc: Vbi verò Rex animaduertit septuaginta viros eisdem verbis etiam vsos esse, non modo sententiis, & ne vna quidem diuersa vocula, sed easdem res totidem prolatas dictionibus, attonitum, per suasumque id accidisse non sine numine, omnibus eos vt Deo charos dignatum honoribus, atque ira magnifice donatos remisisse in patriam, libros verò pro miraculo in bibliotheca sua cōsecrasse. Nihil hîc fingimus viri Græci, nec narramus fabulam, sed quod ipsi vidimus Alexandria, vbi cellularum Phariarum vestigia spectauimus, ex indigenis rem à maioribus per manus acceptâ audiuius, quæ & vos potestis ab aliis discere, præsertim probatis historicis Philone ac Iosepho aliisque pluribus. Hæc Iustinus, qui se non fide tantum, sed oculis quoque veteris historiæ comprobatores apertè grauitèrque testatur. Quate diuino instinctu ab illis Septuaginta scripturam interpretatam tanta concordia dubitare non possumus.

*Responsio ad obiectiones aduersus Septuaginta versionem allatas.*

CAP. XX.

**Q**UO D vero antiquam Septuaginta interpretationē D. Hieronymus carpsit, is animus fuit, vt intelligerent vel imperiti vel inuidi non esse superuacuos labores suos in scriptura vertēda, quod multa haberet Hebraica veritas quæ in Septuaginta

H s d d d e

desiderarentur: pleraque à fidelibus recitata à Iudæis exploderentur, nihil tale in Hebræis voluminibus extare asserentibus. Itaque esse recipiendam versionem nouam, tãquam Christi Ecclesiæ admodum vtilem. Quod si dum istud agit, & importunos mordacesque canes à se depellit, vir sanctus tãtis per in Septuaginta vulgatam tunc editionem inuectus est, donandum est egregio Christi militi, qui in medio certamine positus, ardore ferendi aduersarios, premit etiã interdum socios. Sic virginitatis oppugnatores infectas, videtur aliquando matrimonio iniquior: Sic Episcoporum quorundam fastum carpens putatur presbyteros gradu æquare. Denique quo instituto quidque dixerit, considerandum est. Nam repellendam damnamdamque veterem interpretationem tunc vulgatam, nullo modo sentire potuit, qui Septuaginta spiritu sancto plenos ea quæ vera sunt transtulisse scribit, qui vbiq; Prophetas æquè iuxta Hebraicã veritatem, hoc est translationem suam, & iuxta septuaginta exponit atque explicat, sensus mysticos atque mirabiles ex veteri interpretatione depromens. Sed nemo melius quam Hieronymus ipse consilij sui aduersus calumnias aduersariorum rationem reddet. Is ita ad Ruffinum pro se satisfacit. Ego ne contra Septuaginta aliquid sum locutus, quos ante annos plurimos diligentissime emendatos meę linguę studiofis dedi: quos quotidie in conuentu fratrum edissero, quorũ Psalmos iungi meditatione decanto: Tam stultus eram, vt quod puer didici, senex obliuisci vellem? Vniuersi tractatus mei horũ testimoniis texti sunt. Commentarij in duodecim Prophetas & meam, & Septuaginta editionem edisserunt. Quæ Hieronymi satisfactio magnũ auctoritati Septuaginta in Ecclesia semper receptæ testimonium præbet. Nam quod

multa

*Hierony.  
in præfa.  
in Paralip.*

*Hierony.  
li. 2. Apo  
log. ad  
uersus  
Ruffinũ.*



multa aliter verterint quam in Hebraico habent, magis prophetali auctoritate, quam interpretum lege fecisse existimare debemus Prophetas etiam Philon appellat: Spiritu sancto plenos Hieronymus iam confessus est. Quid Augustinus religiosè pariter ac sapienter dicat accipito. Quisquis alius illarū scripturarum ex Hebræa in quamlibet aliam linguam interpretis est verax, aut cōgruit illis Septuaginta interpretibus, aut si congruere non videtur altitudo ibi Prophetica esse credenda est. Spiritus enim qui in Prophetis erat, quando illa dixerunt, idem ipse erat & in Septuaginta, quando illa interpretati sunt. Qui profectò auctoritate diuina & aliud dicere potuit, tanquam Propheta ille vtrumque dixisset, quia vtrūque spiritus idem diceret, & hoc ipsum aliter, vt si non eadem verba, idem tamen sensus benè intelligentibus dilucesceret, & aliquid prætermittere, & aliquid addere, etiam vt hinc ostenderet, non humanam fuisse in illo opere seruitutem, quā verbis debebat interpretis, sed diuinam potius potestatem, quæ mentem replebat & regebat interpretis. Hæc Augustinus. Quam ob rem laudandi magnopere sunt qui vtramque interpretationem tanquam sacram commētariis illustrarunt. Quod fecit olim Hieronymus, quod D. Gregorius ex parte, quod nostra quoq; ætate viri insigniter eruditi præstiterunt, in quibus ego merito numero Leonis Castri cōmentarios in Eiaia, & Didaci Stunica Augustiniani in Iob. Cur autem ab Hebraico Septuaginta roties ac rãt opere discrepent causa à Hieronymo affertur ea, quòd Ptolemæo Règi homini videlicet gentili noluerint Christi diuinitatem prodere, ne duos Deos suspicaretur. Procopius alteram addit, quòd pleraque per ænigmata dicta Hebræis, non intelligerentur à gentibus nisi apertiore

*Philo. lib.  
2. de vi-  
ta Mosi.  
Aug. lib.  
19. de ci-  
uit. c. 43.*

*Hiero. in  
Pen. &  
in proæ.  
Quæstio  
in Genæ.*

*Procopi.  
1. cap. in  
Esaïam.*

*Aug. 2. de Doct. Christ. cap. 7.* apertiore sermone eis traderentur. Hoc Augustinus à Spiritu sancto factum putat, vt dilucidiora essent mysteria Christi gentibus in eum credituris. Neque enim dubiū esse potest, quin pleraque per paraphrasim potius quam per interpretationem reddita sint ab illis. Vt illud : Dorsum meum dedi ad flagellas quod obscurius est in Hebræo, corpus meum dedi percutientibus. Et illud, quod Paulus citat ex Esaiæ

*Rom. 10. E. ut. 65. Clemens Alexan. Strom. 1.* Tota die aperui manus meas ad populum non credentem, & contradicentem mihi. Cum in Hebræo vox illa non sit, contradicentem mihi. Denique prophetiam esse gentibus conscriptam sapienter Clemens affirmat Septuaginta versionem. Tertiam objectionem de diuersa lectione punctorum, aut etiam literarum, duobus modis soluunt qui ista disputant. Quidam, suggessisse Spiritum sanctum volunt : Septuaginta interpretibus, vt aliter legerent, vt sensum alium sed tamen verum vertendo redderent. Atque hoc videtur sibi velle Augustinus, cum docet diuina auctoritate factū, vt aliud in Propheta intelligerent illi, quod quia idē spiritus dixit, Prophetæ per cuius os loquebatur Spiritus sanctus. nō falsò tribueretur.

*Aug. 18. de ciuis. c. 43. De consensu Euan. li. 2. c. 66.* Magna tamē mihi quæstio hæc apparet, vtrum Scripturæ interpres possit sensum ab auctore scripturæ quam interpretatur diuersum reddere. Hic enim nō interpretis sed auctoris officium facit. Itaque videtur mentiri, si nomine Esaiæ aut Mosis profert, quod Esaias aut Moses minime dixit. Quamuis enim idem spiritus in Mose & in Dauide locutus sit, mentitur tamen, qui dicit dixisse Dauidem quod à Mose solo sit dictum. Nam quod Matthæus pro Zacharia Hieremiã citat, alterius difficultatis est, atque hoc aperto aditu, procliuè erit pro quouis quemuis citare. Quod si Esaias non dixit aut sensit, falso Apostolus Esaiam

vocat

vocat in testimonium, cum Septuaginta ab Hebræis disident. Alij ergo vt hinc euadât, ab auctore sacro illum etiam sensum præuisum volût, quem interpretes reddiderût. Neque enim id fieri nõ potest. Quin potius ostensuri sumus sequente volumine, plures atque omnino diuersos sensus ab eodem Propheta sæpe vno eodemque signo notatos. Itaque potuit spiritu sancto duce, Moses scripturam suam ita digere, vt signa literasque ambiguas diuersosque sensus reddentes poneret, vt esset locus pluribus inde mysteriis eruendis. Vt solent sapientes verbis sæpe ambiguis consulto vti, vt plures plura intelligant. De punctis certè perspicua res est: quæ cum non scriberentur olim, potuerunt tales characteres scribi qui diuersis oppositis punctis, diuersas redderent & voces & sensus. Quid enim obstat quominus altissimus spiritus ita scribendum suggererit, vt omnia illa mysteria Propheta diuinitus illuminatus ambiguus notis concluderet? Cum autè penitus discrepant Græca, & Hebraica, vt illud de prædicatione Ionæ exemplum probat, tunc Augustini sententia tenenda erit, vt veritas quidè historica ab Hebraica veritate quaratur, interpretatio autem Græca mysterium habere existimetur. Nam quod quidam à Septuaginta tantum legem Moïsis, hoc est, Pentateuchum cõuersum ferunt atque Aristæ, & Iosephi auctoritate tuentur, facillime confutatur maiore auctoritate omnium propemodum Ecclesiarum, vt Augustinus admonuit; idque Origenes atque Eusebius certissimum iudicant: qui etiam ab Apostolo Prophetas iuxta septuaginta citari referunt: Corruptos verò fuisse codices plurimos, & pro septuaginta vera germanaque versione multa mendose introducta, negare non possumus, adeo vt Hieronymus communem sui temporis editionem,

*Aug. 18.  
de ciuit.  
c. 44.*

*Hieron.  
in præfa.  
in Pentateuch. & in 2. Mach. & in 5. & 16. S. per Eze. Hieron. in epist. ad Iuniã & Fretellã in 3. tom.*

*Iustin. in colloq. Tryphon.* tionem, aliam esse à Septuaginta editione affirmaverit. Causam autem præter illam ordinariam ex vitio manu scriptis familiaribus, etiam peculiarem Iustinus martyr fuisse docet, quòd protervia Iudæorum cum se videret suorum inuicto testimonio, hoc est, Septuaginta grauter premi, qui mysteria Christi apertissime tradiderunt, corrumpendis codicibus magnum studium adhibuerunt. Atque ea ferè omnia quibus se conuictos videbant eradentes, vitiosissimam reddidere scripturam. Quæ fuit vel præcipua causa Hieronymo restituendi noua editione Hebraicam veritatem. Verùm apud viros doctos, vt testatur idem certa atque integra permanfit editio Septuaginta, quam, eam esse negare stultissimum sit, quam sancti Patres Chrysostomus, Basilius, Gregorius, Cyrillus, Epiphanius, cæterique & referunt, & exponunt, & commentariis illustant suis. Nam & nostram latinam ab Hæreticis sæpè falsatam scimus; neque tamen vocatâ in dubium vulgatę nostrę auctoritatem. Atque hæc de sobrio studio linguarum, scripturæ ediscendæ, dicta sint.

\* \* \*

FINIS LIBRI SECUNDI.

DE



# DE CHRISTO REVELATO

LIBER TERTIVS.



*RECTE DIVINAM SCRIP-  
pturam tractari, cum ad Dei dilectio-  
nem dirigitur. Cap. I.*



**S**CRIBIT beatus Aposto-<sup>2. Tim. 2.</sup>  
lus Timotheo, vt sollicitè  
curet se ipsum exhibere ope-  
rarium inconfusibilem, re-  
ctè tractantem verbum ve-  
ritatis. Is verò rectè tractat  
verbū veritatis, qui in eum  
semper finē intuetur, quem  
veritas æterna præfixit. Est

autem vniuersæ scripturæ sacræ finis propositus nul-  
lus alius, quàm charitas de corde puro, & conscientia  
bona, & fide non ficta. Hinc enim lex pendet &  
Prophetæ. Quam ob rem sapienter ab Augustino ea  
est totius scripturæ diuinæ intelligendæ explican-  
dæque proposita regula, vt vel Dei dilectio vel pro-  
ximi

*1. Tim. 1.  
Mat. 7.  
Aug. 1.  
de Doct.  
Christ. c.  
35. & 36.*

ximi cogiterur. Ab hac quicquid alienum est, aut etiam contrarium, nullo modo rectè aut in diuinis litteris intelligitur, aut aliis cognoscendum traditur. Si quis igitur prudenter, & fructuosè eloquia Dei tractare velit, proponat sibi primum oportet, secumque constituat, an dilectionem Dei & proximi illa, quæ legit aut docet, vel in se vel in aliis ædificent: idque cum bene perpenderit, atque effici opera sua cõ-

*Esa. 27.* fiderit, rectè se Dei verbum tractare nõ dubitet. Hic est enim vniuersus fructus, vt auferatur peccatum. Sin aures tantùm mulcere, & noua curiosaque vendendo, auditorum plausus & copiam comparari suis tractationibusprehenderit, sciat se non rectè verbũ veritatis tractare. Quid enim paleis ad triticum?

*Hier. 23.* dicit Dominus. Nunquid non verba mea sunt quasi ignis, dicit Dominus, & quasi malleus cõterens petras? Gloria verò sectatores aut curiosos nouarum placentiumque rerum venditores, quomodo conueniat iratus Deus, & furti redarguat, quòd in eos vsus diuina verba furentur, quibus minimè apta sunt, statim idem Propheta declarat. Propterea ecce ego ad

*Hier. 23.* Prophetas ait Dominus, qui furantur verba mea vnusquisque à proximo suo. Ecce ego ad Prophetas ait Dominus, qui assumunt linguas suas, & aiunt, dicit Dominus. In eos hoc dicit, qui sub Christi nomine se potius quàm Christum prædicat. Quibus æquali lance respondent auditores ineptis & friuolis concionibus applaudentes. Propheta, inquit, prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus suis, & populus meus dilexit calia. Quid igitur fiet in nouissimo eius? Quàm benè Hieronymus ecclesiasticum concionatorem admonet: Docente te

*Hiere. 5.* in Ecclesia, non clamor populi, sed gemitus suscitetur: lachrymæ auditorum laudes tuæ sint. Tales tractatores,

*Hierony.  
ad Nepo-  
tianum.*

ctatores, tales prorsus auditores postulat sermo Dei, quibus non ludo aut quæstui aut ostentationi sit, sed compunctioni & timori Dei. Venite, inquit qui *Ex ec. 33x* eiusmodi sunt, & audiamus quis sit sermo egrediens à Domino: Et veniunt ad te quasi si ingrediatur populus, & sedeat coram te populus meus, & audiunt sermones tuos, & non faciunt eos, quia in canticum oris sui vertunt illos, & avaritiam suam sequitur eorum. Et es eis quasi carmen musicum quod suavi dulcique sono canitur: & audiunt verba mea & non faciunt ea. En rectè quidem tractantem verbum veritatis; sed auditores nactum non rectè auscultantes. Hieremias verò, & malè concionantes & pessimè audientes simul posuit. Bonum autem concionatorem bonos quoque habentem auditores, si cognoscere cupias, prodibit Paulus in medium Thessalonicenses suos ad hunc modum alloquens. *1. Thes. 2.* Exhortatio nostra non de errore neque de immunditia, neque in dolo, sed sicut probati sumus à Deo, ut crederetur nobis Euangelium, ita loquimur, non quasi hominibus placentes, sed Deo qui probat corda nostra. Neque enim aliquando fuimus in sermone adulationis, sicut scitis: neque in occasione avaritiæ, Deus testis est, nec quæretes ab hominibus gloriam neque à vobis neque ab aliis. Diuini vereque Evangelici prædicatoris non potest species expressior pingi, qui omni procul remota quæstus aut gloriæ cupiditate, *1. Thes. 2.* solam Dei gloriam & lucrum animarum quærat. Quomodo exceptus sit, ipse declarat. Cum accepissetis à nobis verbum auditus Dei, accepistis illud, non ut verbum hominum, sed sicut est verè) verbum Dei, qui operatur in vobis qui credidistis. Vos enim imitatores facti estis, fratres, Ecclesiarum Dei, quæ sunt in Iudæa in Christo Iesù: quia eadem passi estis &

I vos

*Mat. 13.* vos à contribulibus vestris. Itaque fructum, iuxta Euangelium, in patientia attulerunt. In summa, is rectè tractat verbum veritatis, qui diligentem dat operam, ut Dei veritas agnoscat, atque agnita diligatur.

*In eos qui verbum Dei curiositati vanitative subijciunt.*

## C A P. II,

**I**LLA igitur sit Ecclesiastico doctore omnium prima præceptio, qua commodiorem equidem scio nullam, ut lector, doctus, scriptus, concionaturus, aut quavis alia ratione tractaturus verbum Dei, ante omnia cum quibus sit acturus, intelligat, & de qua re: ut quid inde ad eos fructus solidi, Christianæque pietatis possit accedere, prudenter inuestiget: quam rem cum inuenerit, eò consilia cogitationesque suas omnes conferat. Denique indefesse curer, ut agat officium suum, quod est promouere pietatem. Qui docet, ait Apostolus, in doctrina, qui exhortatur in exortando. Nam qui docedi, atque exortandi munus assumunt, & neque docent, quæ scire auditores refert, neque ad pœnitentiæ & pietatis studium inflàmant, tantumque illud vehementer curât, ut iucundè audiantur, atque de re quavis bene dixisse videantur, possunt illi quidem ab imperito vulgo laudari, sapientibus & probatis vitis non summo opere displicere non possunt. Nihil tam facilè, si Hieronymo habenda est fides; quàm vilem plebeculam, & indoctam concionem, linguæ volubilitate decipere: quæ quicquid non intelligit plus miratur. Horum quantus abundet vbique grex, ipsa Euangelici proventus sterilitate intelligi potest. Nâ quid aliud multitudine operatorum, vacuis ferè noualibus, nobis demonstra

*Hierony.  
ad Nepo  
sianum.*



demonstratur? Vbi non sunt boues (ait Salomon) *PROV. 14.*  
 præsepe vacuum est, vbi autem plurimæ segetes, ibi  
 manifesta est fortitudo bouum. Pleriq; sacram cõcio-  
 nem nihil aliud quàm munus bene loquendi putant.  
 Itaque sicut ij, qui cathedras ambiunt in gymnasiis,  
 aut gradum magisterij petunt, præclarè sibi suas par-  
 tes præstitisse videntur, si definitum prælegendi di-  
 sputandique spatium res afferēdo bonas, & assigna-  
 to themati congruentes sine trepidatione confecer-  
 rint, quid inde vtilitatis ad eos redundet, qui audiūt,  
 nihil interim pensi habentes; sic planè bona eccle-  
 siasticorum concionatorum pars in id toti incūbunt,  
 vt de Euāgelio, aut scriptura, mysteriove proposito,  
 & bona, & benedicendo horam impleant; atque hæc  
 ipsa non vulgarium sed excellentium doctorum laus  
 habetur, si copiosè, si eleganter de proposito thema-  
 te disseruerit. Quæ magna est Christiani atque eccle-  
 siastici muneris ignorantia. Quasi verò dicēdum sit,  
 vt tantum dicas, & bene pulchreque dicendū vt au-  
 diaris libenter. Externæ ac sæcularis eloquentiæ etiā  
 institutum est amplius, vt flectat, atque ideo delecta-  
 re debet vt flectat. Quid de cœlesti regno putandum  
 est, quod nō est in sermone sed in virtute? ornamen-  
 ta verò sermonis tunc decent doctorem ecclesiasti-  
 cum, cum ad pietatem persuadēt, aut certè vt persua-  
 deant comparātur. Vt enim fœminæ se exquisitè or-  
 nantes, vt viris suis placeant, quibus liberos honesta  
 coniunctione pariunt, non sunt in vitio, quod si libe-  
 rorum ex matrimonio legitimo procreandorum cu-  
 ra posthabita, tantum cultui, illecebrisque indulgeāt,  
 vt oculos intuentium in se conuertant, ac decorem  
 ostentent suum, minimum ex ab adulterino cõplexu  
 abesse rectè putantur: ita prædicatores verbi Dei,  
 quos diuina scriptura procreādæ atque alendæ proli

diuinæ matres facit, si sibi dicendo placeant, neque  
 fœcunditatem filiorum Dei affectent, meritò di-  
 uinum semen adulterari dicuntur. Hos Paulus per-  
 2. Cor. 2. stringit, cum dicit: Non enim sumus sicut plurimi,  
 adulterantes verbum Dei, sed ex sinceritate, sed si-  
 cut ex Deo, coram Deo in Christo loquimur. Adul-  
 terari quidem verbum Dei homo duobus modis in-  
 telligi potest: aut cum falsam doctrinam admiscet,  
 aut cum gloriam hominum, non Dei quærit. Atque  
 hoc videretur sentire Apostolus, quod alij expressius  
 legunt cauponantes, quasi venalem habentes Dei  
 sermonem. Quem Pauli locum, quoniam eleganter  
 Greg. 16. Gregorius exponit, illius verba referam: Adulter in  
 Moral. c. carnali coitu non prolem sed voluptatem quærit. Et  
 25. peruersus quisque ac vanæ gloriæ seruiens, rectè adul-  
 terari Dei verbū dicitur: quia per sacrum eloquium  
 non filios Dei gignere, sed suam scientiam desiderat  
 ostentare. Quem enim libido gloriæ ad loquendum  
 trahit, voluptati magis quam generationi operam  
 impendit. Ergo quod à summis oratoribus in dicen-  
 do maximi fit, vt aptè dicat orator, hoc est, accom-  
 modatè ad propositum sibi finem, ad auditores, ad  
 personam suam, id ipsum Paulus in suis institutioni-  
 bus appellat rectè tractare verbum veritatis. Tunc  
 enim rectè, cum conuenienter saluti hominum, &  
 gloriæ Dei. Quicquid igitur ad hoc non facit, etiam  
 si pulchrum etiam si scitum, etiam si præclarum sit,  
 etiam si subtile, acutum, admirabile, cum pro loco  
 & auditorum vtilitate non quadrat, respuendum  
 est, atque ea tantum afferenda, quæ doctrinæ exhor-  
 tationisque Christianæ ac religiosæ sint.

*Verbo*

*Verbo Dei tractando veritatem tanquam fundamentum semper adhibendam.*

## CAP. III.

**A**T ædificationi fidelium ita inseruiendum est, ut solidum fundamentum habeat veritatem. Quæ enim mendacio nituntur, facilè ruunt. Idcirco admonui, rectè tractandum verbum veritatis. *Psal. 118.* Principium enim verborum cœlestium veritas. Quare eloquia Dei ad ædificationem tractanda debent veritatis esse plenissima. Tanta est diuini verbi maiestas, ut quod videtur esse officiosum, sacrilegiũ sit, si mendacium sit. Nihil Deo honorificentius Christi resurrectione mirabili, quæ tamè si præter veritatem affereretur, falsum testimonium in Deum, non honorificum aliquid diceretur. *1. Cor. 15.* Quemadmodum Paulus ostendit illis verbis, Inuenimur autem & falsi testes Dei, quoniam testimonium diximus aduersus Deum, quod suscitauerit Christum, quem non suscitauit, si mortui non resurgunt. Vides quid vocet falsum testimonium aduersus Deum? Neque est dissimilis sententiã quod alio in loco perobscurè loquitur. Si enim, *Rom. 3.* inquit, veritas Dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipsius, quid adhuc & tanquã peccator iudicor? Significat Apostolus nullo modo excusari peccantem, aut mentientẽ, quamuis inde iustitiæ & gloriæ Dei bonum oriri videatur: neque sufficere intentionem honestã, si opus iniquũ sit. Quod Deus Cain *Gene. 3. iuxta 70.* olim dixerat, si rectè offeras, nõ rectè autem diuidas, peccasti. Nemo igitur leue peccatum putet, si diuina eloquia mendacio commaculet: quod fit, ea quæ Dei non sunt, tanquã diuina asserendo, aut intelligentias verborum vanas asserendo, aut commentitia veris æquãdo, aut fictis vel miraculis vel sententiis pietatẽ

I 3 captando.

Ose. 4.  
Mal. 2.  
1. Tim. 3.

captado. Itaque charitas quidem ædificat: sed tamen scientia instruit. Et qui scientiam repulerit repellatur vicissim à Deo ne ministerio fungatur. Labia enim Sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirunt de ore eius. Atque oportet Episcopum esse doctorem, ut potens sit exhortari in doctrina sana, & eos qui contradicunt arguere. Magni prorsus est: domini sacras litteras pro dignitate tractare: ut neque sit scientia inflata, neque pietas imperita. Sed sicut scriptum est, habeat spiritum scientiæ, & pietatis ac Dei timore repleatur.

*De triplici genere tractandi scripturam.*

### C A P. IIII.

**T**RIBVS autem modis tractari possunt diuinæ litteræ rectè, atque ex veritate: Historicè, Typicè, Accommodatè. Historicè intelligi aut tractari scripturam dico, quum ea intelligentia adhibetur, quam sacer scriptor propriè tradidit: qui ob id appellari litteralis frequentius solet. Ut fuisse initio paradysum à Deo plantatam, in qua essent ligna pulcherrima, & fons vberimus, & cætera quæ Moses narrat, verè in rebus ipsis gesta, ac nõ allegoricè tantum accipienda ut somniauit, Origenes. Hunc ergo siue historicum, siue litteralem, siue verum & proprium sensum appellare malis, nihil moror. Typicè tractari scripturam dico, cum præter sensum illum primarium & proprium atque historicum, adhibetur intelligentia, qua res aliæ ex Spiritus sancti instituto per illas res primas significantur. Hunc alij sensum allegoricum vocat, alij mysticum, alij spiritualè, alij aliis modis. Ut cum narratis Dei verbis in primæva matrimonij institutione: propter hoc relinquet homo pa  
mo pa

mo patrem & matrem suam, & adhærebit vxori suæ, & erunt duo in carne vna : Paulus adiungit : Sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo & in Ecclesia : Vbi naturalem coniugij vim, vt duos perpetuo coniungat, à Deo institutam, & à Mose narratam historico sensu vero proprioque agnoscimus, præter quem Apostolo interpretante altiorem alium sensum de inuiolabili Christi & Ecclesiæ coniunctione merito accipimus : eundemque à Spiritu sancto intentum, ac significatum nullo modo dubitamus. Præfigurata est enim Christi cum sua Ecclesia coniunctio, in illa tanta primi hominis ad vxorem ex se fabricatam affectione. Accommodatè verò tunc tractari scripturam dico, cum neque iuxta historicum litteralemque sensum, neque iuxta spirituale & mysticum ex illo significatum tractatur : sed per extensionem quandam ei rei applicatur, quam sacer scriptor neque intellexit neque significauit : quemadmodum de Augustino, aut Gregorio, aut Hilario cantat Ecclesia : Inuentus est iustus & in tempore iracundiæ factus est reconciliatio : quæ de Noë patriarcha habet Ecclesia, mysticus : vel cum de Paulo & Ioanne martyribus refert : Isti sunt duæ oliuæ, & duo candelabra lucentia ante Dominum : habet potestatem claudere cælum nubibus, & cætera, quæ sanè in Apocalypsi Ioannis de Elia & Enoch dicta esse consentiunt plurimi, iidemque grauissimi Patres Ambrosius, Gregorius, Prosper, Ricardus, atque alij. Quod rursus testimonium ex Zacharia depromptum est, quamuis verbis paulo immutatis : vbi legimus. Et dixi ad eum : Quid sunt duæ oliuæ istæ ad dexteram candelabri & ad sinistram eius ? Et infra. Et dixit : Hi sunt duo filij olei splendoris, qui assistunt dominatori vniuersæ terræ. Quod

*Ephes. 5.**Ecc. 4. 4.  
In officio  
Antipho.  
ad Magnificat.**Apoc. 11.**Zach. 4.*

de Iesu sacerdote filio Iosedech, & de Zorobabel duce Iuda dictū probatissimi auctores tradunt. Quis vero si per illos Paulum & Ioannem martyres significatos dicat, non ineptus habeatur? aut si per Etiam & Enoch, non rideatur? Attamen quæ de illis vel illis dicta sunt, hoc genere tractandi scripturam, quod ego per accommodationem voco, alij per allusionem, etiam ad alios optimè transferri, vltus grauissimorum auctorum, imprimisque Ecclesiæ ipsius, quæ passim officia precesque suas eiusmodi intertextis scripturæ flosculis miscet, copiosè docet.

*In diuinis literis scripturam referri sensu literali, mystico, & accommodato.*

## CAP. V.

**E**ST igitur absoluta Ecclesiastici doctoris laus, si in his tribus scripturam tractandi generibus, benè sapienterque versetur. Neque morosior quisquam nobis obstitat, non esse hanc distributionem vel à sanctis Patribus traditam, vel à probatis auctoribus explicatam. Scio equidem famosam illam Augustinianam diuisionem, omnem scripturam tradi secundum historiam, secundum ætymologiam, secundum anagogiam secundum allegoriam. De qua, aliisque vulgo celebratis, quantum videbitur mox dicemus. Neque enim omnia dicere instituimus neque tantam in nobis facultatem agnoscimus. Sed quod ad rem facit, constat satis diuinam scripturam tribus iam dictis modis rectè referri tractarique posse. Neque ampliore demonstratione opus erit, quam ut ipsæmet sacræ litteræ consulantur: quæ in nouo testamento manifeste vetus assumunt, triplici illo genere

*Aug. de  
utilitate  
credendi  
c. 3. in 6.  
tome.*

nere vrentes. Est autem cœlestis magisterij exemplo suo docere nos quemadmodum litteris sacris utamur. Historicè ergo ac litteraliter, hoc est, propriè plurima testimonia ex lege & Prophetis Evangelicæ atque Apostolicæ literæ recitant. Quale est: *Esai. 7.*  
 Ecce Virgo concipiet: & Tu Bethleë terra Iuda nequaquã minima es: & Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus sedens super asinam: & : Vt impleretur Scriptura dixit, *Mat. 1.*  
 Sitio. Et de resurrectione Domini: Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis *Mich. 5.*  
 sanctum tuum videre corruptionem. Quod testimonium Petrus non solùm refert, sed demonstrat etiam *Mat. 2.*  
 propriè de Christo dictum: Viri fratres, inquit, liceat audenter dicere ad vos de Patriarcha David, *Zach. 9.*  
 quoniam defunctus est, & sepultus est, & sepulchrum eius est apud nos vsque in hodiernum diem. *Mat. 20.*  
 Propheta igitur cùm esset, & sciret quia iureiurando iurasset illi Deus, de fructu lumbi eius sedere super sedem eius, prouidens loquutus est de Resurrectione Christi, quia neque derelictus est in inferno, *Ioan. 19.*  
 nec caro eius vidit corruptionem. Quæ longius *Psal. 68.*  
 commemoravi, vt ex ipsis diuinis litteris discamus sensum *Psal. 15.*  
 literalem asserere tum ex circumstantia rerum gestarum, tum ex aliis quoque scripturis, quod *Act. 2.*  
 vtrumque Petrus facit. Paulus quoque idem testimonium producens confirmat eodem modo. Ideoque & aliàs dicit. Non dabis sanctum tuum videre corruptionem. *Act. 13.*  
 David enim in generatione sua, cùm administrasset voluntati Dei dormiuit & vidit corruptionem. Quem verò Deus suscitauit, non vidit corruptionem. Mysticè verò, siue allegoricè scripturam tractari ab Apostolis & si non æquè frequens: sed tamen rarum non est. Ipse Paulus Galatis: *Gal. 4.*  
 Dicite mihi, qui sub lege vultis esse legem non legistis?

legistis? Scriptum est enim, quoniam Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera: sed qui de ancilla secundum carnem natus est: qui autem de libera per repromissionem. Quæ sunt per allegoriam dicta. Hæc enim sunt duo testamenta, &

*1. Cor. 9.  
Dent. 25.*

cætera. Idem ad Corinthios: Scriptum est, non infranabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura est Deo? An propter nos utique hoc dicit? At qui pleraque alia præcepta legis attenderit, non dubi-

*Leui. 19.  
Dent. 24  
Exo. 23.  
Dent. 22.*

tabit etiam ad litteram illud obseruatū esse à Iudæis, sicut & spicas remanentes & racemos derelictos non colligi: & hædum in lacte matris non coqui, & pasferculos non simul matrem cum filiis tolli. Quæ omnia aliud quidem figurabant, ut ostenderet legem esse spiritualem; attamen externa interim obserua-

*1. Cor. 10  
1. Pet. 3.  
Gal. 4.*

tione retinebantur. De manna verò, & petra, & nube, & mari rubro, & arca Noë, & Ismaël ludente, atque eiecto, multisque aliis notiora sunt loca in

*1. Cor. 10*

scripturis, quàm ut ostendere opus sit. Denique vno verbo Paulus dixit omnia, cum dixit omnia in figura veteribus contigisse: scripta autem esse propter nos. Præcipuè verò quæ ad veterem cultum pertinebant, significasse diuinitus quæ per Christi sacrificium perficienda erant, Apostolus in epistola ad

*Heb. 8. 9.  
6. 10.*

Hebræos copioso sermone persequitur. Hoc, inquit, significante Spiritu sancto, nondum esse propalatum sanctorum viam. De illo tertio genere vsurpandi scripturam, per accommodationem atque extensionem, diu multumque dubitavi an idonea exempla in ipsa scriptura reperturus essem. Nam quæ à

*Iansep-  
nims cap.  
11. cōcor.  
Euang.*

quibusdam in hoc genere ponuntur: Ex Ægypto vocavi filium meum, & Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus multus, Rachel plorans filios suos, & noluit consolari, quia non sunt: &, Benè prophe



prophetavit Esaias de vobis, Populus hic labiis me honorat: & , Auditu audietis & non intelligetis. Hæc, inquam, nullo modo mihi videntur idonea exempla: quippe quæ ad tertium illud genus accommodationis aut allusionis reiicienda non sint, sed iuxta sensum verum & literalem ac proprium recitari à Christo & Matthæo mox demonstrabimus. Ut demus ergo aliquid exempli; videtur mihi, in hoc genere esse, quod cum Zacharias de Iesu & Zorobabel dixisset, quod essent duæ oliuæ iuxta duo rostra aurea, & duo filij olei splendoris, qui assistent Dominatori vniuersæ terræ. Ioannes in Apocalypsi de Elia & Enocheadem repetit. Hi sunt, inquit, duæ oliuæ, & duo candelabra in conspectu Domini terræ stantes. Non dubium est, quin Ioannes ad verba Zachariæ alluserit, eademque ad diuersos accommodauerit. Nam quod quidam etiam Zachariæ prophetiam ad Eliam & Enoch iuxta litteram referunt, ineptum est. Accipe aliud in libro Amos legimus: Et erit in die illa, dicit Dominus, occidet Sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis: & conuertam festiuitates vestras in luctum, & omnia cantica vestra in planctum. Quæ *Tob. 2.* verba in libro Tobia ad hunc modum recitantur. Cumque occultasset corpus, manducauit panem cum luctu & tremore, memorans illum sermonem quem dixit Dominus per Amos Prophetam, Dies festi vestri conuertentur in lamentationem & luctum. Vbi accommodatam esse prophetiam Amos facto Tobia, illo verbo scriptura iudicat, memorans illum sermonem, Eodem pene modo liber Machabæorum, cum dicit: Dies festi eius conuersi sunt in luctum, ad verba Amos manifestè alludit. *1. Mach.*

Quod

Quod si ad litteram illa prophetia impleta est in passione Christi & obsidione Romana, ut Hieronymus insinuat, per accommodationem ad Tobia, & Machabæorum tempora referri potuit. Sin generaliter omnia illa populi Israëlitici exitia, prophetia complexa est, secundum partem etiam ad litteram in Tobia impletam existimare possumus: Phrasis tamen ipsa scripturæ, memorans illum sermonem, non cogit ad litteram: sed per accommodationem intelligi sufficit; sicut possent eadem verba à Catholicis usurpari, cum à nefariis templa sacra polluta cernerent, & Ecclesiæ solennes dies tristi silentio transigerent. In libro iam nominato Machabæorum inter alia sæua memoratur ædificasse Antiochus abominandum idolum desolationis super altare Dei: respicere sine dubio videtur ad verba Danielis: Et erit in templo abominatio desolationis. Quæ cum Christus in Euangelio implenda in obsidione Hierosolymitana dixerit, aut sicut alij malunt, in vastatione Ecclesiæ per Antichristum futura, meritò ad hæc litteralem sensum referemus, ad illa Machabæorum per accommodationem relata putabimus. Nisi de his omnibus etiam ad litteram dicta existimemus: quod mihi nullo modo videtur absurdum. Verum id quod prius dixi, magis probabile est.

1. Mac. 1.

Dan. 9.

Mat. 24.

*Ecclesiam crebro uti scriptura per accommodationem.*

## C A P. VI.

**D**E hoc triplici genere utèdi scriptura deinceps differendum est: atque ab imperfectiore minusque proprio initium sumendum. In quo illud facile

facile concedendum est, tertio hoc genere rarissimè scripturam vti: parcè quoque adhiberi ab antiquissimis & primariis scriptoribus Ecclesiasticis: qui vel litteralem, vel mysticum modum ferè sequuntur. At alij & sancti & docti Patres hoc tertium genus allusionis aut accommodationis adhibent, idque non sine magna venustate. Vnus Bernardus adeo in eo frequens est, vt quibusdam nimius esse videatur; quippe cum omnes suos tractatus, omnes epistolas, omnes conciones verbis ex diuina scriptura mutatis ferè compingat. D. Ambrosius, parcus, ille quidem & grauius, sed non infrequenter, neque ineléganter, scripturæ verba suis intermiscit, mirabiles interdum sententias ea cõtextione concinnans. *Ambros. in Orat. functionũ* Nostra ætate præstantissimi oratores cum ad propositam rem peculiarem diuina eloquia ita accommodant, vt vno tramite eant, neque recitata aliunde, sed *Theodosij, iterũque Gratiani & Valentiniani hoc genere multum vtitur, et alias non raro.* velut natiua procedant, in eo genere vtendi scriptura & cum magna laude versantur, & diuinarum litterarum peritis, voluptati admirationique sunt. Quod genus, ne quisquam contemnendum putet, Ecclesia sacrosancta & sæpissime & pulcherrimè vsurpat, verba scripturæ concinnans, atque ex iis suas laudes, aut preces, aut antiphonas, denique officia quæuis Ecclesiastica componens. Proponam nonnulla, tamen si longior paulò sim, vt totum hoc genus probè teneatur. Canit in vigilia Natiuitatis: Hodie scietis quia veniet Dominus, & mane videbitis gloriam eius. In Exodo scriptum est: Vespere scietis quòd *Exod. 16.* Dominus eduxerit vos de terra Ægypti: & mane videbitis gloriam Domini. In eodem officio vigiliæ: crastina die erit vobis salus: quod ex libris Regum *1. Reg. 11.* sumptum est: cras erit vobis salus cū incaluerit Sol. In ipso die Natiuitatis: Rex pacificus magnificatus est, cuius

est, cuius vultum desiderat vniuersa terra. Quod in  
*3. Reg. 10* libris iridem Regum scriptum est paulò aliter de  
 Salomone ad hunc modum. Magnificatus est ergo  
 Rex Salomon super omnes Reges terræ diuitiis &  
 sapientia, & vniuersa terra desiderabat vultum Salo-  
 monis, vt audiret sapientiam eius. In dominica in-  
 fra octauam Natiuitatis: Dum medium silentium te-  
 nerent omnia, & nox in suo cursu medium iter per-  
 ageret, omnipotens sermo tuus Domine à regalibus  
*Sap. 18.* sedibus venit. Quod ex libro Sapiētiae sumptum est.  
 Vbi de egressione filiorum Israël ex Ægypto lo-  
 quens auctor, vltima verba ita extulit: Omnipotens  
 sermo tuus exiliens de cœlo à regalibus sedibus du-  
 rus debellator in mediam exterminij terram profi-  
 liuit. In officio magnæ hebdomadæ: Contumelias,  
 & terrores passus sum ab eis qui erant pacifici mei:  
 & custodientes latus meum dicentes, decipiamus  
 eum & præualeamus illi: sed tu Domine mecum es  
 tanquam bellator fortis. Quæ verba de se Hieremias  
 refert. Quamquam hæc de Christo magis prophe-  
 tata quam de Hieremia per historiam scripta intel-  
*Hier. 20.* ligi possunt: & ille ipse Hieremias typus fuit Salua-  
 toris, præsertim in tot suorum pro veritate persecu-  
 tionibus tolerandis. Atque eodem modo quæ ex  
 sancto Iob vsurpantur in eodem officio Parasceues.  
 Ac ferè quæ de Salvatore dicuntur in promptu est  
 vel prædicta ad litteram de illo accipere, vel si de  
 alio narrata sunt, illum ipsum Christi typum expo-  
 nere rectè possumus. Quare genus illud accommoda-  
 tionis aliàs ostendendum est, vbi neque literalis,  
 neque allegoricus sensus propriè locum habent. Id  
 verò in officio Beatissimæ Virginis, ac Sanctorum  
 martyrum sæpenumero occurrit. Etenim quod de  
 beata Virgine Ecclesia cantat: Ab initio & ante sæ-  
 cula

cula creata sunt, & vsque ad futurum sæculum non desinam: Ego mater pulchræ dilectionis & timoris & agnitionis, & sanctæ spei; &: Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & reliqua præclara; notum est ab auctore Ecclesiastici, vnde illa delibata sunt, de increata sapientia, ipso Dei verbo prædicari: Cuius initium est: Sapientia laudabit animam suam: & mox: Ego ex ore Altissimi prodiui primogenita ante omnem creaturam. Ego feci vt oriretur in cœlis lumen indeficiens, & cætera, quæ soli Dei verbo Christo Domino nostro per proprietatem conuenire possunt. Sicut alia in prouerbis: Dominus creauit me, vel possedit, initio viarum suarum, antequam quicquã faceret à principio ordinata sum. Quando iacebat fundamenta terræ, aderam cum eo cuncta componens. Quæ suo modo in Beatissimam Dei matrem vertit Ecclesia. Neque creationis vocabulum (vt obiter dicam) cuiquam faceſſat negotium, vt de creatura potius quàm de creatrice sapientia illa dici propriè arbitretur. Catholicorum aduersus Arianos multùm ista iactantes nota responsio est: creatam dici Dei vnigenitam sapientiam, vel ex ratione assumptæ naturæ, quod Augustinus sequitur: vel, quod mihi magis cum Hilario placet, diuinæ generationis modus impassibilis, creationis nomine expressus est. Quia enim in humana ac naturali generatione procedit quidem filius ex substantia patris, sed cum diuisione & corruptione gignentis: in creatione verò existit quidem res sine corruptione aut mutatione auctoris, sed non de illius essentia: Idcirco æterna Verbi processio in scripturis vocatur generatio, vt intelligatur de substantia Patris prodire, atq; eiusdè esse naturæ: interdū nihilominus creatio dicitur, vt sincera illa emanatio sine vlla genitoris corruptio

*Ecc. 24.**Prou. 8.**Hilar. in  
lib. de sy-  
nod.*

corruptione aut commutatione cogitetur. Sed redò vnde deflexi. Ea quæ de Dei verbo vnigenito ad literam dicta sunt, ab Ecclesia transferri in Virginem matrem scimus omnes: In quo sensu de virgine accipiantur, interrogo? Proprium ac literalem sensum scripturæ, nemo est tam ineptus, vt asserat: quæ euentissimè multa habent soli creatori & Domino omnium propriè congruentia, sensum autem allegoricum aut mysticum quis dicat, vbi nulla est rei significatio? Neque enim per Christum Maria significatur: neque res illa diuina, ad significandam creatam rem aliquam comparata est: quin potius creatæ omnes ad illam suo modo declarandam institutæ. Nemo igitur, nisi proteruo ingenio sit, negabit illa omnia ex Ecclesiastico & Prouerbiis de beata quidem virgine intelligi, ob id enim ab Ecclesia in illius officio recitantur: intelligi vero neque per proprietatem, neque per allegoriam, sed per applicationem, & commodationem continuò fateamur necesse est. De Apostolis Petro & Paulo quotidie repetimus: Quomodo in vita dilexerunt se, ita in morte non sunt separati. Id à Dauide in Saulé & Ionatham dictum nemo nescit. Saul, inquit, & Ionathas amabiles & decori in vita sua, in morte quoque non sunt diuisi. Iam quæ de martyribus tempore præsertim paschali legimus, omnia ferè aut ex sapientia aut ex

*2. Reg. 1.* quarto libro Esdræ accersita sunt. Sic ille habet: Parati estote ad præmia regni, quia lux perpetua lucebit vobis per æternitatem temporis. Sic nos: Lux perpetua lucebit sanctis tuis Domine, & æternitas temporum. Item illud: Accipite iucūditatem gloriæ vestræ, gratias agētes ei, qui vos ad cœlestia regna vocauit: Ibidem scriptum est: quod Ecclesia in Missa quadam paschalis temporis canit. Ibi & illud: modo coronantur

nantur & accipiunt palmas. Quamuis enim libri tertius & quartus Esdræ apocryphi habentur, potuit tamen ex eis ecclesia, sicut & ex Patrum etiam libris nonnulla vsurpare: quemadmodum à Salvatore etiã *Mat. 23.* illud est repetitum, quod in eodem libro legimus: Ita *4. Esd. 1.* vos collegi, dicit Dominus, vt gallina pullos suos sub alas suas. Ex libro sapientiæ plurima, atque integerrima; illud paululum immutatum. Sancti tui Domine mirabile consecuti sunt iter seruientes præceptis tuis, vt inuenirentur illæsi in aquis validis, terra apparuit arida & in mari via sine impedimento. In *Sap. 19.* illo libro sic. Et populus quidem tuus mirabiliter trāsiret. Omnis enim creatura ad suum genus ab initio refigurabatur deseruiens præceptis tuis, vt pueri tui custodirentur illæsi. Nam nubes castra eorum obumbrabat, & ex aqua quæ antea erat, terra apparuit arida. & in mari rubro via sine impedimento, & campus germinans de profundo nimio. In officio *Eccl. 44.* Doctorum & Pontificum ex Noë illud accommodatur, quod supra retuli: Inuentus est iustus, & in tempore iracundiæ factus est recōciliatio. Ex Abraham illud: Non est inuentus similis illi in gloria qui *Eccl. 44.* conseruaret legem Excelsi: & illud: Ideo iureiurando dedit illi gloriam in gente sua, crescere illum quasi terræ cumulum: Ex Aaron illud: Ipsum elegit *Eccl. 45.* ab omni viuente, offerre illi sacrificium Deo & incensum & bonum odorem, & paulo ante: Fungi sacerdotio, & habere laudem & glorificare populum suum. Sicut ex eodem Aaron in martyrem, coronam *Eccl. 45.* auream super mitram eius expressam signo sanctitatis, & gloria honoris & opus virtutis. Atque vt de Virginum officio aliquid attexamus, quam multa ex Psalmo 44. cuius sanctæ virgini adaptentur, quæ vel de Christo, vel de eius sponsa Ecclesia dicta sunt, in

K promptu

*Psal. 44.* promptu est cernere : Specie tua & pulchritudine tua intendè, prosperè procede, & regna : profectò de Messia dictum est, de quo nihilo minus paulo supra: Speciosus forma præ filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in æternum. Quæ suo tamen modo nisi quævis sanctarum Virginum habere posset, numquam ab Ecclesia in illius laude recitarentur. Abundè igitur monstratum est, pleraque ex diuina scriptura per applicationem de iis dici, atque intelligi, de quibus neque secūndum historicum siue littèralem sensum, neq; verò secūndum typicum & allegoricum scripta sunt.

*Cum scriptura per accommodationem vtimur, licere non nihil immutare : secus cum de litterali sensu agitur.*

## CAP. VII.

**I**N hoc autem genere tractandi scripturam per accommodationem, nullum vitium est, verba interdum nonnihil immutare aut addendo, aut decurtando, aut etià inflectendo, vt ad rem cui coaptantur melius conueniant, vel potius non repugnent. Beatæ Cecilie sicut aliis plerisque martyribus simul atque virginibus adaptat Ecclesia orationem illam Iesu filij Sirach, quæ vt virgini quadret, genus immutat, fœmininum pro masculino reddens. In medio ignis, inquit, non sum æstuata. & rursus : Pro morte defluente deprecata sum ; cū scriptura æstuatam, ac deprecatam habeat, quippe preces viri non fœminæ narrans. In eadem oratione, vbi dicitur : eruis sustinentes te, & liberas eos de manibus gentium, legit Ecclesia, liberas eos de manu angustie. In officio confessorum non Pontificū generaliter legitur :  
Beatus



Beatus vir qui inuentus est sine macula, & qui post aurum non abiit, vt omnibus sanctis confessoribus possit aptari, cum liber Ecclesiastici strictius habeat: Beatus diues qui inuentus est sine macula, & cætera. Ex libro Sapientiæ sumptum est illud quod supra iam retuli: cum quietum silentium contineret omnia & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus de cælo à regalibus sedibus venit. Atq; hoc sanè modo natiuitati filij Dei in Berthelem satis quadrat. Ob id quæ sequuntur, durus debellator in mediam exterminij terrâ profiliuit, ablata sunt, quòd Ægyptiam eadem media nocte peractam significarent & pro omnibus positum est simpliciter, venit. Longum est, & tædij plenum ire per singula. Exempla proposita satis esse debent, passimq; multo plura admonitus lector inueniet. Quãobrem magnopere differt hoc genus vtendi scriptura, quod est liberius, ab illo altero proprio, & literali: in quò magnum peccatum est, si verba quouis modo immutentur, vt sententiæ diuersæ seruiant. Quamuis enim scripturæ verba Apostoli & Euangelistæ sæpenumero commutent, addantque, aut detrahant non pauca, nulla tamen ratione à proprio atque originali sensu prophetæ, aut psalmi, aut legis, cuius testimonium proferunt, recedunt. Neque enim veritatis esse assertores possent, si verba veritatis cogerent diuersæ seruire sententiæ. Scribit Ioannes Apostolus, contestor omni audienti verba prophetæ libri huius: Siquis apposuerit ad hæc, apponet Deus super illum plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius, auferet Deus partem eius de libro vitæ, & de ciuitate sancta, & de his quæ scripta sunt in libro isto. Quæ comminatio, quoniam est omnis scriptura sacra

Sap. 18.

Apo. 22

diuinitus inspirata, generaliter profectò debet intelligi, vt neque iota vnum, neque apicem vnum de lege Domini corrumpere aut inuertere audeamus. Neque tamen in vocibus & characteribus spiritus est, sed in sensu atque intelligentia, quam peruertere aut imminuere nefas est. Itaque vehementer inter sese differunt duo illa genera vt è di scriptura, quemadmodum dixi.

*Accommodatio genere non esse vtendum aduersus infideles : sed inter pios tantummodo.*

## C A P. V I I I.

**C**AUSA verò si quis requirat, eam & facilè, & verè assignabo, quòd in vno genere pietas deuotioque quærat, in altero de fide Scripturarum agatur. Itaque scriptura vt, quemadmodum Bernardus vtitur, ad deuotionem excitandam & pietatem promouendam nõ parum confert. Totum enim genus illud vel laudandi martyres, vel beatam Virginem celebrandi, vel Redemptoris passionem fletu prosequendi, vel festa solemnia gaudio cumulandi, mirificè eiusmodi flosculis ex scriptura delibatis ornatur, atque illustratur, affectusque auditorum excitatur, vel etiam cum summa iucunditate recreatur. Proprie enim is sermo piorum ad pios est, quorum gustus ad diuina cogitanda magnopere acuitur eiusmodi condimentis. Quo in genere rectè versari, Ecclesiastico Concionatori non exiguæ laudi est. At vbi de fide agitur, vbi cum hæreticis manus conferitur, aut infideles vocantur ad Christum, aut ipsæ scripturæ ad quiduis vel confirmadum, vel refellendum expromuntur, procul abesse debet omnis illa facilitas  
accom

accommodandi scripturam, seriò agendum est, ipsi litteræ hærendum, & puncta non solum verba ponderanda. Quocirca in iis ipsis sanctissimis patribus maioribus nostris advertere est mirabilem differendi tractandique varietatem. Si Augustinum aduersus Iulianum aut Cœlestium, aut Faustum, aut Maximum, siue quoscumque alios hæreticos disputantem legas, alium propemodum Augustinum putes ab eo, quem in sermonibus tractatibusque ad plebem audias. Aliter Hieronymus scripturas tractat, cum ædificationi fidelium tantum obsequitur, aliter cum Iouinianum, aut Pelagium incessit. Ipse Bernardus aliàs scripturarû concinnationibus diffuês, cum Abaylardi errores insequitur, aut Gilberti Porretani, longe alio stylo scripturas citat, ne latum quidem vnguem à genuino illarum sensu recedens. Seria enim sunt hæc, quæ fidem tangunt, neque admittunt ludendi licentiam illam, quam minimè respuit fide bene fundata deuotio, aut etiã eruditio liberalis.

*Scripturas ab Euangelistis nequaquam citari  
in sensu accommodatitio.*

## CAP. IX.

**Q**ua ratione perspecta, refellitur proflus eorum sententia qui prophetias veteris testamenti in nouo ab Euangelistis citatas non literali sensu, sed hoc accommodatitio accipiendas interdum putant. Cornelius quidem Iansenius vir sanè doctus & *Corneli<sup>9</sup>* pius ita interpretandam existimat prophetiam Osee *Iansenius* à Matthæo commemoratam: Ex Ægypto vocaui filium meum. Tribus, ait ille, modis scriptura aliqua *in cõcor.* impleri potest: vno modo ad litteram, vt illa: Et tu *Euang.* *ca. 11.*

K 3 Bethleem

Bethleem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda: ex te enim exiet dux, qui regat populum meum Israël. Altero modo, in sensu mystico, ut illa: Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Quæ de Salomone dicta est, inquit, ad litteram: sed quoniam ille Christi fuit typus, etiam impletur in Christo. Eodem modo illa: os non comminuetis ex eo, ad litteram implebatur quotannis in agno paschali, mysticè autem impleta in Christo crucifixo per agnum præfigurato. Tertio modo impleri etiã quandoque scriptura dicitur, cum fit quidem, quod illa commemorat, etiam si id nõ fuit propriè ab auctore intetum. Huius generis exempla ponit illud à Christo dictum: Hypocritæ, benè prophetauit Esaias de vobis: Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me, Et illud eiusdè Dei nostri: Ad impletur in eis propheta Esaiæ dicentis: Auditu audietis, & non intelligetis, & cætera. In hoc genere ponit quoque illud: Ut impleretur quod dictum est: Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione mundi. Quæ omnia de aliis ad litteram dicta vult, sed quia quadrarent iis quæ Christus gerebat, ideo in eo impleta esse affirmasse Euangelistam. Ex qua regula illa quoq; impleta dicit, quæ ab eodem Matthæo afferuntur: Vox in Rama audita est ploratus, & ululatus multus: Rachel plorans filios suos, & cætera, atque id vnde profecta est disputatio: Ex Egypto vocavi filium meum. Quod à Propheta Osea, nequaquam de Christo dictum putat, sed de Israëlitico tantum populo: per accommodationem verò in Christo impletum. In hac Cornelij disputatione nõ pauca sunt, quæ me meritò moueant, alios etiã fortassis offendant. Primùm cum Matthæus veritatem Euagelicam testimoniis scripturæ voluerit confirmare,

firmare, atque Euangeliū suum ita scripserit, vt sciret æquè ab infidelibus legendum, præsertim Hebræis, quibus idcirco scripsit Hebræicè, quo corde sentire, quæ frõte affirmare possumus, eas prophetias protulisse, quæ non essent verè de Christi mysteriis dictæ, sed de aliis rebus: tatum verò per similitudinem quandam & accommodationem Christo quadrarèt? Hoc si de viro mediocriter docto quis asserat, nonne iniurius sit? Sin de auctore canonico & Spiritu sancto pleno, nonne plusquam temerarius? Planè ridiculus esset Hebræis, qui isto pacto nouum testamentum cõfirmaret ex vetere, Aut ergo Matthæus Euāgelium oraculis propheticis confirmandum non sibi sumpsit, quod manifestè falsum est, aut id, quod voluit & curauit non est assequutus, quod æquè impium est. Deinde, quis vnquā eiusmodi genus locutionis audiuit, impletū esse in aliquo quod erat prædictum, si de illo prædictū nō erat? Nam quod exempli causa affert, de patre mirè de filio suo sollicito dici posse, impleri in eo illud Vergilianum, Omnis in Ascanio chari stat cura parentis; dici quidem id posse non ineptè, libenter damus. At si dicas, impleri illud quod erat à Marone prædictum, nonne mētiris? nonne stultissimè loqueris, cū nihil tale de isto tuo parente Maro loquutus sit, sed sui tantum Æneæ curas pro filio magnas celebrarit? Matthæus perspicuè dicit: Tunc adimpletum est quod dictum est per Hieremiam Prophetam dicentem: Vox in Rama audita est, & cætera. Et eodem modo: Et erat ibi vsque ad obitum Herodis: vt adimpleretur quod dictum est à Domino per Prophetam dicentem: Ex Ægypto vocaui filium meum. Planè prædictum esse à Hieremia illud de cæde puerorum, hoc de euerfione ex Ægypto ab alio Propheta, Euangelista

commemorat. Quod si prædictum erat de Christo, de Christo is, qui prædixit diuinitus, intellexit. Nam illud quis ferat: Christum Phariseis dicere: Bene prophetauit Esaias de vobis, & tamen de aliis illam prophetiam intellexisse Esaiam, non de iis, in quos eam Christus inflectit? Abeat proinde, abeat noua hæc neque vera neque tuta scripturas veteres in nouo testamento citatas interpretandi ratio: quam auctor quoque suus parum probatam animaduertens, ad aliam deflectere coactus est, id est, mysticam, minus quidem illam periculosam, sed tamen ne ipsam quidem satis dignitati Euangelicæ respondentem.

*Prophetias semper in nouo testamento citari  
in sensu literalis.*

## C A P. X.

**S**E D priusquam hoc demonstrarem, respondendum est iis, quæ contra stare videntur. Caput nostræ sententiæ est, sacros scriptores spiritu Dei plenos nequaquam, insufficientia testimonia, & à sensu quem volunt, aliena, afferre, existimare fas esse. Obiiciunt nobis Ioannem dicentem: Facta sunt enim hæc, vt scriptura impleretur, os nõ cõminuetis ex eo. Quam cetè scripturam literalis sensu de agno, mystico autem de Christo per illum præfigurato loqui constat. At symbolica Theologia, vt benè Dionysius docet, argumentatiua non est. Neque enim ex sermone figuratiuo & symbolico idoneum argumentum sumi potest ad fidem de re controuersa faciendam. Hic plerique respondent, scriptori sacro, quem non lauerit, quid Spiritus sanctus voluerit significare, idoneum esse argumētum atque efficax. Neque enim id quod

quod Spiritus Dei intenderit, vanum esse vlllo modo posse. Quæ sanè satisfactio, vt falsitatis redargui non potest, ita plenè diluere obiectionem mihi non videtur. Quid enim? Testimonia scriptoribusne, an auditoribus fidem facere debent? Quod si Apostolus quid figuratum sit sciat: Iudæus autem, aut Paganus aut quiuis imperitus ignoret, nonne probare quod vult, æquè improbatum dabit? Ego verò sic scripturas à Christo & Apostolis Euāgelistisque citari, sentio, idque semper, vt verè efficiant, quod volunt, hoc est, idoneæ sint ad id probandum apud eos, quibuscum loquuntur, quod probare volunt, dictum prophetarum, impletum. Ergo scripturas quidem in literali sensu semper recitant. Quod si quando mysticum sensum adhibent, quod rarum est, cùm prophetias impletas dicunt, perspicuum esse omnibus legem scientibus supponunt, quod re vera perspicuū erat & certum ex ipsis scripturis. Huiusmodi est agni paschalis immolatione Christi pro nobis obitam mortem significari: quod sanè ignorare eos nō oportebat, qui Esaiam legerant: Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum: Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum? Sicut ovis ad occisionem ducetur: & quasi agnus coram tondente se obmutescet. Atque in Hieremia, Et ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Et in Zacharia, Tu autem in sanguine testamenti tui emisisti vindictos tuos. Et rursus in Esaia. Emitte agnum Domine Dominatorem terræ de petra deserti ad montem filix Sion. Multa sunt in Prophetis, & Psalmis ex quibus intelligere Iudæi poterant ac debebant, oportere Christum pati ac immolari pro nobis. Itaque immolatione agni hanc ipsam Christi mortem significari. Vnde licuit planè Ioanni scripturam Exodi in

*Esa. 53.**Hier. 11.  
Zach. 9.**Esa. 16.*

Christo impletam non minus asserere, quam prophetiam quamuis aliam ad litteram de solo Christo loquentem. Vbi enim de re significata constat, idoneum est testimoniũ ex signo sumptum. Nam quod

*2. Reg. 7.* hac eadem lege volunt à Paulo recitatum: Ego ero ei in Patrem, & ipse mihi erit in filium: quod putant de solo Salomone ad litteram dictum, mihi nullo

*Heb. 1.* modo placet. Neque enim Apostolus tanta emphasi diceret: cui enim Angelorum dixit aliquando, Filius meus es tu: ego hodie genui te? & iterum: Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Quasi non essent verba de Christo ad litteram dicta, ridiculus penè esset Hebræis Apostolus, qui Christi diuinitatem ex sermone de Salomone, qui filius Dei multo minus quam Angeli fuit, probaret, cum contendat ostendere Christum natura Dei filium Angelis omnibus superiorem. Quanto prudentius, & melius Augustinus illa omnia nequaquam de Salomone sed de Christo dicta conatur exponere, quod multa illic sint quæ in Salomone minimè impleta cernamus, quale est, stabiliam thronum regni eius vsque in

*2. Reg. 7.* sempiternum. Et: fidelis erit domus tua, regnum tuum vsque in æternum ante faciem tuam; & thronus tuus erit firmus in æternum. Quod in Euangelio Gabriel dicit illis verbis: Dabit illi Deus sedè David patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Et ipse David in Psalmo octogesi. octauo, & in Psalmo septuages. primo copiosè decantat. Neque est mihi verisimile Dauidem

*Psal. 50.* virum spiritualem, & qui sibi occulta sapientiæ Dei reuelata gloriatur, tantam gratiarum actionem fuisse relaturum, quantam historia sacra illico prodit, si temporale regnum Salomonis cogitasset, ac non potius Christi æternum intellexisset. Itaque exclamat:

Nunc



Nunc ergo Domine Deus, verbum quod locutus es super seruum tuum & super domum eius suscita in sempiternum, & fac sicut locutus es, vt magnificetur nomen tuum in sempiternum. Scimus autem Salomonis regnum ac posterorum eius temporale fuisse, non æternum. Benè igitur, benè Apostolus Christi diuinitatem ostendit ex eo oraculo, quod de Christo, non de Salomone prolatum est. Quod si contendant homines de Salomone etiam illa suo modo dicta, non admodum contradicam, dummodo de Christo non solum dicta ad litteram, sed etiam præcipuè ac propriè dicta retineamus. Esse autem eiusdem scripturæ plures simul literales & proprios sensus ab ipso sacro scriptore & cognitos & intètos, equidem nullo modo dubito, quemadmodum grauissimi atque optimi Theologi sentiunt, & nos postea Deo fauènte demonstraturi sumus. Qua regula semel benè percepta, non est difficile intelligere, quomodo Paulus de Apostolica prædicatione declaret quod apparet à Propheta de cœlorum illustratione & circuitu dictum: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Hic si quis cœlorum nomine Apostolos in scriptura designari dicat, habebit Gregorium multosque patres suffragantes. At si in sensu tantum mystico de Apostolis illam prophetiam afferri contendat, mihi nullo modo placiturus est, qui litteraliter vel solâ de Apostolis, vel præcipuè de illis allatâ omnino sentiâ. De vtrisque autè ad litterâ dictam, multo magis existimo. Nâ quæ Iansenius exempla posuit ex Euangelio: Benè propherauit Esaias de vobis, mihi summo petere displicent. Quasi non potuerit Propheta de vna atque eadem gente, eodè hypocrisis vitio laborante & sua ætate, & tēpore post futuro pronūtiare quæ Christus recitat.

*Psal. 18.  
Rom. 10.*

*Matt. 13.*

*Tit. 1.* recitat. Licuit certè Apostolo prophani hominis testimonium de Cretenſibus dicere: Proprius, inquit, ipſorum Propheta, Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri. Æquè hoc in eos qui tempore Epimenidis, & qui Pauli erant Cretenſes, dictum eſt. Per accommodationem verò aut alluſionem in eos conuenire, qui tunc erant, cùm de omni genere illorum dicta ſint, aſſerere ineptum profecto eſt. Sed præcipua quæſtio erat de loco Oſee. Ex Ægypto vocaui filium meum. Hieronymus typicè in Chriſto impletam prophetiam Oſee exponit, quòd populus Iſraël Chriſti figura fuerit. Quod ſi cui durum id, atque improbable eſſe videatur, explicanda eſt ſimilitudo in eo, quòd à Deo populus Iſraël vocatus ſit filius primogenitus, quemadmodum Pharaoni dictum eſt: Filius meus primogenitus Iſraël: dimitte ergo filium meum, vt ſacrificet mihi. Verus autem & perfectus filius Dei Chriſtus eſt, qui cum eſſet paruulus, in Ægypto quoque fuit, atque inde in terram promiſſionis vocatus. Sed quoniam Euangeliftæ eas ſolèt prophetias de Chriſto adducere, quæ de illo propriè atque ad litteram ſcriptæ ſunt, eſtque figura illa ſiue ſimilitudo inter filium Dei & populum Iſraëliticum, non admodum facilis, melius illi videntur ſentire, qui Oſeam de populo Iſraële ad litteram, & de Chriſto æquè ad litteram locutum volunt. Neque eſſe abſurdum in iisdem propheticis verbis duos eſſe ſenſus proprios ac litterales. Nam de populo Iſraëlitico Oſeam agere, ipſa ſeries facilè oſtendit, quæ ſic habet: Sicut mane tranſit, pertranſiit Rex Iſraël. Quia puer Iſraël & dilexi eum: & ex Ægypto vocaui filium meum. Vocauerunt eos, ſic abierunt à facie eorum: Baalim immolabant, & ſimulachris ſacrificabant. Nemini dubium eſt, iſthæc in populum illum

*Exod. 4.*

*Oſe. 11.*

conue

conuenire, à Deo quidem magnis beneficiis prouocatum, sed non dignam gratiam referentem. At de Christo Domino puero ab Ægypto reuocato Matthæus refert testimonium, neque falli potest Spiritu Dei plenus. Quid ergo? Certè vtrumque & voluit, & sensit, & scripsit Oseas. Neque opus est, vt omnia, & antecedentia & consequentia Christo conueniât: cum sit familiare Prophetis multa miscere, & longissimè seposita iungere. Itaque illud: Puer Israël & dilexi eum: & : ex Ægypto vocavi filium meum, ad Christum referri potest: qui, vt Iustinus optimè dixerit, nomine Israël in scripturis sæpe vocatur, vt est illud, Israël seruus meus es tu; & in te gloriabor. Eodem genere locutionis de Salomone simul, ac de Salvatore audiuit illustrissimum vaticinium Dauid à Propheta Nathan: Vbi nonnulla magis Salomoni congruere videntur, vt illa: Qui si iniquè egerit, arguam eum, & in virga virorum corripiam eum: alia rursus soli Christo conueniunt manifestè, vt de æterna stabilitate regni & throni illius. Ac ferè obseruandum erit in scripturis, cum plura iisdem verbis insinuare volunt, ita esse verba distributa, vt quædam vni magis quàm alteri sensui seruiant. Sic apud Daniëlè de Antiocho simul & de Antichristo: Sic apud Matthæum & Lucam de excidio Hierosolymitano & de orbis interitu simul: Sic in Psalmo septuagesimo primo qui est Salomoni inscriptus, simul de Salomone & Christo oracula diuina pronuntiant. In quibus tamen non omnia æquè vtrique rei accommodantur: sed multa vtrique, nonnulla vni, plurima alteri rei præcipuè assignata sunt. Nam de parabolis Christi, quod Matthæus ex Psalmo refert, illud putare ad litteram de se dixisse Asaph, vel quisquis eum edidit psalmum, non opus est, vt redarguatur, satis esse

*Iustinus  
in Collo.  
Tryph.  
Eja. 49.*

*2. Reg. 7.*

*Dan. 11.  
Mat. 24.  
Luc. 21.  
Psal. 71.*

*Matt. 13.* esse debet Euangelistæ auctoritas de Christo Domino interpretantis, cui ipsius psalmi exordium suffragatur, cùm diuina auctoritate sic inchoet: Attendite popule meus legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei: & adiungit statim ex eadem persona. Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio. Quæ verò sequuntur iam mutata persona profert. Quanta audiuius & cognouimus ea, & patres nostri narrauerunt nobis. Itaque non oportet omnem contextum eidem prophetiæ seruire, cum neque in præclarissimis ac notissimis prophetiis id ferè contingat.

*Quid certitudinis habeant scriptura ab Ecclesia rebus aliis accommodata.*

## C A P. XI.

**A**C quæ litterali sensu de iis proferuntur, de quibus scripta sunt, ad eum modum habent. Quæ verò per accommodationem non per proprietatem de aliquo pronuntiantur, vt sunt ea quæ Ecclesia in variis festiuitatibus canit, ex scriptura illa quidem petita, sed in alias longe personas, & res translata: de his merito quæritur, quid veritatis habeant, quid etiam auctoritatis. Videntur enim prima fronte impropria, falsa, ludicra, ac veluti per iocum dicta. Quis enim ignoret iocandi genus, cum de aliis dicta transferuntur ad alios? Sic ex Comico, sic ex Marone scitè ac venustè versus interdum viri eruditi vsurpare solent, vt tacitè quempiam notent, aut carpant. Erit ne igitur verum quod isto genere de alio recitatur, quàm scriptum est? Sed admirabilis est & supra omnem captum humanum scripturæ diuinæ altitudo, quæ in

quæ in istum etiam usum verissimè atque utilissimè trahitur. Tum verò magnificièda est Ecclesiæ Christi auctoritas, quam Spiritus sanctus regit. Quæ tanti haberi debet, si piè & catholicè sapere volumus, ut illa etiam quæ ex locis propemodum repugnantibus accersit, eo ipso quod ab illa accommodata sunt, vera & certa sint de re cui adaptantur, non minus quàm de illa ipsa, de qua in sua origine dicta sunt. Audiui equidem virum eruditissimum Episcopum Placentinum hac de re pro suggesto differentem, qui cum Beatissimæ Deiparæ conceptionem immaculatam commendaret, atque ea quæ Ecclesia cantat in illius laudem expenderet, censebat ille quidem eam esse in Ecclesia vim, ut quæ litteraliter de Dei Sapientia dicta essent, de Virgine matre etiam litteraliter intelligi deberent, verumque & proprium illorum verborum sensum esse, in quæ ab Ecclesia sancta recirarentur. Quæ sententia viri doctissimi religiosa quidem: sed non prorsus circumspecta mihi videtur. Neque enim Ecclesia sensum litteralè scripturæ tribuere potuit, quem illa hætenus non haberet. Illud omnibus piis ac prudentibus placere non dubito, ea quæ Ecclesia proposito suo accommodat, nõ minoris esse certitudinis quam in primarium propriumque sensum relata. Neque enim Spiritus sancti lumè & vis pati potest, ut in re tanta populo Christiano illudatur. Quam sanctæ Ecclesiæ auctoritatè in componendis, adaptandisque scripturis B. Bernardus nõ solum agnoscit, verum etiam amplificat: qui verba illa enarras: Hodie scietis, quia veniet Dominus; quæ in vigilia Natiuitatis cõtamus, ad hunc modum scribit. Verba hæc quidem suo loco & tempore in scriptura posita sunt: sed non incongrue illa vigiliæ Natiuitatis Dominicæ Ecclesia mater aptauit. Ecclesia,

inquam,

*Bernar.  
serm. 3.  
de vigil.  
Natiu.*

commemorat. Quod si prædictum erat de Christo, de Christo is, qui prædixit diuinitus, intellexit. Nam illud quis ferat: Christum Phariseis dicere: Bene prophetauit Esaias de vobis, & tamen de aliis illam prophetiam intellexisse Esaiam, non de iis, in quos eam Christus inflectit? Abeat proinde, abeat noua hæc neque vera neque tuta scripturas veteres in nouo testamento citatas interpretandi ratio: quam auctor quoque suus parum probatam animaduertens, ad aliam deflectere coactus est, id est, mysticam, minus quidem illam periculosam, sed tamen ne ipsam quidem satis dignitati Euangelicæ respondentem.

*Prophetias semper in nouo testamento citari  
in sensu literalis.*

## C A P. X.

**S**E D priusquam hoc demonstrarem, respondendum est iis, quæ contra stare videntur. Caput nostræ sententiæ est, sacros scriptores spiritu Dei plenos nequaquam, insufficientia testimonia, & à sensu quem volunt, aliena, afferre, existimare fas esse. Obiiciunt *Ioan. 19.* nobis Ioannem dicentem: Facta sunt enim hæc, ut scriptura impleretur, os nõ cõminuetis ex eo. Quam cetè scripturam literalis sensu de agno, mystico autem de Christo per illum præfigurato loqui constat. At symbolica Theologia, ut benè Dionysius docet, argumentatiua non est. Neque enim ex sermone figuratiuo & symbolico idoneum argumentum sumi potest ad fidem de re controuersa faciendam. Hic plerique respondent, scriptori sacro, quem non lauerit, quid Spiritus sanctus voluerit significare, idoneum esse argumētum atque efficax. Neque enim id quod

quod Spiritus Dei intenderit, vanum esse villo modo posse. Quæ sanè satisfactio, vt falsitatis redargui non potest, ita plenè diluere obiectionem mihi non videtur. Quid enim? Testimonia scriptoribusne, an auditoribus fidem facere debent? Quod si Apostolus quid figuratum sit sciat: Iudæus autem, aut Paganus aut quiuis imperitus ignoret, nonne probare quod vult, æquè improbatum dabit? Ego verò sic scripturas à Christo & Apostolis Euāgelistisque citari, sentio, idque semper, vt verè efficiant, quod volunt, hoc est, idoneæ sint ad id probandum apud eos, quibuscum loquuntur, quod probare volunt, dictum prophetarum, impletum. Ergo scripturas quidem in literali sensu semper recitant. Quod si quando mysticum sensum adhibent, quod rarum est, cùm prophetias impletas dicunt, perspicuum esse omnibus legem scientibus supponunt, quod re vera perspicuū erat & certum ex ipsis scripturis. Huiusmodi est agni paschalis immolatione Christi pro nobis obitam mortem significari: quod sanè ignorare eos nō oportebat, qui Esaiam legerant: Posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum: Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum? Sicut ovis ad occisionem ducetur: & quasi agnus coram tondente se obmutescet. Atque in Hieremia, Et ego quasi agnus mansuetus qui portatur ad victimam. Et in Zacharia, Tu autem in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos. Et rursus in Esaiā. Emitte agnum Domine Dominatorem terræ de petra deserti ad montem filię Sion. Multa sunt in Prophetis, & Psalmis ex quibus intelligere Iudæi poterant ac debebant, oportere Christum pati ac immolari pro nobis. Itaque immolatione agni hanc ipsam Christi mortem significari. Vnde licuit planè Ioanni scripturam Exodi in

*Esa. 53.**Hier. 11.  
Zach. 9.**Esa. 10.*

Christo impletam non minus asserere, quam prophetiam quamuis aliam ad litteram de solo Christo loquentem. Vbi enim de re significata constat, idoneum est testimoniũ ex signo sumptum. Nam quod

*2. Reg. 7.* hac eadem lege volunt à Paulo recitatum: Ego ero ei in Patrem, & ipse mihi erit in filium: quod putant de solo Salomone ad litteram dictum, mihi nullo

*Heb. 1.* modo placet. Neque enim Apostolus tanta emphasi diceret: cui enim Angelorum dixit aliquando, Filius meus es tu: ego hodie genui te? & iterum: Ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium. Quæ si non essent verba de Christo ad litteram dicta, ridiculus penè esset Hebræis Apostolus, qui Christi diuinitatem ex sermone de Salomone, qui filius Dei multo minus quam Angeli fuit, probaret, cum contendat ostendere Christum natura Dei filium Angelis omnibus superiorem. Quanto prudentiũs, & melius Augustinus illa omnia nequaquam de Salomone sed de Christo dicta conatur exponere, quòd multa illic sint quæ in Salomone minimè impleta cernamus, quale est, stabiliam thronum regni eius vsque in

*Ang. de ciuit. lib. 17. c. 8.*

*2. Reg. 7.* sempiternum. Et: fidelis erit domus tua, regnum tuum vsque in æternum ante faciem tuam; & thronus tuus erit firmus in æternum. Quod in Euangelio Gabriel dicit illis verbis: Dabit illi Deus sedē David patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Et ipse David in Psalmo octogesi. octauo, & in Psalmo septuages. primo copiosè decantat. Neque est mihi verisimile Dauidem

*Luc. 1.*

*Psal. 50.* virum spiritualem, & qui sibi occulta sapientiæ Dei reuelata gloriatur, tantam gratiarum actionem fuisse relaturum, quantam historia sacra illico prodit, si temporale regnum Salomonis cogitasset, ac non potius Christi æternum intellexisset. Itaque exclamat:

*2. Reg. 7.*

Nunc



Nunc ergo Domine Deus, verbum quod locutus es super seruum tuum & super domum eius suscita in sempiternum, & fac sicut locutus es, vt magnificetur nomen tuum in sempiternum. Scimus autem Salomonis regnum ac posterorum eius temporale fuisse, non æternum. Benè igitur, benè Apostolus Christi diuinitatem ostendit ex eo oraculo, quod de Christo, non de Salomone prolatum est. Quod si contendant homines de Salomone etiam illa suo modo dicta, non admodum contradicam, dummodo de Christo non solum dicta ad litteram, sed etiam præcipuè ac propriè dicta retineamus. Esse autem eiusdem scripturæ plures simul literales & proprios sensus ab ipso sacro scriptore & cognitos & intètos, equidem nullo modo dubito, quemadmodum grauissimi atque optimi Theologi sentiunt, & nos postea Deo fauère demonstraturi sumus. Qua regula semel benè percepta, non est difficile intelligere, quomodo Paulus de Apostolica prædicatione declarec quod apparet à Propheta de cœlorum illustratione & circuitu dictum: In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Hic si quis cœlorum nomine Apostolos in scriptura designari dicat, habebit Gregorium multosque patres suffragantes. At si in sensu tantum mystico de Apostolis illam prophetiam afferri contendat, mihi nullo modo placiturus est, qui literaliter vel solū de Apostolis, vel præcipuè de illis allatā omnino sentiā. De vtrisque autè ad litterā dictam, multo magis existimo. Nā quæ Iansenius exempla posuit ex Euangelio: Benè prophetauit Esaias de vobis, mihi summopere displicent. Quasi non potuerit Propheta de vna atque eadem gente, eodè hypocrisis vitio laborante & sua ætate, & tēpore post futuro pronūtiare quæ Christus recitat.

*Psal. 18.  
Rom. 10.*

*Matt. 13.*

*Tit. 1.* recitat. Licuit certè Apostolo prophani hominis testimonium de Cretenſibus dicere: Proprius, inquit, ipſorum Propheta, Cretenſes ſemper mendaces, malæ beſtiæ, ventres pigri. Equè hoc in eos qui tempore Epimenidis, & qui Pauli erant Cretenſes, dictum eſt. Per accommodationem verò aut alluſionem in eos conuenire, qui tunc erant, cùm de omni genere illorum dicta ſint, aſſerere ineptum profecto eſt. Sed præcipua quæſtio erat de loco Oſee. Ex Ægypto vocaui filium meum. Hieronymus typicè in Chriſto impletam prophetiam Oſee exponit, quòd populus Iſraël Chriſti figura fuerit. Quod ſi cui durum id, atque improbable eſſe videatur, explicanda eſt ſimilitudo in eo, quòd à Deo populus Iſraël vocatus ſit filius primogenitus, quemadmodum Pharaoni dictum eſt: Filius meus primogenitus Iſraël: dimitte ergo filium meum, vt ſacrificet mihi. Verus autem & perfectus filius Dei Chriſtus eſt, qui cum eſſet paruulus, in Ægypto quoque fuit, atque inde in terram promiſſionis vocatus. Sed quoniam Euangeliftæ eas ſolèt prophetias de Chriſto adducere, quæ de illo propriè atque ad litteram ſcriptæ ſunt, eſtque figura illa ſiue ſimilitudo inter filium Dei & populum Iſraëliticum, non admodum facilis, melius illi videntur ſentire, qui Oſeam de populo Iſraële ad litteram, & de Chriſto æquè ad litteram locutum volunt. Neque eſſe abſurdum in iisdem propheticis verbis duos eſſe ſenſus proprios ac litterales. Nam de populo Iſraëlitico Oſeam agere, ipſa ſeries facilè oſtendit, quæ ſic habet: Sicut mane tranſit, pertranſiit Rex Iſraël. Quia puer Iſraël & dilexi eum: & ex Ægypto vocaui filium meum. Vocauerunt eos, ſic abierunt à facie eorum: Baalim immolabant, & ſimulachris ſacrificabant. Nemini dubium eſt, iſthæc in populum illum conue

conuenire, à Deo quidem magnis beneficiis prouocatum, sed non dignam gratiam referentem. At de Christo Domino puero ab Ægypto reuocato Matthæus refert testimonium, neque falli potest Spiritu Dei plenus. Quid ergo? Cerrè vtrumque & voluit, & sensit, & scripsit Oseas. Neque opus est, vt omnia, & antecedentia & consequentia Christo conueniāt: cùm sit familiare Prophetis multa miscere, & longissimè seposita iungere. Itaque illud: Puer Israël & dilexi eum: & ex Ægypto vocavi filium meum, ad Christum referri potest: qui, vt Iustinus optimè differit, nomine Israël in scripturis sæpe vocatur, vt est illud, Israël seruus meus es tu; & in te gloriabor. Eodem genere locutionis de Salomone simul, ac de Salvatore audiuit illustrissimum vaticinium David à Propheta Nathan: Vbi nonnulla magis Salomoni congruere videntur, vt illa: Qui si iniquè egerit, arguam eum, & in virga virorum corripiam eum: alia rursus soli Christo conueniūt manifestè, vt de æterna stabilitate regni & throni illius. Ac ferè obseruādum erit in scripturis, cum plura iisdem verbis insinuare volunt, ita esse verba distributa, vt quædam vni magis quàm alteri sensui seruiant. Sic apud Danielē de Antiocho simul & de Antichristo: Sic apud Matthæum & Lucam de excidio Hierosolymitano & de orbis intèritu simul: Sic in Psalmo septuagesimo primo qui est Salomoni inscriptus, simul de Salomone & Christo oracula diuina pronuntiant. In quibus tamen non omnia æquè vtrique rei accommodantur: sed multa vtrique, nonnulla vni, plurima alteri rei præcipuè assignata sunt. Nam de parabolis Christi, quod Matthæus ex Psalmo refert, illud putare ad litteram de se dixisse Asaph, vel quisquis eum edidit psalmum, non opus est, vt redarguatur, satis esse

*Iustinus  
in Collo.  
Tryph.  
Eja. 49.*

*2.Reg. 7.*

*Dan. 11.  
Mat. 24.  
Luc. 21.  
Psal. 71.*

*Matth. 13.* esse debet Euangelista auctoritas de Christo Domino interpretantis, cui ipsius psalmi exordium suffragatur, cum diuina auctoritate sic inchoet: Attendite popule meus legem meam, inclinate aurem vestram in verba oris mei: & adiungit statim ex eadem persona. Aperiam in parabolis os meum, loquar propositiones ab initio. Quæ verò sequuntur iam mutata persona profert. Quanta audiuius & cognouimus ea, & patres nostri narrauerunt nobis. Itaque non oportet omnem contextum eidem prophetiæ seruire, cum neque in præclarissimis ac notissimis prophetiis id ferè contingat.

*Quid certitudinis habeant scriptura ab Ecclesia rebus aliis accommodata.*

## C A P. XI.

**A**C quæ litterali sensu de iis proferuntur, de quibus scripta sunt, ad eum modum habent. Quæ verò per accommodationem non per proprietatem de aliquo pronuntiantur, vt sunt ea quæ Ecclesia in variis festiuitatibus canit, ex scriptura illa quidem petita, sed in alias longe personas, & res translata: de his merito quæritur, quid veritatis habeant, quid etiam auctoritatis. Videntur enim prima fronte impropria, falsa, ludicra, ac veluti per iocum dicta. Quis enim ignoret iocandi genus, cum de aliis dicta transferuntur ad alios? Sic ex Comico, sic ex Marone scitè ac venustè versus interdum viri eruditi vsurpare solent, vt tacitè quempiam notent, aut carpant. Erit ne igitur verum quod isto genere de alio recitatur, quàm scriptum est? Sed admirabilis est & supra omnem captum humanum scripturæ diuinæ altitudo, quæ in

quæ in istum etiam usum verissimè atque utilissimè trahitur. Tum verò magnificièda est Ecclesiæ Christi auctoritas, quam Spiritus sanctus regit. Quæ tanti haberi debet, si piè & catholicè sapere volumus, ut illa etiam quæ ex locis propemodum repugnantibus accersit, eo ipso quod ab illa accommodata sunt, vera & certa sint de re cui adaptantur, non minus quàm de illa ipsa, de qua in sua origine dicta sunt. Audiui equidem virum eruditissimum Episcopum Placentinum hac de re pro suggesto dissententem, qui cum Beatissimæ Deiparæ conceptionem immaculatam commendaret, atque ea quæ Ecclesia cantat in illius laudem expenderet, censebat ille quidem eam esse in Ecclesia vim, ut quæ litteraliter de Dei Sapientia dicta essent, de Virgine matre etiam litteraliter intelligi deberent, verumque & proprium illorum verborum sensum esse, in què ab Ecclesia sancta recitarentur. Quæ sententia viri doctissimi religiosa quidem: sed non prorsus circumspecta mihi videtur. Neque enim Ecclesia sensum litteralè scripturæ tribuere potuit, quem illa hætenus non haberet. Illud omnibus piis ac prudentibus placere non dubito, ea quæ Ecclesia proposito suo accommodat, nō minoris esse certitudinis quam in primarium propriumque sensum relata. Neque enim Spiritus sancti lumē & vis pati potest, ut in re tanta populo Christiano illudatur. Quam sanctæ Ecclesiæ auctoritatē in componendis, adaptandisque scripturis B. Bernardus nō solum agnoscit, verum etiam amplificat: qui verba illa enarrās: Hodie scietis, quia veniet Dominus; quæ in vigilia Natiuitatis cātamus, ad hunc modum scribit. Verba hæc quidem suo loco & tempore in scriptura posita sunt: sed non incongrue illa vigiliæ Natiuitatis Dominicæ Ecclesia mater aptauit. Ecclesia,

*Bernar.  
serm. 3.  
de vigil.  
Natiu.*

inquam,

inquam, illa quæ secum habet consilium & spiritum Sponsi, & Dei sui, cui dilectus inter vbera commoratur, ipsam cordis sui sedem principaliter possidens & conseruans. Nimirum ipsa est, quæ vulnerauit cor eius, & in ipsam abyssum secretorum Dei oculum contemplationis immerfit, vt & illi in suo, & sibi in eius corde perennem faceret mansionem. Cum ergo ipsa in scripturis diuinis verba vel alterat vel alternat, fortior est illa compositio, quàm positio prima verborum, & fortassis tantò fortior quantum distat inter figuram & veritatem, inter lucem & vmbra, *Exod. 16.* inter Dominam & ancillam. Quod ideo Bernardus dixit, quia in Exodo vnde illa sumpta sunt legimus: Vespere scietis, quia eduxerit vos Dominus de terra Ægypti, & mane videbitis gloriam eius. Fortiorem hic tantus Pater compositionem ab Ecclesia factam ipsa prima scripturæ positione ausus est dicere. Quod documētum piè saneque intellectum, magnum laudibus Diuorum, præsertim immaculatæ Virginis celebrandis, aperit campum: in quem litterata ingenia excurrere possint.

*Quibus rebus accommodari possit scriptura.*

## CAP. XII.

**N**EQVÆ enim ea solummodo quæ Ecclesia ex diuina scriptura mutuatur ad ornanda festa, quæ celebrat, vsurpare debemus: sed illius exemplo instructi pleraque alia assumere, & concinnare, ac proposito nobis argumento accommodare ipsi quoque possumus. Quod faciunt Patres nō raro: nostra verò ætate vt elegantissimus quisque est Ecclesiastes, ita creberrimè. Hoc tamen interest inter ea quæ de diuinis literis Ecclesia solēniter attribuit Virgini matri, aut Diuo

aut Diuorum alicui, vel proposito denique cuiuslibet, atque illa, quibus doctores singuli eiusmodi sua argumenta exornant; quod in Ecclesiasticis illis publica est, & inuicta auctoritas; in aliis potest humana industria labi, & vitio patere, si excedat. Nam quemadmodum de interpretatione scripturæ supra iam diximus, eam, quæ ab Ecclesia recepta est, Spiritus sancti ductu factam, quæ proinde errare non possit: ceteras verò peculiare interpretationes ita esse vitales atque laudabiles, ut reprehendi quandoque iure queant: ita de scripturæ accommodatione censere debentus, solemnem ac publicè ab Ecclesia usurpata in diuinis officiis, canonicæ esse auctoritatis: ceteras pro ingenio cuiusque allatas & laudi & vitio æquè expositas esse. Laus verò omnis & decor in duobus posita sunt: primum ut pietati proficiant, deinde ut aptè conueniant ei rei, cui attribuuntur. Quæ duo explicanda sunt satis. Est igitur primus ac præcipuus Canon sacræ scripturæ isto genere tractandæ, ut in alienos ac prophanos vsus nullo modo trahatur. Omnis enim scriptura diuinitus inspirata 2. Tim. 3. utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum, ad erudiendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonum instructus. Quod si quis scripturæ diuinæ vel minimam particulam in alios vsus detorserit, verè temerarius, imo sacrilegus haberi debet. Reperendum est hoc loco seuerum illud sed planè necessarium magni Concilij Tridentini decretum, quod ita habet. Temeritatem illam reprimere volens, qua ad prophana quæque conuertuntur & torquentur verba & sententiæ sacræ scripturæ, ad scurrilia, scilicet, fabulosa, vana, adulationes, detractiones, superstitiones impias & diabolicas, incantationes, diuinationes, sortes, libellos etiam famosos,

L mandat

*Conc. Tri  
den. ses. 4*

mandat & præcipit ad tollendam huiusmodi irreuerentiam, & contemptum, ne de cætero quisquã quomodolibet verba scripturæ sacræ ad hæc & similia audeat usurpare, vt omnes huius generis homines temeratores & violatores verbi Dei, iuris & arbitrii penitus per Episcopos coënceantur. Nihil igitur ex diuinis verbis promendum est, quod non serio, pie, atque vtiliter audiatur. Sicut autem in hoc genere peccant, qui litteras sacras rebus prophanis accommodant, ita illi vituperandi sunt, qui ad res contra sacras, litteras prophanas cogunt: quale est, quod Hieronymus irridet de Christo crucifixo Vergilianum illud afferre: Talia perstabat memorans, fixusque manebat, aut illud eiusdem: Vulnereque illa geres, quæ circum plurima muros. Accepit patris. Quæ in re considerandum est, Christiana quidem poemata ab Ecclesia interdum cani, vt illud Sedulij, Virgo Dei genitrix, quem totus non capit orbis: In tua se clausit viscera factus homo; aut illud alterum distichon de cruce: O magnum pietatis opus; Mors mortua tunc est: In ligno quando mortua vita fuit. Nusquam verò prophanum carmen ad res sacras adaptat. Quam ob rem probare non possem rapsodiam eorum, qui ex prophanis sacra componunt. Pari quidem audacia sed maiore impudentia ad res turpes & obscenas vertuntur carmina poetarum, quod fecit Ausonius ex Maronianis centonibus scædissimum opus texens. Quod si in ipsis prophanis graues viros & probos vsque adeo offendit eiusmodi petulantis; quid in sacris literis cogitare oportet, quæ in Dei tantum cultum & hominum salutem sunt à Spiritu sancto tradita.

Quibus



*Quibus modis scriptura rectè accommodetur.*

## CAP. XIII.

**A**LTERVM caput est, vt scriptura rei propositæ aptè ac pro dignitate conueniat. Qua in re multa peccât pãssim homines loquaces atque indocti, qui plebeculam vilem vndecumque accersitis sententiis & verbis scripturæ attonitam tenet: quam hænc cohæreant, nihil interim pési habentes. Itaque frivola multa, inania fereque ridicula effundunt, sacram scripturam in omnem partem, vt liber, vertentes. Ergo grauitatis ac decoris ratio est habenda maxima, vt seria, composita, ornata sint quæ dicuntur. Duobus verò modis id fieri solet. Interdum verba ipsa scripturæ recitantur, & proposito argumento accommodantur. Quo more pulchrè colloquia quædam adhibentur: Vt si Beatam Virginem Filij defuncti dolore affectam exclamantem inducas, atque dicentem: Heu heu me fili mi, lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostræ, solatium vitæ nostræ; atque iis vel adiungas vel prælibes. Flebat igitur mater eius irremediabilibus lachrymis. Non dubium est, quin & pietatis & voluptatis ea oratio plurimum afferat. Eodem modo, si Apostolos, aut mulieres deplorantes inducas: Recordare Domine, quid acciderit nobis: intueri & respice opprobrium nostrum: Hæreditas nostra versa est ad extraneos. Pupilli facti sumus absque patre. aut illud eiusdem Hieremiæ: Defecit gaudium cordis nostri, versus est in luctum chorus noster. Cecidit corona capitis nostri: vç nobis quia peccauimus. Si Mariam in templo offerentem paruulum Christum, ita loquentem facias: Pro puero isto orauit, & dedit mihi Dominus petitionem meam quam postulauit eum. Id circo &

Tob. 10.

Thren. 5

Ibidem.

1. Reg. 1.

ego commodavi eum Domino, cunctis diebus quibus erit accommodatus Domino: profectò fiet ut deuotè ac iucundè audiaris. Innumera sunt exempla huius generis, quæ in diuini verbi tractatoribus prudentibus disertisque animaduertes. Quæ magnè afferunt pietati incrementum rebusque diuinis splendorem quendam mirificum ornatumque cõciliant. Sed in hac vtendi scripturis ratione neminem debet offendere, si non omnia ex integro verba recitentur, si quædam paululum immutentur: tanquam id falsitatis aut vitij quicquam habeat. Neque enim profertur ut testimonia ad fidem de veritate rei faciendam: sed concinnantur ad venustatem ornatumque mysteriorum Dei. Et habent illa etiam modo veritatem suam; quòd fœcundissimus sit Spiritus sancti sermo; & ad pietatem isto modo promouendam etiam diuinitus comparatus. Denique ad omne scrupulum eximendum, satis esse superque debet Ecclesie matris auctoritas, quam isto genere ad sua officia illustranda passim vti, & supra ostendimus, & per se manifestum est. Altera ratio accommodandi scripturam non tam in verbis quam in sententiis consistit; cum similia, aut contraria vel quouis modo sese attinentia proferuntur. Exemplum ex D. Bernardo ponam, qui sancti Ioseph sponsi Virginis Mariæ laudes persequens ita scribit. Ille Ioseph fraterna ex inuidia venditus, & ductus in Ægyptum Christi venditionem præfigurauit: Iste Ioseph Herodianam inuidiam fugiens Christum in Ægyptum portauit. Ille Domino suo fidem seruans Dominæ noluit commisceri: iste Dominam suam Domini sui matrem virginem agnoscens & ipse continens fideliter custodiuit. Illi data est intelligentia in mysteriis somniorum; isti datû est conscium fieri atque participem cœle

*Bern. in  
Homi. su  
per Mis-  
sus est.*

cœlestium Sacramentorum. Ille frumenta seruauit, & reliqua, quæ prosequitur. Vbi vides scripturæ facta sententiæque accommodari, vt ex iis quæ de alio conscripta sunt, alius ornetur. Hoc genus patet amplissimè, & cum legitimè prudenterque adhibetur, valde iucundum est. In quo omnino cauendum, vt quæ vitio dat scriptura, ne in alicuius laude ponantur, neue ea rursus quæ laudat, in reprehensionem cuiusquam vertantur. Sed quæ de capite Christo dicit, ea ad membra accommodare, aut quæ in membro laudat ad caput trāsferre, aut quæ de vno membro Christi celebrat, ad aliud item membrum Christi aptare legitimū est, neque excedit regulas à maioribus nostris de tractanda sacra scriptura positas. Ac de accommodato scripturæ genere hætenus dictum sit.

*Proprium esse scripturæ mysticos siue allegóricos sensus simul cum historicis habere.*

## CAP. XIII.

**D**E ALTERO genere tractandi scripturam per allegoriam, pauca dicēda sunt, propterea quod à multis multa sunt dicta. Atque imprimis definitionem supra iam dictam retinendam putamus: vt allegoricus sensus ille intelligatur, qui ex rebus ipsis, non ex verbis proximè elieitur. Hoc enim præstantissimi Theologi iure censent. Ita fit vt tropologicum, & mysticum, & typicum, & moralem, & allegoricum pro eodem sumamus, quatenus à literalibus, & historico propriè secernitur. Nam quod Hieronymo placet, tropologicum diuersum esse à mystico & litterali, in quos tres sensus ille scripturam distribuit iuxta Salomonis præceptum: describe eam

*Tho. 1. p. 9. 1. a. 10.*

*Hiero. li. 5. in Eze. cap. 16. Prom. 1.*

*Hugo de sancto Viatore in prolo. lib. 1. de Sacra. c. 4.* tripliciter, cuius sententiam sequitur Hugo, vultque tropologicum medium esse inter litteralem, & mysticum, nos scholæ morem gerentes, facilius putamus & melius, omnem sensum scripturæ in litteralem & mysticum partiri: deinde horum vtrumque more dialectico rursus in plures diuidere: Vt litteralis in eas species distribuatur, quas Augustinus commemorat, historicum, ætiologicum, & analogicum. *Aug. lib. de utilitate credendi c. 3.* Tametsi videntur illæ rationes non admodum ad scripturæ cognitionem conducere, sed propter auctoritatem antiquorum retinendæ sunt. Mysticus verò, siue spiritualis sensus etiam in alias partes fecatur: vulgòque tres ponuntur, allegoria, hoc est, cum res noui testamenti in veteri figurantur, moralitas, quæ ad mores nostros per significationes rerum gestarum componendos pertinet, anagogia quæ de rebus æternis & vita futura est. Quamquam tertium hoc genus antiqui ab allegorico minime discernunt. Nam allegoriam à moralitate distingui, Gregorius & auctoritate & exemplo docet, cum scripturam Regum & Iob vtroque modo mystico tractat. Quod autem Sanctus Hieronymus medium inter mysticum & litteralem facit tropologicum, *2. Cor. 9.* cuius exemplum ponit: Non alligabis os boui trituranti, quidam litteralem esse volunt; quòd ex eo argumentetur Apostolus, Symbolica autem argumenta robore careant. Nos mysticum siue allegoricum potius existimamus, quòd ex rebus ipsis non ex verbis proximè eliciatur. Neque enim parabolicus fuit ille sermo, sed proprius & historicus, quo iussi sunt Iudæi illud ceremoniæ obseruare, & re ipsa obseruarunt, vt alia pleraque propemodum puerilia. Licuit autem Apostolo argumentari, & benè colligere, Euangelizantibus permissum esse cibum ex iis, apud

apud quos prædicant Euangeliũ, propterea quod lex illa de bobus non infræmandis indigna esset Deo, nisi aliquid ex illa significari veller. Dixi enim iam supra, atque iterum repeto, etiam symbolicam aut allegoricam scripturam esse efficacem ad quidvis colligendum, cum de significatione cõstat. Ac sancti Patres sæpe etiã aduersus hæreticos eiusmodi testimonia proferunt, neque vitiosum est differēdi genus, cū præsertim aliis planè historicis & literalibus testimoniis adiuuatur. Ædificat enim interdũ, vt Gregorius ait, allegoria fidem. Verũm his missis illud parui fieri nullo modo debet, quod iidem auctores tradũt, sacræ scripturæ proprium peculiareque esse, vt simul historiã mysteriumque prodat, & res spirituales per corporales, & æternas per temporales doceat, cum sit solius diuinitatis, vt Augustinus dixit, ipsas etiam res gestas ad alias res significandas, instituere, sicut homines verba ad res solent. Neque Symbola Pythagorica, neque Ægyptiorum Hieroglyphica nos vlla ratione perturbant, neque quæcumque alia instituta philosophica, quæ rebus magis quam sermonibus docere videntur. Sunt enim non res, sed signa etiam ab hominibus instituta, aut exempla in eodem genere virtutis aut vitij, quibus auditores suos erudiant, quæ disciplina vniuersa facilis est, & humano ingenio nullo modo superior. At vitam, actus, successus, & rerum gestarum ordinem ita instruere, vt futura, abdita, ab ipsisque, qui ea gerunt, nulla, ratione perspecta, nisi quantum diuinitus edocentur, exprimant atque declarent, vniuersam hoc naturæ humanæ atque Angelicæ facultatem superat. Itaque impiè illi facere putandi sunt, qui fabulas poëtarum, aut commenta veterum allegorizant, vt errores gentilium de Diis opprobriisque

*Greg. Ho  
mil. 40.  
in Euãg.  
Greg. 20.  
mor. c. 1.*

deorum eluant : qui verò ad res sacras aut morales accommodant, minus quidem peccât, sed sacræ scripturæ mihi facere etiam videntur iniuriam, quòd illius maiestatem ad ista prophana traducant. Neque mihi vlllo modo placet Virgilius spiritualis, neque in Ænea Christum dignor aspicere. Quamquam B.

*Ambros. ser. 55.* Ambrosium noui: Vlysem Syrenarum cantus alligatum malo nautico vitantem, sociorum auribus cera occlusis, allegorizare de Christo crucé amplectente, vt nos ad carnis illecebras obsurdescamus, & periculosa naufragia crucis ductu euadamus. At hæc veneranda propter auctoris magnitudinem potius quàm imitanda sunt: estque potius obseruanda lex ne in custodia tabernaculi alienigena misceatur nobiscum, neve semen filiorum Dei ad alienigenas *Num. 18. 2. Esd. 9.* transeat.

*Non esse omnia in scripturis sacris allegorizanda.*

## C A P. X V.

**S**O L A quidem scriptura sacra allegoricos mysticosve sensus habet. At non ideo superstitiosi etiã esse debemus, vt in quacumque re siue gesta siue dicta quæramus allegorias. Quæ præstantium Ecclesiæ luminum Hieronymi atque Augustini præceptio nõ potest sine temeritate cõtemni. Augustinus quidem triplicem vult esse scripturam: temporalem, spiritua-lem & ex vtroque cõpositam, quod genus frequentius est. Tripertita, inquit, reperiuntur eloquia prophetarum: si quidem aliqua sunt ad terrenam Hierusalem spectantia, aliqua ad cœlestem, nonnulla ad vtramque: exemplis id probat, & subiicit. Quod genus prophetiæ ex vtroque veluti compactam atque commixtum valet plurimum, multumque exercuit & exer

*Aug. 17. de ciui. c. 3.*

& exercet ingenia sacras literas scrutantium. Porrò Hieronymus non modò multa ex diuinis litteris historicè tantùm, ac non etiam allegoricè accipienda sentit, eosque irridet qui nihil non allegorizandum putant: sed in illis etiam ipsis quæ in nouo testamento mysticè exponuntur ex veteri, multa esse confirmat, quæ simpliciter non typicè transigenda sint. Sicut parabolæ Saluatoris Chrysoſtomus interpretandas monet modo quodam seruato vt non omnia mysteriùm præbeant, sed connexionis cæterorum gratia nonnulla ponantur. Prudens, ait Hieronymus, rogandus est lector, ne eundem velit Tropologiæ ordinem, quem & historiæ quærere. Nunquid totum principium Geneseos & fabricam mundi & conditionem hominum ad Christum & Ecclesiam referre possumus, quia eo testimonio Apostolus abusus est?

Quæ de re taxatur Origenes, quòd nimis fuerit in allegorizandis scripturis: atque ex ea occasione historiæ fidem quãdoque detraxerit. Quamquam Origenem defendit Pamphylus martyr, quod multa secundum litteram accipienda tradiderit, præsertim in Euangelicis præceptis, multa in historiis veteris testamenti ita esse gesta credenda censuerit. At hæc mihi satisfactio non satis apparet idonea. Etenim si quædam gesta esse quæ narrantur, credere debemus: quædam etiam narrantur, quæ non debemus credere gesta, sed propter allegoriam scripta esse, vt spiritualiter geri intelligantur, actum erit de fide scripturarum. Quid enim superest, nisi vt humano ingenio, nostraque ratione meriamur, quid fide dignum sit, quid indignum, vt ad tropologiam referamus? Ita non Scriptoris auctoritas, sed lectoris arbitrium, quid gestum credere oporteat vbique decernet. Quæ perquam perniciosa sententia semel introducta, fa-

*Chrysoſt.*  
*in 20. c.*  
*Mat.*

*Hiero. in*  
*1. c. Iona.*

*Ita sanè*  
*Hierony.*  
*Pamphyl.*  
*in Apolo*  
*gia pro*  
*Origene*  
*in 4. To*  
*mo Hieronym.*

cilè erit Euam ex còsta Adæ fabricatam verè negare, quia hoc Caietano ineptū apparet : & paradisum, paradisi que fontè ex quo quatuor flumina maxima oriantur, nequaquam historicè sed spiritualiter tantum recipere, quod Origeni ita visum est: Eadem licètia Samsonis fictam fabulam reputabimus, vt eam vocarunt quidam: Et Iob totum librum esse tropologicum, vt asseruit nuper quidam, sed minimè impunè: Et Ionæ ipsius prodigium in piscis ventre seruati per visionem non per historiam contigisse censebimus. Denique cum nostra ista Tropologia quicquid minus in diuinis litteris attulerit, euertemus. Hoc tantum damni est, vt malim allegoriæ fructu priuari, quàm historiæ radicem ea occasione succidi. Est igitur magni Gregorij præceptum vbique seruandum, vt primum historiæ fundamentum solidum iaciatur, deinde allegorica ædificatio procedat. Quare quæcumque in diuina scriptura gesta narrantur, gesta esse tenere debemus. Neque nobis vel difficultas, vel rei, si qua videtur, indignitas vllò modo obstat, si de narrationis ordine constet. Quamuis enim D. Hieronymo non placeat Oseæ cum meretrice adulteraque coniugiū putetque proinde totum illud mysticè accipiendum: Nobis tamen meritò præferenda videtur Augustini sentètia atque Irenæi martyris, qui re ipsa ita accidisse cõsentiunt, quorum auctoritatè cõmuni schola Theologorum sequitur. Nam cū scriptura phrasi narratoria vtatur, cum & nomina propria ponat, & ordinem rei edoceat; Et abiit, inquit, & accipit vxorem Gonfer filiam Debellaim; profectò si hæc non verè gesta sunt, omnia gesta prophetica per imaginariam visionem exponi poterunt. Ita & Ionæ nauigatio, & nuditas Esaiæ, & rasio pilorum Ezechielis, & Hieremiæ percussio non fidem historiæ habebunt,

Greg. Ho  
mil. 1. in  
Ezech.  
& Hom.  
24. in  
Euang.  
Hiero. in  
prologo  
super O-  
seam. &  
cap. 1. &  
in Ezech.  
cap. 4.  
Aug. 22.  
contra  
Faustū,  
ca. 80. &  
libr. 3. de  
Doctō.  
Chris. c.  
12.  
Irenæus.  
li. 4. c. 37.  
Tho. 1. 2.  
q. 94. a. 5  
Ose. 1.  
Iona. 1.  
Esai. 20.  
Ezech. 5.  
Hier. 20.  
Ezech. 4.  
r. 13.



bunt, sed mysticos tantum sensus aperient. Nam quæ Hieronymus opponit Ezechielē tot diebus ex vno latere dormientem, & Hieremiam lumbare in Euphrate abscondentem cum adhuc teneretur in carcere, imaginariò hæc non re ipsa accidisse, non ita faciliè cõsentiam. Scribit Theodoretus pulcherrimam præfationem in vitam Simeonis Stilitæ, in qua prophetica hæc atque admirabilia gesta commemorat, eamque non ex consuetudine humana metienda, sed ex potestate diuina præclarissimè admonet. Sed de prophetis narrationibus, quæ in spiritu factæ interdum leguntur, poterit lector sententiam vtrambilibet sequi, si idoneos habeat auctores. Vt in illa Osee vel Hieronymum & Rupertum, vel Augustinum & Thomam probare. Quamquam vt tutissima, ita etiam certissima est illa, quæ fidem semper historiæ præbet, cum historicè etiam prophetica scriptura procedit. Attamen in iis quæ ex instituto historiam narrant, & res gestas scribunt, vt libri omnes Moyse, & Regum, & Iudicum, & Tobia, & Esther, & Iudith, & Machabæorum, & Euāgeliorum, & Actuum Apostolicorum: in his omnibus quicquam detrahere historicæ veritati, nefas est maximum. In his etiam quæ manifestam narrationem continent, vt Ionas, vt Iob, vt Daniel, vt plurima in Hieremia & Esaia:

In quibus omnibus veritas historiæ illibata conseruanda est atque inde ad mysticos recessus penetrandum.

\* \* \*

*Quæ*

*Theodoretus in  
vitis Dei  
armati.*

*Quæ in scripturis ad litteram solum modo accipienda sint, quæve maximè allegoriam ament.*

## C A P. X V I.

**M**ONENT quoque sancti Patres in præceptis moralibus non esse quærendas allegorias : sed ipsi sensui ad litteram insistendum , cum in eo charitatis atque honestatis forma præbetur. Neque enim *Exod. 21.* opus est , vt cum audimus : Honora patrem tuum & matrem tuam , Deum & Ecclesiam cogitemus : cum de Deo diligendo, & Ecclesia veneranda aliàs aperitissima præcepta posita sint. Neque cum dicitur nobis; Diligite inimicos vestros , oportet ad eas operationes Virtutum recurrere , quæ sunt nobis maxime molestæ & velut inimicæ: sed ipsos homines quos patimur aduersos , tolerare atque diligere iubemur. Mihi verò etiam in Prouerbiis & Ecclesiastico displicet quorundam expositorum nimia spiritualitas: qui nihil patiuntur tradi ad œconomiam & politicam conuersationem : sed omnia ad perfectionem statim referunt. Puto verò Spiritum sanctum etiam ad hæc humana descendere, & illa præcepta dare, quæ à viro cordato & experto libenter audires etiã de re familiari, etiam de prudentia humana. *Eccli. 7.* Exempli causa. Ecclesiasticus ita loquitur , seruus sensatus sit tibi dilectus quasi anima tua, non defraudes illum libertate, neque inopem derelinquas illum. Pecora tibi sunt? Attende illis , & si sunt vtilia , perseuerent apud te. Hoc aliquis ad gregem spiritualè animarum referre possit, quòd parù putet interesse Spiritus sancti, vtrù pecoribus curam impendamus nec ne. At mihi longe suauius sapit , si cum de seruis & filiis , & familia Deum monentem audio, etiam de re familiari, honestum prudensque consilium dantem accipio: Nam & ipsa

ipsa res familiaris in sanctos piosque vsus expendi debet, præsertim ab iis quorum interest vel pauperes vel ecclesiasticam familiam alere. Ita nõ erit præter finem diuinæ legis, qui est charitas, etiam de tuendo grege, de ineundo conuiuio, de vitando ære alieno præcipere. Quod si in iis, posito primùm morali documento, ad altiores quis sensus, assurgat, nullo modo repugno; neque verò quemquam allegorizare ipsa etiam apertissima præcepta, dummodo solidum litteræ fundamentum maneat. Quod de præceptis moralibus dixi, idem multo amplius tenendum est in explicãdis prophetiis de Christo & Ecclesia. Neque enim oportet illas allegoriis friuolis extenuare, vt Sãctus docet Hieronymus: neque altitudinẽ diuini Spiritus commentis nostris obtundere, in iis præsertim quæ sunt clarissima fidei Christianæ sydera. Regula, ait Hieronymus, scripturarum est: vbi manifestissima propheta de futuris texitur, per incerta allegoriæ non extenuare quæ scripta sunt. Quod de illa propheta dicit Malachiæ: Non est mihi voluntas in vobis, & munus nõ suscipiam de manu vestra: ab ortu enim solis vsque ad occasum magnum est nomẽ meum in gentibus: & vbique offertur nomini meo oblatio munda. Quod de translatione Sacerdotij apertissimum testimonium est. Quæcumque autem in litteris apostolicis, aut Euãgelicis testimonia proferuntur, hac lege explicãda sunt, vt non allegoricis sensibus debilitetur veritas Euãgelica prophetata. Quæcumque autem nõ habent vsque adeo certam expositionem, si possunt ad Christi & Ecclesiæ mysteria & res gestas commodè afferri, illa sit præstantissima interpretatio. Sin in rebus gestis id non apparet, aut indignũ sit quod dicitur, allegoria quaerenda erit. De Apocalypsi Ioãnis, ego sanè ita opinor  
 multa

*Hier. in  
cap. 11.*

*Zach.*

*Hierony.  
in 1. cap.*

*Malach.*

*Malac. 2*

multa in ea latere mysteria , quæ vsque ad rerum exhibitionem nisi prophetico æquè spiritu, intelligi plenè non possint. Qui autem explicando coniectant, si nihil, quod fidem aut charitatem lædat, annūntiant, suspensè audiendi sunt, vt euentui rei certitudo committatur. Sed quæcumque, si accipiantur, vt sonant, fidem euertunt, vt regnum Millenariorum in prima resurrectione; aut sensum impossibilem præbent, vt mitte panem tuum super transeuntes aquas, & post

*Eccle. 11.* tempora inuenies illum; aut absurdum quippiam inducit, vt, inueni quod hoc esset bonum comedere & bibere; Itemq; lætare cum vxore adolescentiæ tuæ, vberta eius inebrient omni tempore; ea omnia sensus habere altiores, atque spirituales nondum est. Illud quoque consideratione dignissimum, gesta veteris populi non æquè omnia fuisse prophetica: sed quæ in Genesi traduntur, atque Exodo & toto Pentateuco maximè mysteriis scatēt. Quæ etiā vsque ad regnum Dauid, & Salomonis, sub quo populus ille ad summū fœlicitatis humanæ perductus est, ea omnia expressam habent regni Christi & Ecclesiæ imaginem. Quæ exinde iam successerunt, non æquè prophetica inuenies, eoq; minus quò magis ipsi plenitudini tēporum, quando misit Deus filium in similitudinem carnis peccati, appropinquabant. Iraque gesta Machabæorum vix est qui allegoricè accipiat. Attamen per partes omni etiā ætate populus ille prophetauit. Fuere enim viri iusti & sancti, & propheta, qui de Christo non solùm sermonibus, sed & actibus prophetarunt, vt Elias, Eliseus, Esaias, Hieremias, Ionas, & Daniel, Ezechiel, Malachias, Zorobabel, Iesus filius Iosedech, & alij complures. Ipse Iob manifestè Christi patientis personam sæpenumero indicat. Inter omnes verò præcipuus Dauid, qui ipso solo natali,

tali, foelicibusque incunabulis Christum nobis expressit. Inter gentes etiam fuisse nonnullam rerum diuinarum imaginem non oportet negare, cum & Assueri conuiuia cernamus, & Cyri laudes celebres apud Esaiam, sed tenuiter in his expressus est Christus. Antiquissima verò tempora nescio quid hac in parte habent diuinitatis, occultæ, & ad mysteria Christi Ecclesiæque Christianæ maximè accommodata sunt. Quibus omnia in figura contigisse dixit Apostolus.

*Esfer. 1.  
Esa. 44.  
O 45.*

*Que sit ratio ducendi allegoricos sensus.*

CAP. XVII.

**Q**VÆ sit autem ratio ducendi Allegorias, melius Spiritus sancti dono quam vllis præceptionibus disci potest. Sed illud in aperto est, quæ sunt in sacris litteris, quauis ratione exposita, ea inde petenda esse, atque illorum exëplo ad reliqua aperienda proficiendū. Serpentem æneum à Moysè exaltatum, de se ipso in crucè sublato Christus interpretatur. Sacrificia prisca atque omnè illum cultū mortè & sanguinem Christi prænuntiasse, Paulus ostendit; idè, Melchisedech summū sacerdotè oblationè significasse: mari rubro baptismū, manna calitis dato panè nostrum super substantialiam, cætera populi illius cōditione statum præsentis Ecclesiæ esse adumbratū; Ionam typum gessisse mortis ac resurrectionis Christi ex Euāgelio discimus. Multa sunt alia, quæ cōmemorare non est necesse, in quibus Spiritus Christi sequendus est, & quæ ille tradidit diligenter consideranda: quæ reticuit iisdem si possumus vestigiis persequenda. Nusquā meli⁹ discimus scripturæ mysteria, quàm in ipsa scriptura: quā proinde scrutari nos Dominus iubet. Sed re vera ad mysticos, mirabilesq; sensus Saceratū literarū cognoscēdos spiritu opus est: spiritus em̄ vbi vult spirat, & sic est dīs qui nat⁹ est ex spiritu.

*Num. 21.  
Ioan. 3.  
Heb. 10.  
Heb. 7.*

*1. Cor. 10.  
Mat. 2.*

*Ioan. 3.  
Ioan. 3.*

Quam

Quam ob rem videmus viros insigniter spirituales,  
 & Deo contemplatione assidua factos familiares,  
 mirabilia de lege eius pronuntiare, & memoriam  
 abundantia suauitatis illius eructare. In horum gre-  
 ge cernes sanctissimos monachos Bernardum, Ri-  
 cardum de sancto Victore, Rupertum Tuitiensem,  
 atque ante omnes hos Magnum Gregorium: qui oc-  
 culta prouerbiorum exquirunt & in absconditis pa-  
 rabolarum simul conuersantur. Premunt enim Vera  
 sponsa, & lac eliciunt dulcissimum. Vereres Patres  
 etiam hoc dono ditati sunt: Augustinus, Ambrosius,  
 Hieronymus, Prosper: quorum lucubrations eius-  
 modi diuinis aromantibus pigmentisque redundant.  
 Græci, præter Origenem, non vt dentur vsque adeo  
 allegoriis dedit quamquã habet & ipsi miram soni-  
 pturarum eruditionem. Et Cyrillus vel quisquis au-  
*Eecl. 39.* ctor est in Leuitico multum allegorizans. Ergo  
 quod scriptum est, vir sapiens narrationem horum  
 virorum nominatorum conseruabit, & in Prophetis  
 vacabit. Quod si tradenda est adhuc methodus ali-  
 qua enodandi sacras allegorias, ex consuetudine ser-  
 monis sancti, & ex proprietate rerum & naturarum,  
 quas, nominat, significatio spiritualis eruenda erit. Et  
 nominum quidem Hebraicorum valet, nõ parum ad  
 hoc interpretatio, vt Hieronymus iure admonet, per-  
*Hieron. lib. de no- min. He- braicis.* sonarum, vrbium, locorum, cæterorũ. Deinde inspi-  
 cienda est vis ipsa, & natura rei, quæ tractatur: vt cum  
 dicitur, oculum qui subsannat patrem, effodiãt eum  
*Prou. 30.* corui de torrētibus. Quæ sit natura coruorum inspi-  
 cienti, & rem propositam contemplanti, facilè oc-  
 curret, solere coruos effodere oculos in patibulis su-  
 spensorum. Itaque furca periturum ominatur is ser-  
 mo tanquam ingratus atque scelestum: Hinc iam  
 ad mysticũ altioremq; sensum gradus fit: vt oculum  
 petulan

petulantem rapi à dæmonibus intelligamus, vt cæcus fiat, qui videnda non videt. Quam ob rem naturas proprietatesq; rerū ad reconditos scripturæ sensus eruendos, percallere magnopere confert. Verūm cauenda est puerilis quædam atque indocta opinio, quæ rebus bonis, quæ bona putat, attribuit, malis quæ mala. At naturæ omnes bonæ sunt. Qua verò ratione significapt, possunt non bona à bonis significari, & à malis non mala. Sunt hæ res ad significandū, vt characteres. Fit enim sæpe vt eodē caractere & bona & pessima scribantur, sed adiunctis aliis notis, idem character contraria sæpe designat. Verbi gratia. Eadem capitali littera scribitur Deus, qua scribitur etiā Diabolus. Ita certè leo interdum Christum ob fortitudinem suam regiam, interdum Satanam notat ob sequitiam & rapacitatem. Columba simplicitatē Deo gratissimam in canticis declarat, & sponsam eo nomine insignit: apud Oseā columba populum vācotidē & stultum notat. Volucres cœli in parabola Sinapis homines contemplationi deditos, & in altum volantes accipimus: in parabola seminis dæmones potius. Quis vero volucres cœli dæmones exponeret, nisi diuinitus esset edoctus? Serpētē male in scripturis audire omnes scimus, & serpentē vectē ac tortuosum apud Esaiā esse Satanā: at suspensum à Moyse serpentem ipsum filium Dei intelligere Euangelium nos docuit. Ergo consideranda est circumstātia finisque orationis, vt quid quo referendum sit intelligamus. Quin etiam eiusdem historiæ mysticos sensus plures esse nihil verat, imo verò plurimos esse, creberrimū & Spiritus sancti maiestate dignissimū. Per inundationem diluuij, quo mundus purgatus est, Petrus interpretatur baptismi aquam omnia scelera abluentem. Idem aliàs mundi interitum præfagire

*Apoc. 5.*  
*1. Pet. 4.*  
*Cant. 2.*  
*s. 6.*  
*Osee. 7.*  
*6. 11.*  
*Matt. 13.*  
*Ibidem.*

*Esai. 27.*  
*Ioan. 3.*

*1. Pet. 3.*  
*2. Pet. 3.*  
*Mat. 24.*  
*1. Cor. 10.*  
*Ioan. 7.*

M demon

demonstrat, quod Christus apertius retulit, sicut erāt inquit homines in diebus Noë comedētes & bibentes & venit diluuium, & tulit omnes: ita erit aduentus filij hominis. Manna Paulo noster panis viuificus est: Christus illud Manna deiicit, quod non sit panis de cœlo, sed ille sit panis de cœlo verus, quem ipse dat carnem suam. Sabbathismum requiē patriæ Apostolus explicat, Christus in sabbatho etiam operari patrem suum ostendit. Ex eodem ergo historico & literalī sensu, plures spirituales & mysticos expro-mere non est absurdum; quod sancti Patres sæpe fecerunt, Gregorius præsertim in Iob & in libro Regum primo, quem commentariis illustrant.

*De sensu historico & literali.*

CAP. XVIII.

**I**A M verò de historico sensu eodemque præcipuum Idicendum est: Præcipuum dixi, non quòd spiritua-lem nò putem literali præferendū, cum scribat Apo-stolus, litera occidit, Spiritus autē viuificat: & Chris-tus dominus, verba quæ locutus sum vobis. Spiritus & vita sunt. Spiritus est qui viuificat, caro nò prodest quicquā: & rursus, iustum iudiciū iudicare, & nolite secundum faciem iudicare. Dixi tamen præcipuum, primū quia est fundamentum alterius, sine quo mi-nime constat. Deinde quicquid vsquam per mysticū sensum traditur, ad fidē aut mores pertinēs, ad ipsam aliās per literalem sensum apertè traditur, vt præcla-rè Augustinus admonuit. Neque est vlla celsitudo tā-ta mystici, & allegorici sermonis, quæ non sit ad li-teram in Euangelio aut epistolis aut in alia scriptura tradita. Præterea omnem quidem mysticum sermo-nem historico & proprio associatum cōstat, omnem verò historicum & literalem allegorico iungi nò est necel

*Heb. 4.  
Ioan. 5.*

*2. Cor. 3.  
Ioan. 6.  
Ioan. 7.*

*Aug. 2.  
de Doct.  
Christ. c.  
15.*



necesse. Quin potius sunt plurima eademque clarif-  
 sima scripturæ loca quæ sensu literali contenta alle-  
 goricos prorsus respuunt ac dignantur. Vt ego & pa- *Ioan. 10.*  
 ter vnum sumus. In principio erat Verbum, & Deus  
 erat verbum, & verbum caro factum est; & cum in  
 forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se *Ioan. 1.*  
 æqualem Deo, sed semetipsum exinaniuit formã ser-  
 ni accipiens: Et Spiritus qui à Patre procedit ille me *Phil. 2.*  
 clarificabit, quia de meo accipiet: Et hæc est vita æ- *Ioan. 16.*  
 terna, ut cognoscant te Deum verum, & quem misi *Ioan. 17.*  
 isti Iesum Christum: Et ego vobiscum sum vsque ad *Mat. 28.*  
 consummationem sæculi, Profectò in iis spiritus &  
 litera idem sunt: & ultra literam velle allegoricè sa-  
 pere, desipere est. Merito, igitur dixi, præcipuũ scri-  
 pturæ esse literalem, si vniversè ac non per partes ac-  
 cipiat. De hoc verò primum quæritur, an multi-  
 plex esse possit, an potius vnicus ac definitus. Id e-  
 nim scire plurimum refert. Sũt quibus videatur ab-  
 surdum, vnus literæ plures existere sensus, quasi vnã  
 sententia plures cogatur habere sententias, Nam si  
 non est vnum aliquid definitum, quod sua oratione  
 Moses, aut Paulus expresserit, sed sunt plures eiusdẽ  
 loci enarrationes veræ omnes, intentæ omnes, lite-  
 rales omnes, non poterit firmum & certum argu-  
 mentum inde peti, cum liceat ex vno ad alterum sen-  
 sum dilabi. Itaque & omnia erunt incerta, neque  
 poterit aduersus hæreticos fides catholica ex scriptu-  
 ris ostendi, quarum erit interpretandarum tanta va-  
 rietas. De sensu quoque literali certant, an is debeat  
 intelligi, quem facer scriptor cogitauit, an sufficiat  
 Spiritui sancto ita placuisse, tametsi scriptori mini-  
 mè id in mentem venerit.

*In eadem littera plures latere sensus veros & proprios & ab ipso scriptore cognitos & intentos.*

## CAP. IX.

*Aug. lib.  
12. Conf.  
c. 30,  
& 31.*

**A**VGUSTINVS vt fuit ingenio acri & sublimi, multa differendo assecutus est præclara & mirabilia: ex quibus vnum hoc vel præcipuum haberi potest. Is in duodecimo Confessionū suarum volumine postquam multa differuit de vera intelligentia illorum Mosis verborū: In principio creauit Deus cælū & terram, vbi demonstrauit permultos explicari posse sensus eosque veros, tū principij, tum cæli, tum etiam terræ, quærit vtrum vnum quendam illorum voluerit sibi Moses, an potius omnes & perceperit, & verbis suis insinuandū putauerit: atque ita demum Deum alloquitur, apud quem ardentissimæ agit ea de causa: Eundē famulum tuū scripturæ huius dispensatorem, spiritu tuo plenum ita honoremus, vt hoc te reuelate cū hæc scriberet attēdisse credamus, quod in eis maximè & luce veritatis, & fruge utilitatis excellit. Ita cum alius dixerit id sensit quod ego, & alius, imo id quod ego, religiosius me arbitror dicere, cur nō vtrumque potius, si vtrūque verum est? Et si quid tertium, & si quid quartum, & si quid omnino aliud verum in his verbis quispiā videt, cur nō illa omnia vidisse credatur, per quem vnum Deus sacras litteras vera & diuersa visuris multorum sensibus temperauit? Ego certè quod intrepidus de corde meo pronūtio, si ad culmen auctoritatis aliquid scriberem, sic mallet scribere, vt quid veri quisque de his rebus capere posset, mea verba resonarent, quàm vt vnā veram sentētiam ad hoc apertius ponerem, vt excluderem cæteras, quarum falsitas me nō posset offendere. Nolo ergo Deus meus tam præceptus esse,

vt de

vt de te hoc virum illum meruisse non credam. *Sen- Tho. 1. p.*  
 fit ille omnino in his verbis, atque cogitavit, cum ea *q. 1. a. 10.*  
 scriberet, quicquid hic veri potuimus inuenire, & *& de po-*  
 quicquid non potuimus, aut nōdum possumus, & ta- *sent. q. 4.*  
 men in eis inueniri potest. Quæ optimi ac sapientif- *a. 1. Ly-*  
 simi Patris magnifica, & illa maiestate digna senten- *ran. in*  
 tia, iam pridē inter primarios Theologos meritō ob- *prologo*  
 tinuit. Me verō non tam mouet auctoritas Augustini *Biblia*  
 & Thomæ, quā maiorem cuiusquam citra canoni- *Driedol.*  
 cam nō video, quā vincit illa ipsa ratio, quā Au- *2. de sac.*  
 gustinus in eodem libro prius expressit. Quōd Dei *scrip. c. 12*  
 maiestatem deceat tanta veritatis vbertas, vt paucis *Abul. in*  
 verbis plurima eaque diuersa cōprehendātur. Quōd *Mat. 33.*  
 scripturæ canonicæ altitudinem, & auctoritatem de- *q. 28.*  
 ceat, vt tot gentibus tot ingeniis in tanta temporū *Aug. 12.*  
 differētia locutura, vnicuique quod ille de rebus di- *confes. c.*  
 uinis assequitur verum, hoc significet. Quōd deceat *26.*  
 prophetarū & Apostolorū merita, vt sancti ho-  
 mines organa Spiritus sancti facti plurimos sensus  
 arcanos à Deo accipiant, atque aliis tradant fœcun-  
 ditate mirabili. Quōd deceat deniq; infinitæ sapien-  
 tiæ providentiam ita consulere generi humano, vt in  
 diuinis libris pro suo modulo quisque & legat, & co-  
 gitet & intelligat sibi diuinitus præparatam veritā-  
 tem. Nonne hoc de Manna illo Angelico scripturā *Sap. 16.*  
 commemorat? pro quibus, inquit, angelorū esca nu-  
 triuisti populum tuum, & paratū panē de cælo præ-  
 stitisti illis sine labore, omne delectamentum in se  
 habentem, & omnis saporis suauitatem. Substātiā  
 enim tuā, & dulcedinem tuā, quā in filios habes  
 ostendebas, & deseruiens vniuscuiusque voluntati,  
 ad quod quisque volebat, conuertebatur. Designari  
 verō per Manna illud cœlestem sapientiam in sacra  
 scriptura propositam, hoc est, Dei verbū, ipse statim

auctor exponit: Propter hoc & tunc in omnia transfigurata omnium nutrice gratiæ tunc deseruiebant ad voluntatem eorum qui à te desiderati sunt: ut scirent filij tui, quos dilexisti Domine, quoniam non natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos, qui in te crediderint, conseruat. Ad hæc accedit, quod spirituales sensus plures simul hisdem verbis insinuari à Spiritu sancto nemo negat, neque negare potest salua fide, cum ad diuersa videamus veteres figuras in testamento afferri: quod vel ipsum Manna de quo modo agebamus, perspicuum facit, cum apud Christum & Paulum sacramentum Eucharistiæ, apud sapientiæ auctorem verbum Dei repræsentet: quod est vtrumque verissimum, & panis quoque vtrumque notat sæpenumero in sacris litteris. Quid ergo cause est, cur rebus plura significare Spiritus sanctus concedatur, verbis negetur? An sunt res magis ad significandum plura idoneæ, quàm verba? Quod si potuit Propheta vtramque significationem spirituales comprehendere, ut potuit commentator siue expositor, cur non potuit vtramque etiam, aut complures eiusdem literæ, aut sententiæ eiusdem intelligentias concipere, & cogitare, & prodere? certè sapientum est atque magnorum paucissimis verbis plurima complecti, & diuersis diuersa insinuare, si res ita ferat. Quid vetat? Cur hoc Deo non damus, quod sumere sibi legislator quilibet vellet? Postremo demonstrauimus supra satis quasdam prophetias ab Euangelistis & Apostolis afferri ad Christi mysteria confirmanda: quæ si dixerimus alio esse sensu à Prophetis conscriptas, iniuriã profecto facimus canonicis scriptoribus, tanquam præter rem scripturis abutantur, ut impius Iulianus calumniatus est: sin illum tantum esse sensum legitimum & scriptorū propositum affir-

memus,

Ioan. 6.  
1. Cor. 10  
Sap. 16.

memus, in quem adducitur testimonium à Matthæo, aut Paulo, ipsi scripturæ violentiam nihilominus facimus, quæ ex circumstantia cõtextuque orationis de personis aliis, vt Salomone, populo Hebræo, Cico rege Persarum sese agere aperte indicat. Ergo vt fidem cum ratione seruemus, geminum fuisse loci sensum affirmare debemus, eoq; modo in tuto res omnium est. Quæ etiam ratione minus iniqui erimus diuersis diuersorum commentariis, quos nõ esse frustra editos existimare par est. Ita demum nullius sententiam, nullius expositionem cõtemnemus, dum modo neque fidei aduersetur, neque mōres vitiet, sed charitatem Dei aut proximi ædificet. Quid enim certandum est, cum Apostolus dicit velandum esse caput foeminis propter Angelos, an spiritus beatos intelligat, an potius sacerdotes? Huic placebit hoc amplius ille illud probabit potius. Ego vtrũque sensisse Apostolum si dixerõ, minimè equidem ineptus haberi debeo. Omnia ad ædificationem, omnia ad charitatem referenda meminerimus: neque Deum nos colere dissensionis, sed pacis & dilectionis in Spiritu sancto.

*Nihil incommodi sequi, si eadem litera habeat plures sensus etiam literales.* CAP. XX.

SE D periclitatur fides, neque confutari potest hæreticus, si non vno sensu scripturæ tenetur, sed anticipati expositione huc illuc, vt ipsi placet, elabitur. Minimè verò. Primùm, non, si scriptura plures sensus literales habere posse, conceditur; cõtinuo fit, vt omnis scripturæ locus eiusmodi sit. Sunt loca aperta, sunt obscura. Et quæ ad salutem omnibus necessaria sunt, planissimè in scriptura posita sunt: & hæreticorum contradicentium temeritas, vel aliis scripturæ locis apertioribus, si obscurus sit ille quæ tractas, vel

consensu totius Ecclesiæ satis reuinci potest. Deinde quid impedit duo, aut plura iisdem verbis significari, si illa inter se contraria non sunt, & de significatione constat, vel certè de veritate non est ambiguum? Neque vnus sensus alium tollit. Sæpe etiã valde confirmat, quòd licet diuersi sint ad vnum tamen referantur, vt non æquiuoci prorsus, sed quodammodo analogi sint, quemadmodũ loquũtur dialectici, quod ego in scripturis arbitror esse creberrimum: vt cum eadem de excidio Hierosolymitano, eadem de mũdi fine traduntur, quòd in vno aliquo similia sint, vt sicut hic orbis, sic illic gentis illius interitus sit. Eodem modo de Christo & Salomone de Christo, & Cyro, de Christo & populo Hebræo: de Antichristo & Antiocho, quoniam similitudine vnum sunt, licet diuersi sint sensus, nullo tamen modo se impediunt, sed adiuuant potius: & de pane verbi Dei, & de pane gratiæ, & de pane Eucharistiæ, & de pane corporis simul, intelligi potest, Panem nostrum da nobis hodie: & de præsentia gratiæ, & de præsentia Eucharistiæ, & de præsentia doctrinæ, Ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Mutuo enim hæc se se confirmant, tametsi diuersa sint. Quod si aduersus hæreticum inde præsentiam Eucharistiæ velis probare, fateor subterfugiet, & reliquam præsentiam obtender. Verùm ex aliis scripturis coarguendus erit, quòd Paulus corpus Domini dicat, quod Daniel iuge sacrificium non cessaturum vsque ad extrema tẽpora scribat: quod ipse Dominus omnes de carne sua manducare præcipiat: Postremo quamuis multo intelligi verè & ad literam possint in scriptura aliqua, non est negadum aliquem esse præstantissimum sensum ac maximè literalem, quem vel solum vel præcipue intenderit ille, qui scripsit, quemadmodum præclare

*Mat. 24.**Psal. 71.**2.**Reg. 7.**Esa. 44.**2. 45.**Ose. 11.**Dan. 11.**Matt. 6.**Mat. 28.**1. Cor. 11.**Dan. 12.**10. 6.*

præclare philosophatur sæpe iam nominatus Augustinus, malês ille quidem omnes sensus literales scriptori canonico cognitos atque intentos. Quod si nõ omnes viderit, illum esse primarium quem viderit ille; cæteros autem non debere contemni, cum sint à diuino spiritu visi atque prouisi. Itaque idem aliàs ad hunc modum religiosissimè, ac prudētissimè scribit. Ille auctor in eisdè verbis quæ intelligere volumus, & ipsam sententiam forsitan vidit: & certè Dei spiritus qui per eum hæc operatus est, etiam ipsam occursum auditori vel lectori sine dubitatione præuidit, imo vt occurreret, quia & ipsa ex veritate subnixa, prouidit. Nam quid in diuinis eloquiis largius, & vberius potuit diuinitus prouideri, quã vt eadem verba pluribus intelligantur modis quos alia nõ minus diuina contestantia faciant approbari? Secundum hanc D. Augustini regulã nihil erit in sacris eloquiis meditandis contemnendum, quod ex fonte veritatis occurrat, & in mare charitatis, quo omnes scripturæ diuinæ spectant, influat. Alienumque erit à sobrietate Christiana etiam humiles sensus & nõ valde eruditæ expositiones fastidire, aut respuere, aut irridere, si modo religionem in Deum promoueant, & à proposita litera non discrepent. Magis enim agendũ est, vt ædificemur charitate, quàm vt inflemur scientia. Et quamuis sensum literalem & proprium illum merito esse existimemus, quem sacer scriptor habuit cum scriberet (neque enim sine intellectus altissima illustratione loquuti sunt sancti Dei homines): tamen etiã quoscumque suscipiendos esse arbitramur qui in verbis illis possunt occurrere veri & pij, & à litera non abhorrentes: quos omnes præuidisse Spiritum sanctum non est dubium. Itaque nõ solum qui in propria lingua qua scriptura sacra est edita, diuersi

occurrunt, sed qui ex translatione varia sed probata, varij nascuntur, si veri & pii sunt, neque literæ repugnant, à spiritu sancto prouisi atque intenti putandi sunt. Addam amplius, eos etiam qui ex trãscriptione irrepserunt, & ab Ecclesia communiter recipiuntur, diuinitus esse prouisos atque intentos. Verbi gratia legit Ecclesia in Psalmo: Sitiuit anima mea ad Deũ fontem viuum. Reclamant vtriusque linguæ periti & Græcæ & Hebraicæ, legẽdum esse Deum fortem viuum, quod fontis mentio in illis nulla sit, sed ex vitio scriptoris fontem viuum pro fortem viuum esse positum. Non dubito ita rem habere. At Ecclesia pergit legere fontem viuum, delectata contẽplatione illius, apud quem est fons vitæ. Recipiendus est iste quoque sensus tanquam diuinitus prouisus atque intentus. Eodem modo legimus: Exultationes Dei in gutture corũ, cum Exaltationes habeat Græca. Quid refert? Vtrumque verum est, & pietatem nutrit. Neque enim aut interpretationem, aut scriptionẽ quicquam erroris perniciosi habentem Ecclesia probare à Spiritu Sancto sineretur. Sed magna illius prouidẽtia effectum est, vt diuinæ literæ tanquam perennes aquæ, quo magis tractantur, magis etiam redundant. Siue igitur mysticus, siue literalis, siue accommodatus sensus sit, si verus sit, & pius, & à proposita litera non abhorreat, cum pietate suscipiendus est.

*Quibus modis agendum, vt verus scriptura  
sensus percipiatur.*

## C A P. XXI.

**A**T C V M fidei dogmata astruuntur, aut hæretici refelluntur, opus maximè est literali sensui insistere, quem disputationes cū aduersariis Ecclesię occurrẽtes summopere euẽtilare solent. Quamobrẽ oportet



oportet hæreses esse, vt manifesti fiant, qui probati sunt. Quibus autem regulis, quave methodo ad sensum Scripturæ propriū atque genuinum perueniatur, non equidem suscepi vt exponerem. Multa sunt ab Augustino documenta data in libris de Doctrina Christiana, multa à B. Hieronymo in ipsa scripturarū enarratione, multa ab Eusebio Cæsariensi, multa ab Irenæo, multa à veteribus patribus, à recentioribus plurima edūtur de tropis, de phrasi, de Hebraïsmis, de cæteris omnibus, quæ merito in pretio habebit studiosus diuinarum literarum scrutator. A Rabbinis nonnulli quoque tot & tanta mutuari se putant, vt magnum emporium faciant. Ego, quæ mihi vsui maximè fuisse intelligo si qua est de tanta re in exiguo modulo facultas, breuiter tradā. Nihil perinde scripturā mihi videtur aperire, atque ipsa scriptura. Itaque diligens, attenta, frequensque lectio tum meditatio & collatio scripturarum, omnium summa regula ad intelligendum mihi semper est visa. Nam ex aliis scripturis aliæ optimè intelliguntur, tum phrasis ipsa & spiritus familiaris fit, vt assuetis iam sermonibus intelligētia patēat. Itaque obscuram aperta, dubiam certa interpretatur. Vult Petrus Christi resurrectionem astruere ex scriptura: profert psaltem dicentem: Non derelinques animam meam in inferno. Vt Iudæo de Christo id dixisse Dauidem ad literam probet, affert aliam scripturam, quod illi esset de Christo facta promissio. Propheta, inquit, cum esset, & sciret quia iureiurādo iurasset illi Deus de fructu lumbi eius sedere super sedem eius, prouidens locutus est de resurrectione Christi, quia neque derelictus est in inferno, nec caro eius vidit corruptionem. Hunc modum ex scriptura scripturam interpretandi Augustinus monet esse tutissimum.

*Psal. 15.*

*Act. 2.*

*Psal. 131.*

*Gen. 88.*

*Aug. 1.*

*de Gen.*

*c. 26.*

Vbi

*Añ. 2.* Vbi hic deficit ex euentu rerum, & circumstantia rebusque gestis bene quoque inuestigatur sensus Spiritus sancti. Quod in eodē loco præstitit idem Apostolus; recitato enim testimonio: Nec dabis sanctum tuum videre corruptionem, adiunxit. David defunctus est, & sepulchrum eius est apud nos vsque in hodiernum diem. Qua methodo multa in psalmis, multa in Prophetis de quo dicantur, intelliges. Vt, cum *Psal. 119.* loquebar illis impugnabant me gratis. Et factus sum *Psal. 68.* illis in parabolam. Subsannauerunt me, & frenduerunt dentibus super me. Et innumerabilia eiusmodi. Quæ manifestè in Christi persecutionibus videmus impleta: in personā Davidis nullo modo cadere possunt, cum persecutiones quidem multas pertulerit, sed longe alterius generis, non has irrisionum, & opprobriorum & contradictionum doctrinæ & vitæ. Tertio quoque loco, intelligendis scripturis lumen rationis admouetur. Quod ab ipsismet scripturis discas. Vt ostendat Paulus licere ministro Euangelico de Euangelio victum sumere, producit legem, non *Deut. 25.* alligabis os boui trituranti. Vt hoc testimonium de operariis euangelicis scriptum intelligamus, adiungit *1. Cor. 9.* rationem. Nunquid de bobus cura est Deo? An propter nos vtrique hoc dicit? Christus ex libris Moyse volens Sadducæos ad resurrectionem credendā cogere, ego sum Deus Abrahamā, & Deus Isaac & Deus *Exod. 3.* Iacob; quo prolato testimonio rationem affert: Deus autem non est mortuorum sed viuorum. Sed quia rationis humanæ lux multa est caligine offusa, valdè cautè ex rationibus nostris erit interpretāda scriptura diuina. Postremo quæ ab Ecclesia recepta sunt vel *Mat. 22.* vsu vel cōstitutione firmata, ea scripturis intelligendis lucem afferunt maximam, vt quia matrimonium consummatum non dissolui Ecclesia asseuerat nullo pacto

pacto dubitemus sensum Christi, Qui dimittit vxorem adulterat, excepta fornicationis causa, & qui dimissam duxerit adulterat, excepta fornicationis causa, nequaquam habere, vt liceat dimissam ob fornicationem ducere. Et quia paruulos non communicat adultos & laicos tantum pane communicat, certissimum nobis sit, manducari carnem Christi etiam spiritualiter & bibi sanguinem, ab eo qui sacramentum fidei suscipit, aut etiam corporis Sacramentum. Consensus quoque Sanctorum Patrum pro fidei scripturæ interprete tenendus est: spiritus enim Christi suggerit quæcumque ab illo dicta sunt. Si variant inter se, & huc alij, alij illuc inclinant, si probati sint, & res ab Ecclesia finita nõ est, arbitrium erit quam sententiam cui præponendam putes. Sed antiquissimis & Apostolicis temporibus propinqui præferendi communiter sunt, excepto si quando dogmata ab Ecclesia repudiata tueantur, vt Millenarij. Tum Ecclesiæ columna Gregorius Theologus, Basilius, Chrysostomus ex Græcis, Augustinus, Hieronymus, Ambrosius ex Latinis: cæteri quoque Patres sanctissimi atque doctissimi, quibus euoluendis vacabit scripturæ studiosus. Recentiores contemnendi non sunt, qui hac præsertim extrema ætate scriptitarunt, quorum ingenia ab Hæreticis exagitata dulcissimos scientiæ fructus attulere. Sed in his, multa turba de alieno vitætantium: pauci bene eruditi proprios labores distrahunt. Itaque erunt cum iudicio vel legèdi vt eligantur, vel eligendi vt legantur. Rabbiorum cæterorumque fidei hostium opes, etiamsi pretiosæ illæ appareant, suspectæ merito sunt, & vt integræ & bonæ, certe raræ & difficiles. Quid enim opus est sterquiliniû repurgare, vt aliquot aciculas legas? Et cum animales sint, spiritum non habentes, scripturam ad carnem

Mat. 19.

65.

Iuan. 6.

carnem vniuersam trahunt spiritum exinaniunt. Ita occidentem literam dum solam cogitant; etiam literam sapenúmero absoluent. Diuina eloquia ita temperata sunt, vt frequenter litera ipsa sit spiritus.

*Nihil in diuina scriptura negligendum.*

CAP. XXII.

**I**N calce vniuersæ de studio, atque vsu scripturarum nostræ disputationis, admonendus mihi videtur auditor sermonum Dei, vt mente se ipso superior, cogitet, quisnam ibi loquatur & quibus. Cum Deum ipsum omni natura calsiore sibi proposuerit, videat, quis sermo deceat summum rerum omnium Dominum. Inueniet profecto viros sapientes & rerum dominos, tam consideratè loqui, vt omnia illorum verba magnitudine sensuum plena sint. Cum aliquid insinuarint, etiam si non expresserint, pro lege atque imperio haberi volunt. Quod si ea est hominum sublimium cõsuetudo, cum subditos alloquuntur, quid nos oportet sentire de Deo, cuius est omnibus modis infinita sapientia, maiestas quanta cogitari à nemine potest? Quare rectè Esaias literatum, doctorem, & verba ponderantem legis extollit. Rectè Christus iota minimum, & apicem non præteriri monet. Nihil est minimum, vbi omnia maxima. Quæcûque significatio diuini verbi, super expressam hominis ingenij demonstrationem veneranda suscipiendaque est.

*Gal. 3.* Paulus ita philosophatur, Abrahæ dictæ sunt promissiones: & semini eius. Non dicit & seminibus quasi in multis, sed quasi in vno: Et semini tuo, qui est Christus. Quis ita philosophantem non irrideret, si Paulus non esset? Quis singularem numerum seminis

ponde

*B/sai. 33.  
Matt. 5.*

ponderantem non putaret superstitiosum, cum præfertim semina? pluraliter neque Hebraica consuetudo recipiat teste Hieronymo, neque verò Græca aut latina phrasis? Et tamen Paulus ibi agnoscit mysterium, & mysteriū magnificat, & Spiritu sancto duce quod inuenit prodit, vt sanè inde discamus nihil in scripturis negligere: omnia plena sapientiæ & arcana eruditionis existimare. De Melchisedech quanta commentatur? In breui Genesis textu quam multa, quam præclara rimatur? Interpretatur nomē, quod Melchisedech sit rex iustitiæ, & sit Rex pacis: ea quæ scriptura tacet, etiam mysterium putat, quòd Moses illius genus præterit, quòd nihil amplius descripsit quàm occursum Abrahamæ; quomodo accipit Paulus? quomodo enarrat? Sine patre, inquit, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vite habens, a similitate autem filio Dei. Vide vnde similitudinem exquisierit, iam de sacerdotia, de benedictione Abrahamæ, de decimato in lumbis Abrahamæ Leui, ea prædicat, quæ si Gregorius Papa, aut Ricardus scripsissent, ab Erasmo cæterisque fastidiosis, superbis censoribus sine dubio effuse riderentur. At auctoritatem suam interposuit Spiritus sanctus, vt diuinæ scripturæ maiestatem Paulo interpretante cognosceremus. Duo quæ protuli de Apostolo exempla, in mille loca vsui esse debebunt. Quam ob rem merito cum sancto Propheta quoties in manus sumimus libros sanctos, orandum nobis putabimus: *Psal. 118.* Reuela oculos meos, & considerabo mirabilia de lege tua: Et rursus: *Psal. 138.* Mirabilia opera tua: & anima mea cognoscet nimis.

FINIS LIBRI TERTII.

DE

# PROOEMIUM IN LIBROS SEQUENTES.



**I** T V R secundum ea, quæ in primo libro disputata sunt, quia Christum cognoscendum, atque diligendum omnis scriptura proponit, de Christo reuelato in utroque testamēto nobis est sermo institut⁹. In quo cū sit mirabilis veteris cum nouo consonantia, de vna quaque re curauimus, quantum Deo donante memoria suggessit, testimonia per ordinem iungere ex Lege, ex Psalmis, ex Prophetis, ex Euāgelica, ex Apostolica doctrina petita: vt sub vno aspectu posita, cōmoditates parere eas possint, quæ sunt in eodem libro abundè enumeratæ. Hanc autem tractationem vniuersam in sex libellos partiti sumus. Ac duobus primis, ea quæ sunt generalia Saluatoris encomia digessimus. Quatuor aliis, specialia illius mysteria, prosequuti sumus. Generalia verò vel ad Christi dignitatem maiestatemque pertinent, vel ad beneficentiam officiumque salutis humanæ. Quamuis enim vtrumque in alterutro sit, placuit tamen, vt melius possint comprehendi, distinguere. Prioris generis in primo (qui est huius operis quartus liber) posita sunt quòd sit Legislatoꝝ, quòd Propheta, & Magister, quòd Rex, Sacerdos, Messias, Filius

Filius Dei, denique verus Deus. Posterioris generis in sequenti libro, quòd Saluator, quòd redemptor, quòd auctor gratiæ, quòd pastor, via vita æterna, & quæcunque sunt talia. Iam specialia sequuntur ipso quo sunt exhibita ordine. Itaque in sexto de conceptione, atque infantia Saluatoris agitur. In septimo de conuersatione inter homines, de prædicatione, de cæteris eius temporis: summarim tamen. Nam si distinctè omnia dicenda essent, nec ipse libros posset capere mundus. In octauo de passione & opprobriis & morte Iesu diffusius. In nono eodemque extremo, de glorificatione per resurrectionem, per ascensionem ad patrem, per Spiritus sancti missionem, per aduentum ad iudicandum omnes homines. In singulis autem breues tituli ita præpositi sunt, vt omnium sequentium scopus intelligatur, semper Iesu diuinissimo nomine præeunte, in quo omne genuflectatur. Porro in adducendis testimoniis scripturæ, vulgatam sequuti sumus, cuius est certissima & probatissima auctoritas. Interdum tamen, etiam Septuaginta interpretationem adhibemus, qua vsi sunt antiquissimi Patres, quamque in secundo libro ostendimus esse quoque sine dubio canonicam. Hebraico textu raro, sed nonnunquam vtimur, vbi mysterium latere arbitrati sumus. Quoniam verò possunt eadem testimonia in diuersos sensus inflecti, pleraque propriè Prophetica, & ad literam de Christo intelligenda ex annotationibus poterit discere lector: in quibus affixa sunt loca noui testamenti, in quibus illa recitantur: tam Patrum veterum opera iudicantur, vbi illi ea testimonia vel diseruerunt, vel tractarunt, vel attrigerunt, eodem planè intellectu quo à nobis referuntur. Quamquam non possunt omnia ad amussim exæquari. Qui labor

N & pro

& prolixus & difficilis nobis fuit: dabitque studioso lectori occasionem plura inuestigandi, eaque ipsa diligentius excutiendi. Quæ vero typicè atque allegoricè de Christo, scripturæ veteres habent, partim sanctorum quoque Patrum commentariis indicantur, partim per se ipsa clarescunt. Illa demum quæ in accommodatio genere sunt, quæ non esse vlllo modo contemnenda demonstrauimus libro tertio, quibus etiam Ecclesiastici concionatores maximè videntur ad pietatem, affectusque deuotissimos excitandum, in iis locis appositæ sunt, quæ allocutionem aut emphasim peculiarem habent, vt in Christi passione quæ Mariæ matri tribuuntur, quæ mulieribus lamentantibus, quæ ipsi Domino vel Patrem alloquenti vel nos. Atque in aliis eodem modo. In his non est querenda exacta scripturæ expositio, sed similitudo quædam cum pietate & prudentia coniuncta sufficere debet, quemadmodum habent ea quæ Gregorius summus Theologus in Christo patiente tragicè pronuntiat, & quæ Vida in sua Christiade summus & ipse Christianorum poëta. Quæ quoniam in prædicto libro fusè prosequuti sumus, finem faciemus, si illud admonuerimus, nihil esse ab initio perfectum, nosque in argumento veteri nouum opus esse meditato, neque solum præsentem operam potest esse vtilem existimasse: sed spe etiam haud mediocri adductos, fore, vt hoc nostro labore non pauci ad frugem vberiore excitentur, quam sine dubio scripturarum studio, & meditatione maximam parient.

\* \* \*

DE





# DE CHRISTO REVELATO

LIBER QVARTVS.



IESVS VERVS

Propheta. Cap. I.



R. I M V M omnium quaerendum esse verum Prophetam, qui homines ea quae supra homines sunt, doceat, cuius auctoritati nemo possit obistere, praclare disse-rit Petrus apud Clemen-tem: secundo Recognitio- num. Hunc esse Iesum, à

Deo datum hominibus Magistrum, quem de omni- bus oporteat audire, tradunt diuinæ literæ ad hunc modum.

I. Ioan. 1. Deū nemo vidit vnquam: vnigenitus filius, qui est in sinu Patris, ipse enarrauit.

II. Ioan. 13. Vos vocatis me Magister & Domine: & bene dicitis: sum etenim.

N 2

III. Matth.

III. Matth. 23. Magister vester vnus est Christus.

IV. Matth. 17. Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui: ipsum audite.

V. Coloss. 2. In Christo Iesu sunt omnes thesauri sapientia & scientia absconditi.

VI. 1. Corin. 1. In Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia a Deo.

VII. Heb. 1. Olim Deus loquens patribus in Prophetis: nouissimè diebus istis locutus est nobis in filio.

Hoc idem a veteribus apertissime prædictum est. Primus Moyses ita scripsit.

1. Deut. 8. Prophetam de gente tua & de fratribus tuis, sicut me., suscitabit tibi Dominus Deus tuus: ipsum audies. Et ait Dominus: Ponam verba mea in ore eius, loqueturque ad eos omnia, que præcepero illi. Qui autem verba eius, que loquetur in nomine meo, audire noluerit, ego ultor existam. Hoc testimonium in Iesu impletum indicat ipse ita dicens, Ioan. 5. si crederetis Moyse, crederetis fortitã & mihi; de me enim ille scripsit. Philippus quoque Ioan. 1. dicens Nathanaëli: Quem scripsit Moyses in lege, & Prophetæ, inuenimus Iesum filium Ioseph à Nazareth. Apertius verò Princeps Apostolorum Petrus Act. 3. Moyses quidem dixit. Quoniam Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester, & cætera. Eodem modo Stephanus Act. 7. Hic est Moyses, qui dixit filiis Israël. Prophetam suscitabit vobis Deus de fratribus vestris. Quemadmodum autem in nullo alio præter Iesum intelligi possit ea Moyses prædictio de Propheta futuro, aduersus Iudæos & gentes copiose atque eleganter ostendit Eusebius Cæsariensis lib. 3. de Demonstrat. Euangel. cap. 2. & lib. 9. c. 11.

2. Ioel. 2. filij Sion exultate & letamini in Domino Deo vestro, qui dedit vobis Doctore iustitia, & descendere faciet ad vos

*ad vos imbrem matutinum & serotinum, sicut à principio.*  
 Vbi nos Doctore iustitię legimus iuxta Hebraicum, habent Septuaginta, Alimenta iustitię. Sed sensus non discrepat, cum doctrina Christi sit cibus anime, Marinaris Carmelita recitat lib. 2. cõsonant. Christi & Prophet. in eo c. vbi probat Christum prædictum esse Doctorem. Hieronymus legendus est in Ioëlem.

3. *Esai. 55. Inclinate aurem vestram & venite ad me: audite & viuet anima vestra, & feriam vobiscum pactum sempiternum, misericordias Dauid fideles. Ecce testem populi dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus.* De Christo hæc dici declarat Paulus apud Lucam Act. 13. ita differens. Quod autem suscitauit eum à mortuis amplius iam non reuersurum in corruptione, ita dixit: Quia dabo vobis sancta Dauid fidelia. Vbi iuxta septuaginta recitauit, vocat Dauid nomine, ipsum Dauid filium Iesum. Testem autem & ducem & præceptorem Christum ab Esai. prædictum, docet Cyprianus lib. 1. aduersus Iudæos cap. 21. Tertullianus aduersus Marcionem lib. 3. Hier. lib. 15. in Esai. Testis qui Deum viderit, dux qui ad se sequendum hortetur, præceptor, qui doceat omnes vnus est Christus.

4. *Esai. 30. Et dabit Dominus vobis panem arctum, & aquam breuem: & non faciet auolare à te Doctorem tuum: & erunt oculi tui videntes. Præceptorem tuum. Et aures tue audient verbum post tergum monentis: Hac est via, ambulare in ea, & ne declinetis ad dexteram, neque ad sinistram.* Hieronymus admonet valde à septuaginta interpretatione eo loco Hebraicam veritatem distare, quam nostra vulgata merito sequitur. D. Gregor. Pastora. parr. 3. admonit. 29. & Homil. 34. in Euang. illud, post tergum monentis, explicat, quod homo auersus à Deo per peccatum quasi insequentis verbum audiat, vt ad viam redeat.

5. *Ose. 10.* Tempus autem requirendi Dominum, cum venerit, qui docebit vos iustitia: n. Manifesta est de Christo Prophetia, ut Hieronymus docet lib. 3. in *Oseam*. Quamquam septuaginta, fruges iustitiæ, posuerunt pro, Doctore iustitiæ.

6. *Mich. 4.* Et fluent ad eum populi, & prophetabunt gentes multa, & dicent, venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos de vijs suis, & ibimus in semitis eius. Hunc locum exponunt August. lib. 10. de ciuit. cap. 32. Hilarius in *Psalm. 32.* Euseb. lib. 1. de Demonstrat. Euangel. cap. 2. Cyprian. lib. aduers. Iudæ. cap. 10.

7. *Zach. 3.* Ecce ego adducam seruum meam Orientem. Orientem vocari Christum perspicuum est ex alterius Zachariæ cantico: Visitauit nos oriens ex alto: itaque Ecclesia Christum compellans, ô oriens, ait, splendor lucis æternæ; & sol iustitiæ. Cur vero appellat oriens? certe quod illuminet propter doctrinam veritatis, ob id sol, & lumen Christus. Nam lux in tenebris lucet, ait Ioannes, lege Hieronymum in Zachariam.

8. *Malach. 4.* Et orietur vobis timentibus nomen Domini sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. Et hoc eodem modo exponitur.

9. *Psalm. 111.* Exortum est in tenebris lumen recti, misericors, & miserator & iustus. De Domino Prosper in eum *Psalmum*, & Augustinus. Ecclesia in officio Natiuitatis ad vespas eam Antiphonam Christo nato decantat.

*Iesus legislator, idemque noni æternique Testamenti conditor.*

## C A P. I I.

**D**O CERE quidem ad Prophetam ac Magistrum pertinet: at cum potestate docere, atque præcipere

præcipere, legislatoris est. Christum ergo nouæ legis autorem, quæ & veterem aboleret, & ipsa perpetua maneret, quemadmodum Patres noui testamenti referunt, ita veteres prædixerunt. Euangelica atque Apostolica testimonia ponamus.

I. *Matth. 7. Erat docens eos sicut potestatem habens, & non sicut Scribe eorum & Pharisei.*

II. *Luc. 6. Et dicebat illis, quoniam Dominus est filius hominis etiam sabbati.* In quo, vt Cornelius Iansenius bene notat. 37. cap. suæ Concordiæ, ostendit se Christum legis autorem.

III. *Ioan. 13. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.*

IV. *Matth. 11. Tollite iugum meum super vos: iugum enim meum suauis est, & onus meum leue.* Iugum Christi lex charitatis: amanti omnia facilia, ait Augustinus.

V. *Act. 15. Quid tentatis Deum imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri neque nos portare potuimus? sed per gratiam Domini nostri Iesu Christi credimus saluari, quemadmodum & illi.* Satis ostendit Petrus his verbis nos Christi gratia antiquæ legis onere leuatos: quin etiam præcos patres non tam legis auxilio, quam Christi gratia fuisse saluos, quod Paulus ad Romanos & ad Galatas scribens copiosè declarat.

VI. *Gal. 3. Si data esset lex, quæ posset viuificare, vere ex lege esset iustitia. sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus.* Itaque lex pedagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur. At vbi venit Fides, iam non sumus sub pedagogo, omnes enim filij Dei estis per fidem Iesu Christi. Memineris Paulum fidem legi opponere, non charitati. Itaque

N 4 quod

quod fidei tribuit, ei proculdubio fidei assignat, quæ per dilectionem operatur, hæc enim iustificat, & filios Dei efficit, quod legis obseruatio citra fidem, nullo modo efficere potuit.

VII. Gal. 4. Misit Deus filium suum factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret.

Ibidem. Scriptum est quoniam Abraham duos filios habuit, vnum de ancilla, & vnum de libera: sed qui de ancilla secundum carnem natus est: qui autem de libera per repositionem, quæ sunt per Allegoriam dicta. Hac enim sunt duo testamenta.

VIII. Hebr. 8. Christus melius sortitus est ministerium, quanto & melioris testamenti mediator est, quod in melioribus promissionibus sancitum est. Nam si illud prius culpa vacasset, non utique secundi locus inquiretur.

IX. Heb. 9. Et ideo noui testamenti mediator est, ut morte intercedente in redemptionem earum prauaricationum, quæ erant sub priori testamento, repositionem accipiant, qui vocati sunt, æterna hereditatis.

X. Heb. 7. Reprobatio quidem fit precedentis mandati propter infirmitatem eius, & inutilitatem: nihil enim ad perfectum adduxit lex: introductio verò melioris spei, per quam proximamus ad Deum.

Hanc veteris testamenti legisque translationem in nouam atque meliorem eamque æternam, quam Paulus prædicat, Christo legislatore faciendam ita prædixerunt Prophetæ.

1. Hierem. 31. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & feriam Domui Israël & domui Iuda fœdus nouum: non secundum pactum quod pepigi cum patribus eorum, in die qua apprehendi manū eorum, ut educerē eos de terra Aegypti: pactum quod irritum fecerunt: & ego dominatus sum eorum dicit Dominus. Sed hoc erit pactum quod feriam cum domu  
 Israël

*Israël post dies illos dicit Dominus : Dabo legem meam in visceribus eorum & in corde eorum scribam eam : & ero eis in Deum & ipsi erunt mihi in populum. Et non docebit ultra vir proximum suum, & vir fratrem suum dicens cognosce Dominum: omnes enim cognoscent me à minimo eorum vsque ad maximum, ait Dominus, quia propitiabor iniquitati eorum, & peccatorum non memorabor amplius. Totum hunc locum Paulus recitat in episto. ad Heb. cap. 8. & repetit cap. 10. explicat verò egregie vtriusque testamenti differentiam versans hunc eundem Hieremiæ locum Augustinus lib. 6. contra Iulian. cap. 10. ad 7. tom. & de gratia Christi. cap. 19. & 19. & ex professo De spiritu & litera capit. 20. 21. & 24. & 28.*

2. *Ex ecb. 20. Ergo & ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non viuent : & pollui eos in muneribus suis, cum offerrent omne quod aperit vuluam, propter delicta sua, & scient, quia ego Dominus. Et post multa, in monte sancto meo, in monte excelso Israel, ibi seruiet mihi omnis domus Israel, omnes, inquam, in terra in qua placebant mihi. Et hic apertè mutationem legis significat. Cur autem illa præcepta non bona dicantur, cum tamen à Deo sint data, exponit pulchrè Gregorius libr. 28. Moral. cap. 17. Bona, inquit quasi non bona sunt comparatione meliorum. Referunt Irenæus lib. 4. ca. 29. Iustinus Martyr in colloquio Tryphonis. Ambrosius serm. 16. in Psal. 118. Infirmis, ait, non debuit dare perfecta præcepta.*

3. *Esaï. 42. Legem eius insula expectabunt.* Hieronymus lib. 12. in Esaï. legem eius, non quæ per Moysen data est, sed Euangelium sentiamus. iuxta 70. in eum gentes operabunt, de Christo esse sermonem Matthæus docet referens proxima verba cap. 11.

4. *Esaï. 53. Dominus enim iudex noster, Dominus legi-*  
N 5      fer

*fer noster, Dominus rex noster, ipse saluabit nos. Ecclesia in offic. Aduent. ad laud. fer. 5. ante Natiu.*

5. *Psal. 83. Etenim benedictionem dabit legislator: ibunt de virtute in virtutem videbitur Deus Deorum in Sion. Aug. & Eucym. in Psal.*

6. *Esaï. 9. Vocabitur nomen eius Pater futuri seculi. Propter nouam generationem & populum dicit, de quo Dauid: Annuntiabitur Domino generatio vultura, populo qui nascetur, quem fuit Dominus. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis quæ est lex eius, vt ait Iacobus.*

7. *Esaï. 2. De Sion exhibit lex & verbum Domini de Hierusalem. Hieronymus de lege Euangelica. Ecclesia in officio. Aduentus. Tertullianus in libr. contra Iudæos. Iustinus Martyr in 2. apologetico. pro Christianis.*

8. *Psal. 95. Tunc exultabunt omnia ligna Sylvarum à facie Domini, quia verus, quoniam venit iudicare terram, iudicabit orbem terrarum in equitate, & populos in veritate sua. Et rursus.*

9. *Psal. 97. Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt, à conspectu Domini, quoniam venit iudicare terram. Iudicabit orbem terrarum in iustitia & populos in equitate. Quod Psalmus dicit Christum iudicaturum, Augustinus, & Euthymius & Iansenius accipiunt de secundo aduentu, & extremo iudicio. Nam in primo aduentu non venit, vt iudicet mundum, sicut ipse ait, sed vt saluetur mundus per ipsum. Alij iudicium hoc priori aduentui assignant quod non sit iudicium condemnationis, sed directionis: quo sensu frequentissimum est in scriptura: vt de veteribus dicitur, iudicauit Israel tot aut tot annos. Atque hoc ferè modo exponit Arnobius. Quale est illud de Christo in Psal. 71. Iudicabit pauperes populi & humilia*



multabit calumniatorem. Quod in priore aduentu sine dubio completum est. Itaque Ecclesia de priore aduentu viurpat hanc lætitiã rerum omnium ob aduentum Christi ad iudicandum, hoc est ad iustitiã plenas leges sanciendum. Quod iudicij genus magnam lætitiã oppressis præsertim attulit. Quam interpretationem Gregorius *Papæ* sequitur in libr. Reg. & Eusebius *Cæsariensis lib. 6. cap. 5. & 6.* præclare explicat.

*Iesus sacerdos & pontifex in æternum.*

C A P. III.

**M**A T T H. 26. Accepit Iesus panem & benedixit ac fragit, deditque discipulis suis, & ait, accipite & comedite hoc est corpus meum. Et accipiens calicem gratias agens, dedit illis, dicens: Bibite hoc omnes: hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Fuisse illud verum Christi sacrificium, quod summus ipse sacerdos obtulit Deo, docet concil. Trident. sess. 22. docent Patres omnes. quid quid Hæretici contradicant.

I. Heb. 4. *Habentes ergo Pontificem magnum, qui peccata non calcos, Iesum filium Dei, teneamus confessionem.*  
Et rursus.

II. Heb. 5. *Sic & Christus non semetipsum clarificauit, ut Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum, Filius meus es tu ego hodie genui te. Quemadmodum in alio loco dicit, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec.*  
Et rursus.

III. Heb. 7. *Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere: hic autem quod maneat in æternam, sempiternum habet sacerdotium. Unde saluare in perpetuum potest, accedens per semet*

*semetipsum ad Deum semper viuens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat, vt nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior cælis factus. Denique tota propemodum epistola Pauli ad Hebræos, hoc argumentum versat.*

IV. *Ioan. 17. Et pro eis ego sanctifico me ipsum, vt sint ipsi sanctificati in veritate.*

V. *1. Pet. 2. Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui, iustitia viuamus: cuius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oues errantes: sed conuersi estis nunc ad pastorem, & episcopum animarum uestrarum.*

Sacerdotium Christi nouum atque æternum, per quod tum cruentum in cruce tum incruentum in cœna sacrificium oblatum est Deo Patri, quo etiam uetus ablatum est sacerdotium, sic sancti Prophetæ prædixerunt:

1. *Psalm. 109. Iurauit Dominus & non peritabit eum: Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec.* Hoc testimonium. Paulus late explicat in eadem epist. ad Hebræos cap. 5. & cap. 7. Cur autem secundum ordinem Melchisedec dicatur propter panis & uini scilicet incruentam oblationem, præclare exponit Cyprianus li. 2. epist. 3. & serm. de cœn. Domini. & 1. aduers. Iud. cap. 17. Hieronymus quoque in epistola de hac re in 3. tomo. August. lib. 16. de ciuit. cap. 22. & lib. 17. cap. 17. Eusebi. libr. 5. de Demonstr. Euang. cap. 3.

2. *Gen. 14. At uero Melchisedec Rex Salem proferens panem & uinum (erat enim sacerdos Dei Altissimi) benedixit ei, & dedit ei Abraham decimas ex omnibus.* Late hîc Philosophatur. Paulus capi. 7. ad Hebræos, docens nos scripturarum arcana rimari, & in singulis mysteria abdita scire. Euf. lege loco modo indicato.

3. *E sai.*

3. *Esai. 22. Hac dicit Dominus Deus exercituum, vade ingredi ad Somnam prepositum templi, & dices ad eum: Quid tu hic, & quasi quis hic? & post alia dura: Expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te. Et erit in die illa, votabo seruum meum Eliacim filium Helciae, & induam eum tunica tua, & cingulo tuo confortabo eum, & potestatem tuam dabo in manus eius, & erit quasi pater habitantibus Hierusalem, & domui Iuda. Et dabo clauem domus David super humerum eius, & aperiet & non erit qui claudat, & claudet & non erit qui aperiat.* Perspicuum est de Christo vaticinium, penes quem esse clauem David scribit Ioannes Apocal. 3. Translationem verò sacerdotij veteris in Christum quam vocat Eliacim, idest filium resurrectionis, pulchre depingit Esaias. legito Cyrillum li. 2. in Esai. & Hieronymum lib. 7.

4. *Zacha. 6. Et fumes aurum & argentum & facies cornus: & pones in capite Iesu filij Iosedech sacerdotis magni, & loqueris ad eum dicens: Ecce vir oriens nomen eius: & subter eum orietur, & adificabit templum Domino. Et ipse extruet templum Domino, & ipse portabit gloriam & sedebit, & dominabitur super solio suo: & erit sacerdos super solio suo, & consilium pacis erit inter illos duos.* Hiero. lib. 2. in Zacha. ipse & Rex & Pontifex. est de Christo. Marin. Carmel. lib. 1. conson. Christi & Prophe. Quod ait consilium pacis fore inter illos duos, Regem scilicet & sacerdotem, significat Regnum & sacerdotium in vnum atque eundem Christum perpetuo coitura. Itaque August. lib. 2. de Concil. Euangel. ex vtroque genere secundum carnem Christum propagatum docet secundum scripturas, hoc est Regio & Sacerdotali.

5. 1. *Reg. 2. Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam faciet, & adificabo ei domum fidelem,*

*fidem, & ambulabit coram Christo meo cunctis diebus.*  
 Cypria. lib. 1. aduers. Iudæos cap. 17. & fufius Augu-  
 ftinus lib. 17. de ciuit. cap. 5. vbi illud verbum, *ambu-*  
*labit coram Christo meo,* interpretatur de Ecclesia,  
 quæ est domus fidelis quam se edificaturum Deus  
 promittit: quod in Samuele intelligi non potest,  
 cuius filij statim à patris vijs defecerunt. Eusebius  
 lib. 4. cap. 26.

6. *Zach. 3. Et ostendit mihi Dominus Iesum Sacerdo-*  
*tem magnum: & Satan stabat à dextris eius, vt aduersaretur*  
*ei.* Grego. Nazianzenus in suo Apologetico. Cy-  
 prianus lib. 2. aduersus Iudæos cap. 13. Euseb. libr. 4.  
 cap. 19.

7. *Pfal. 39. Sacrificium & oblationem noluisti: corpus*  
*autem perfecisti mihi: holocaustum & pro peccato non pos-*  
*tulasti. tunc dixi, Ecce venio, vt faciam voluntatem tuam,*  
*Deus meus volui.* Hoc testimonium iuxta 70. Apосто-  
 lus Paulus profert in epist. ad Heb. ca. 10. ad statuen-  
 dum Christi sacerdotium: in qua voluntate, inquit,  
 sanctificati nos sumus, per oblationem corporis Ie-  
 su Christi semel. Vide August. lib. 17. de Ciuit. ca. 20.

8. *Exod. 28. Portabitque Aaron nomina filiorum Israel*  
*in rationali iudicij super pectus suum, quando ingreditur*  
*sanctuarium, memorialo coram Domino in æternum. Pones*  
*autem in rationali iudicij Doctrinam & veritatem, qua*  
*erunt in pectore Aaron, quando ingreditur coram Domino.*  
*& gestabit iudicium filiorum Israel in pectore suo in conf-*  
*pectu Domini semper. Et mox.*

9. *Ibid. Portauitque Aaron iniquitates eorum, qua*  
*obtulerunt & sanctificauerunt filij Israel. Erit autem la-*  
*mina semper in fronte eius, vt placatus sit ei Dominus.* Per  
 Aaron Christum præfiguratum docet B. Prosper de  
 prædictionibus par. 2. cap. 5. vbi vestes Pontificis in  
 Christo enarrat. Paulus quoque idem satis insinuat,  
 cum

cum Aaron Christi exemplum facit ad Hebr. capi. 5. Quod autem vel nomina vel iudicium vel etiam iniquitates filiorum Israël Pontifex gestare præcipitur, indicat Christum pro peccatis & salute suorū mortem oppetiisse, seque ipsum Deo Patri obtulisse: quemadmodum ipse dicit iam iam passurus, Pro eis sanctifico me ipsum, & rursus: Non pro eis rogo tantum, sed & pro illis, qui credituri sunt per verbum ipsorum. Lege Hieronymum in cap. 28. Ezechielis.

10. Denique omnia pontificalia Exodi & Leuiticiorumque legis sacrificia Christi sacerdotiū sacrificiumque expriment, vt sancti Patres præclare admonent: Epiphanius contra Hæreses l. 1. tom. 3. Gregorius Papa li. 28. Moralium cap. 17. Gregorius item Nazianzenus orac. 2. in Pascha, vbi Christi victimam dicit omnibus fuisse legalibus immixtam. Thomas quoque in 1. 2. in quæst. de lege veteri. Augustinus eodem modo lib. 6. contra Faustum ca. 5. omnia, inquit, sacrificia multis & varijs modis vnum sacrificium, cuius memoriam celebramus, significarunt. Idem S. Leo serm. 3. de Passione Domini,

*Iesus Rex Israël, totiusque orbis Dominus.*

### C A P. I I I I.

**S**ACERDOTIO Regnum in Christo esse con-  
iunctum palam docent diuinæ literæ. Regnum  
vetò illius non temporale, vt Iudæi putabant, neque  
in stirpe solum Israël: sed spirituale, æternum, quod-  
que omnes orbis terrarum fines complectatur. De-  
nique regnum Christi esse Ecclesiam, vt probè mo-  
net Epiphanius, & noui testamenti & veteris oracu-  
la declarant: qualia sunt.

I. Luc. 1. *Dabit illi Dominus Deus sedē David patris eius:  
& regnabit in domo Iacob in æternum: & regni eius non  
erit*

5. *Osé. 10.* Tempus autem requirendi Dominum, cum venerit, qui docebit vos iustitia: n. Manifesta est de Christo Prophetia, ut Hieronymus docet lib. 4. in *Oseam*. Quamquam septuaginta, fruges iustitiæ, posuerunt pro, Doctore iustitiæ.

6. *Mich. 4.* Et fluent ad eum populi, & prophetabunt gentes multa, & dicent, venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos de vijs suis, & ibimus in semitis eius. Hunc locum exponunt August. lib. 10. de ciuit. cap. 32. Hilarius in *Psal. 72.* Buseb. lib. 1. de Demonstrat. Euangel. cap. 2. Cyprian. 1. libr. aduers. Iudæ. cap. 10.

7. *Zach. 3.* Ecce ego adducam seruum meam Orientem. Orientem vocari Christum perspicuum est ex alterius Zachariæ cantico: Visitauit nos oriens ex alto: itaque Ecclesia Christum compellans, ô oriens, ait, splendor lucis æternæ, & sol iustitiæ. Cur vero appellat oriens? certe quod illuminet propter doctrinam veritatis, ob id sol, & lumen Christus. Nam lux in tenebris lucet, ait Ioannes, lege Hieronymum in Zachariam.

8. *Malach. 4.* Et orietur vobis timentibus nomen Domini sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius. Et hoc eodem modo exponitur.

9. *Psal. 111.* Exortum est in tenebris lumen vestri, misericors, & miserator & iustus. De Domino Prosper in eum *Psal. 111.*, & Augustinus. Ecclesia in officio Natiuitatis ad vespas eam Antiphonam Christo nato decantat.

*Iesus legislator, idemque noui æternique Testamenti conditor.*

## C A P. I I.

**D**O CERE quidem ad Prophetam ac Magistrum pertinet: at cum potestate docere, atque præcipe

præcipere, legislatoris est. Christum ergo nouæ legis autorem, quæ & veterem aboleret, & ipsa perpetua maneret, quemadmodum Patres noui testamenti referunt, ita veteres prædixerunt. Euangelica atque Apostolica testimonia ponamus.

*I. Matth. 7. Erat docens eos sicut potestatem habens, & non sicut Scriba eorum & Pharisei.*

*II. Luc. 6. Et dicebat illis, quoniam Dominus est filius hominis etiam sabbathi. In quo, vt Cornelius Ianfenius bene notat. 37. cap. suæ Concordiæ, ostendit se Christus legis auctorem.*

*III. Ioan. 13. Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos, vt & vos diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes, quod discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem.*

*IV. Matth. 11. Tollite iugum meum super vos: iugum enim meum suauis est, & onus meum leue. Iugum Christi lex charitatis: amanti omnia facilia, ait Augustinus.*

*V. Act. 15. Quid tentatis Deum imponere iugum super ceruices discipulorum, quod neque patres nostri neque nos portare potuimus? sed per gratiam Domini nostri Iesu Christi credimus saluari, quemadmodum & illi. Satis ostendit Petrus his verbis nos Christi gratia antiquæ legis onere leuatos: quin etiam præscos patres non tam legis auxilio, quam Christi gratia fuisse saluos, quod Paulus ad Romanos & ad Galatas scribens copiosè declarat.*

*VI. Gal. 3. Si data esset lex, quæ posset viuificare, vere ex lege esset iustificata. sed conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Itaque lex pedagogus noster fuit in Christo, vt ex fide iustificemur. At vbi venit Fides, iam non sumus sub pedagogo, omnes enim filij Dei estis per fidem Iesu Christi. Memineris Paulum fidem legi opponere, non charitati. Itaque*

N 4 quod

quod fidei tribuit, ei proculdubio fidei assignat, quæ per dilectionem operatur, hæc enim iustificat, & filios Dei efficit, quod legis obseruatio citra fidem, nullo modo efficere potuit.

*VII. Gal. 4. Misit Deus filium suum factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret.*

*Ibidem. Scriptum est quoniam Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, & unum de libera: sed qui de ancilla secundum carnem natus est: qui autem de libera per repositionem, qua sunt per Allegoriam dicta. Hac enim sunt duo testamenta.*

*VIII. Hebr. 8. Christus melius sortitus est ministerium, quanto & melioris testamenti mediator est, quod in melioribus promissionibus sancitum est. Nam si illud prius culpa vacasset, non utique secundi locus inquiretur.*

*IX. Heb. 9. Et ideo noui testamenti mediator est, ut morte intercedente in redemptionem earum prauaricationum, quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant, qui vocati sunt, æterna hereditatis.*

*X. Heb. 7. Reprobatio quidem fit præcedentis mandati propter infirmitatem eius, & inutilitatem: nihil enim ad perfectum adduxit lex: introductio verò melioris spei, per quam proximamus ad Deum.*

Hanc veteris testamenti legisque translationem in nouam atque meliorem eamque æternam, quam Paulus prædicat, Christo legislatore faciendam ita prædixerunt Prophetæ.

*1. Hierem. 31. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & feriam Domui Israël & domui Iuda fædus nouum: non secundum pactum quod pepigi cum patribus eorum, in die qua apprehendi manū eorum, ut educerē eos de terra Aegypti: pactum quod irritum fecerunt: & ego dominatus sum eorum dicit Dominus. Sed hoc erit pactum quod feriam cum domu Israël*



*Israël post dies illos dicit Dominus : Dabo legem meam in visceribus eorum & in corde eorum scribam eam : & ero eis in Deum & ipserunt mihi in populum. Et non docebit vltra vir proximum suum, & vir fratrem suum dicens cognosce Dominum: omnes enim cognoscenſ me à minimo eorum vsque ad maximum, ait Dominus, quia propitiabor iniquitati eorum, & peccati eorum non memorabor amplius.* Totum hunc locum Paulus recitat in episto. ad Heb. cap. 8. & repetit cap. 10. explicat verò egregie vtriusque testamenti differentiam versans hunc eundem Hieremiæ locum Augustinus lib. 6. contra Iulian. cap. 12. in 7. tom. & de gratia Christi. cap. 19. & 29. & ex professo De spiritu & litera capit. 20. 21. & 24. & 28.

2. *Ex eccl. 20. Ergo & ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non viuent : & pollui eos in muneribus suis, cum offerrent omne quod aperit vuluam, propter delicta sua, & scient, quia ego Dominus. Et post multa, in monte sancto meo, in monte excelso Israel, ibi seruiet mihi omnis domus Israel, omnes, inquam, in terra in qua placebant mihi.* Et hic apertè mutationem legis significat. Cur autem illa præcepta non bona dicantur, cum tamen à Deo sint data, exponit pulchrè Gregorius libr. 28. Moral. cap. 17. Bona, inquit quasi non bona sunt comparatione meliorum. Referunt Irenæus lib. 4. ca. 29. Iustinus Martyr in colloquio Tryphonis. Ambrosius serm. 16. in Psal. 118. Infirmis, ait, non debuit dare perfectæ præcepta.

3. *Esai. 42. Legem eius insula expectabunt.* Hieronymus lib. 12. in Esai. legem eius, non quæ per Moysen data est, sed Euangelium sentiamus. iuxta 70. in eum gentes operabunt, de Christo esse sermonem Matthæus docet referens proxima verba cap. 11.

4. *Esai. 33. Dominus enim iudex noster, Dominus legifer*

N 5 fer

*fer noster, Dominus rex noster, ipse saluabit nos.* Ecclesia in officio. Aduent. ad laud. fer. 5. ante Natiu.

5. *Psal. 83. Etenim benedictionem dabit legislator: ibunt de virtute in virtutem videbitur Deus Deorum in Sion.* Aug. & Eutym. in Psal.

6. *Esaï. 9. Vocabitur nomen eius Pater futuri seculi.* Propter nouam generationem & populum dicit, de quo Dauid: Annuntiabitur Domino generatio ventura, populo qui nascetur, quem facit Dominus. Voluntarie enim genuit nos verbo veritatis quæ est lex eius, vt ait Iacobus.

7. *Esaï. 2. De Sion exhibit lex & verbum Domini de Hierusalem.* Hieronymus de lege Euangelica. Ecclesia in officio. Aduentus. Tertullianus in libr. contra Iudæos. Iustinus Martyr in 1. apologetico pro Christianis.

8. *Psal. 95. Tunc exultabunt omnia ligna Sylvarum à facie Domini, quia uentis, quoniam uenit iudicare terram, iudicabit orbem terrarum in equitate, & populos in ueritate sua.* Et rursus.

9. *Psal. 97. Flumina plaudent manu, simul montes exultabunt, à conspectu Domini, quoniam uenit iudicare terram. Iudicabit orbem terrarum in iustitia & populos in equitate.* Quod Psalmus dicit Christum iudicaturum, Augustinus, & Euthymius & Iansenius accipiunt de secundo aduentu, & extremo iudicio. Nam in primo aduentu non uenit, vt iudicet mundum, sicut ipse ait, sed vt saluetur mundus per ipsum. Alij iudicium hoc priori aduentui assignant quod non sit iudicium condemnationis, sed directionis: quo sensu frequentissimum est in scriptura: vt de veteribus dicitur, iudicauit Israel tot aut tot annos. Atque hoc ferè modo exponit Arnobius. Quale est illud de Christo in Psal. 71. Iudicabit pauperes populi & humilia

utiliabit calumniatorem. Quod in priore aduentu sine dubio completum est. Itaque Ecclesia de priore aduentu usurpat hanc lætitiã rerum omnium ob aduentum Christi ad iudicandum, hoc est ad iustitiæ plenas leges sancendum. Quod iudicij genus magnam lætitiã oppressis profertim attulit. Quam interpretationem Gregorius Pape sequitur in libr. Reg. & Eusebius Casariensis lib. 6. cap. 5. & 6. præclare explicat.

*Iesus sacerdos & pontifex in æternum.*

C A P. III.

**M**A T H. 26. Accepit Iesus panem & benedixit ac fregit, deditque discipulis suis, & ait, accipite & comedite hoc est corpus meum. Et accipiens calicem gratias agens, dedit illis, dicens: Bibite ex hoc omnes: hic est enim sanguis meus novi testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Fuisse illud verum Christi sacrificium, quod summus ipse sacerdos obtulit Deo, docet concil. Triden. sess. 22. docent Patres omnes. quidquid hæretici contradicant.

I. Heb. 4. Habentes ergo Pontificem magnum, qui peccet non potest, Iesum filium Dei, teneamus confessionem. Et rursus.

II. Heb. 5. Sic & Christus non semetipsum glorificauit, ut Pontifex fieret, sed qui locutus est ad eum, Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quemadmodum in alio loco dicit, Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec. Et rursus.

III. Heb. 7. Et alij quidem plures facti sunt sacerdotes, idcirco quod morte prohiberentur permanere: hic autem quod maneat in æternum, sempiternum habet sacerdotium. Unde saluare in perpetuum potest, accedens per semet

*semetipsum ad Deum semper viuens ad interpellandum pro nobis. Talis enim decebat, vt nobis esset Pontifex, sanctus, innocens, impollutus, segregatus à peccatoribus, & excelsior caelis factus. Denique tota propemodum epistola Pauli ad Hebræos, hoc argumentum versat.*

IV. Ioan. 17. *Et pro eis ego sanctifico me ipsum, vt sint ipsi sanctificationi in veritate.*

V. 1. Pet. 2. *Peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, vt peccatis mortui, iustitia viuamus: cuius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oues errantes: sed conuersi estis nunc ad pastorem, & episcopum animarum uestrarum.*

Sacerdotium Christi nouum atque aeternum, per quod tum cruentum in cruce tum incruentum in cœna sacrificium oblatum est Deo Patri, quo etiam vetus ablatum est sacerdotium, sic sancti Prophetæ prædixerunt.

1. Psalm. 109. *Iurauit Dominus & non peritabit eum: Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedec.* Hoc testimonium Paulus late explicat in eadem epist. ad Hebræos cap. 5. & cap. 7. Cur autem secundum ordinem Melchisedec dicatur propter panis & vini scilicet incruentam oblationem, præclare exponit Cyprianus li. 2. epist. 3. & serm. de cœn. Domini. & 1. aduers. Iud. cap. 17. Hieronymus quoque in epistola de hac re in 3. tomo. August. lib. 16. de ciuit. cap. 22. & lib. 17. cap. 17. Eusebi. libr. 5. de Demonstr. Euang. cap. 3.

2. Gen. 14. *At vero Melchisedec Rex Salem proferens panem & vinum (erat enim sacerdos Dei Altissimi) benedixit ei, & dedit ei Abraham decimas ex omnibus.* Late hîc Philosophatur. Paulus capi. 7. ad Hebræos, docens nos scripturarum arcana rimari, & in singulis mysteria abdita scire. Euf. lege loco modo indicato.

3. Esai.

3. *Esai. 22. Hac dicit Dominus Deus exercituum, vade ingredi ad Somnam prepositum templi, & dices ad eum: Quid tu hic, & quasi quis hic? & post alia dura: Expellam te de statione tua, & de ministerio tuo deponam te. Et erit in die illa, vocabo seruum meum Eliacim filium Helcia, & induam eum tunica sua, & singulo tuo confortabo eum, & potestatem tuam dabo in manus eius, & erit quasi pater habitantibus Hierusalem, & domui Iuda. Et dabo clauem domus David super humerum eius, & aperiet & non erit qui claudat, & claudet & non erit qui aperiat.* Perspicuum est de Christo vaticinium, penes quem esse clauem David scribit Ioannes Apocal. 3. Translationem verò sacerdotij veteris in Christum quam vocat Eliacim, idest filium resurrectionis, pulchre depingit Esaias. legito Cyrillum li. 2. in Esai. & Hieronymum lib. 7.

4. *Zacha. 6. Et fumes aurum & argentum & facies coronas: & pones in capite Iesu filij Iosedech sacerdotis magni, & loqueris ad eum dicens: Ecce vir oriens nomen eius: & subter eum orietur, & adificabit templum Domino. Et ipse extruet templum Domino, & ipse portabit gloriam & sedebit, & dominabitur super solio suo: & erit sacerdos super solio suo, & consilium pacis erit inter illos duos.* Hiero. lib. 2. in Zacha. ipse & Rex & Pontifex. est de Christo. Marin. Carmel. lib. 1. conson. Christi & Prophe. Quod ait consilium pacis fore inter illos duos, Regem scilicet & sacerdotem, significat Regnum & sacerdotium in vnum atque eundem Christum perpetuo coitura. Itaque August. lib. 2. de Concil. Euangel. ex vtroque genere secundum carnem Christum propagatum docet secundum scripturas, hoc est Regio & Sacerdotali.

5. 1. Reg. 2. *Et suscitabo mihi sacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam faciet, & adificabo ei domum fidelem,*

*fidetem, & ambulabit coram Christo meo cunctis diebus.* Cypria. lib. 1. aduers. Iudæos cap. 17. & fufius Augustinus lib. 17. de ciuit. cap. 5. vbi illud verbum, ambulabit coram Christo meo, interpretatur de Ecclesia, quæ est domus fidelis quam se edificaturum Deus promittit: quod in Samuele intelligi non potest, cuius filij statim à patris vijs desinuerunt. Eusebius lib. 4. cap. 26.

6. *Zach. 3. Et ostendit mihi Dominus Iesum Sacerdotem magnum: & Satan stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei.* Grego. Nazianzenus in suo Apologetico. Cyprianus lib. 2. aduersus Iudæos cap. 13. Euseb. libr. 4. cap. 19.

7. *Psal. 39. Sacrificium & oblationem noluisti: corpus autem perfecisti mihi: holocaustum & pro peccato non postulasti. tunc dixi, Ecce venio, vt faciam voluntatem tuam, Deus meus volui.* Hoc testimonium iuxta 70. Apostolus Paulus profert in epist. ad Heb. ca. 10. ad statuendum Christi sacerdotium: in qua voluntate, inquit, sanctificati nos sumus, per oblationem corporis Iesu Christi semel. Vide August. lib. 17. de Ciuit. ca. 20.

8. *Exod. 28. Portabitque Aaron nomina filiorum Israel in rationali iudicij super pectus suum, quando ingreditur sanctuarium, memorialis coram Domino in æternum. Pones autem in rationali iudicij Doctrinam & veritatem, quæ erunt in pectore Aaron, quando ingreditur coram Domino. & gestabit iudicium filiorum Israel in pectore suo in conspectu Domini semper.* Et mox.

9. *Ibid. Portauitque Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt & sanctificauerunt filij Israel. Erit autem lamina semper in fronte eius, vt placatus sit ei Dominus.* Per Aaron Christum præfiguratum docet B. Prosper de prædictionibus par. 2. cap. 5. vbi vestes Pontificis in Christo enartat. Paulus quoque idem satis insinuat,

cum

cum Aaron Christi exemplum facit ad Hebr. capi. 5. Quod autem vel nomina vel iudicium vel etiam iniuritates filiorum Israël Pontifex gestare præcipitur, indicat Christum pro peccatis & salute suorū mortem oppetiſſe, ſequè ipſum Deo Patri obtuliſſe: quemadmodum ipſe dicit iam iam paſſurus, Pro eis ſanctifico me ipſum, & ruruſ: Non pro eis rogo tantum, ſed & pro illis, qui credituri ſunt per verbum ipſorum. Lege Hieronymum in cap. 28. Ezechielis.

10. Denique omnia pontificalia Exodi & Leuitici totiuſque legiſ ſacrificia Chriſti ſacerdotiū ſacrificiumque exprimunt, vt ſancti Patreſ præclare admonent: Epiphaniuſ contra Hæreſeſ l. 1. tom. 3. Gregoriuſ Pãpa li. 28. Moralium cap. 17. Gregoriuſ item Nazianzenuſ orac. 2. in Paſcha, vbi Chriſti victimam dicit omnibuſ fuiſſe legalibuſ immixtam. Thomã quoque in 1. 2. in quæſt. de lege veteri. Auguſtinuſ eodem modo lib. 6. contra Fauſtuſ ca. 5. omnia, inquit, ſacrificia multis & varijs modis vnum ſacrificium, cuiuſ memoriam celebramus, ſignificãrunt. Idem S. Leo ſerm. 3. de Paſſione Domini.

*Ieſuſ Rex Iſraël, totiuſque orbis Dominuſ.*

### C A P. I I I I.

**S**ACERDOTIO Regnum in Chriſto eſſe coniuñctum palam docent diuinæ literæ. Regnum verò illiuſ non temporale, vt Iudæi putabant, neque in ſtirpe ſolum Iſraël: ſed ſpirituale, æternum, quodque omneſ orbis terrarum fineſ complectatur. Denique regnum Chriſti eſſe Eccleſiam, vt probè monet Epiphaniuſ, & noui teſtamenti & veteriſ oracula declarant: qualia ſunt.

1. Luc. 1. *Dabit illi Dominuſ Deuſ ſedē Dauid patriſ eiuſ: & regnabit in domo Iacob in æternuſ: & regni eiſ non erit*

*erit finis.* Quæ sit domus Iacob, in qua Christus perpetuo regnât, Apostolus indicat ad Roman. 9. Non omnes inquit, qui ex Israël, ij sunt Israëlitæ; neque qui semen sunt Abraham, omnes filij: sed in Isaac vocabitur tibi semen, id est, non qui filij carnis, hi filij Dei, sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine. Et planius ad Gal. 3. cognoscite ergo, quia qui ex fide sunt, ij sunt filij Abraham. Itaque regnū Israël est ipsa Ecclesia fidelium: quæ & perpetua erit, & in omnes orbis partes se proferet, & hoc regnum tradetur Deo à Christo in fide, vt scribit Apostolus 1. ad Corin. 15.

II. *Ioan. 1. Respondit et Nathanael, & ait, Rabbi tu es filius Dei: tu es Rex Israel.*

III. *Ioann. 18. Regnum meum non est de hoc mundo. In hoc etiam mundo est regnum Christi sed non de hoc mundo.*

IV. *Luc. 23. Domine memento mei, cum veneris in Regnum tuum.*

V. *Matth. 4. Appropinquabit Regnum celorum. Regnum Dei etiam in veteri scriptura inuenitur tametsi rarè: regnum celorum nusquam omnino, vt nouitas regni Ecclesiæ designaretur in Euangelio, in qua regnat nunc quidem Christus per fidem, mox regnaturus per speciem. Tunc erit perfectissimum regnum, in quo se latro annumerari petebat.*

VI. *Matth. 11. Lex & Propheta vsque ad Ioannem: à diebus autem Ioannis Baptista regnum celorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Hoc quale regnum sit quod violenti præripiunt, aliàs ostendit Paulus: Regnum, inquit, Dei non est esca & potus: sed iustitia & pax & gaudium in Spiritu sancto.*

VII. *Apocal. 1. Et à Iesu Christo, qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps Regum terra: qui dilexit*



dilexit nos, & lauit nos peccatis nostris, & fecit nos Regnum & sacerdotes Deo & patri suo, ipsi gloria & imperium in saecula saeculorum. Si Christus princeps regum terræ, profectò vicario Christi omnes subduntur.

VIII. Apoc. 19. Et habet in vestimento & in scæmore suo scriptum, Rex Regum, & Dominus Dominantium. Ut ostendatur non solum qua Deus est, sed etiam qua homo est, omnium esse & Dominus & Rex, ob id in scæmore & in vestimento scribitur ille titulus. Data est enim omnis potestas in cælo & in terra.

Iam Prophetica videamus: sunt verò innumera bilia, sed hæc pauca sufficient.

1. Dan. 7. Aspiciebam in visione noctis: & ecce cum nubibus cæli quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquum dierum peruenit.

Et in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnum: & omnes populi, tribus, & linguae seruient ei: potestas eius, potestas aeterna, quæ non auferetur, & regnum eius, quod non corrumpetur. Et cæsus.

2. Ibi. Regnum autem & potestas & magnitudo regni quæ est subter omne cælum, datur populo sanctorum Altissimi: cuius regnum sempiternum est: & omnes Reges seruient ei, & obedient. Apertissime Propheta describit Ecclesiam Christi, & regnum illius æternum. Tractat hoc Daniëlis vaticinium Augustinus. lib. 18: de ciuitate Dei cap. 34. & 12. cont. Faustum. cap. 44. Prosper de Prædictionibus parte. 2. cap. 34. Attingit etiam Cyprianus lib. ad Quirinum. 2. cap. 26. & in expositione symboli. Hænaus. lib. 4. cap. 37.

3. Dan. 2. In diebus autem regnorum illorum suscitabit Deus cæli regnum, quod in æternum non dissipabitur: & regnum eius alteri populo non tradetur: comminuet autem & consumet omnia regna hæc, & ipsum stabit in æternum.

O Secundum

*Secundum quod vidistis, quod de monte abscissus est lapis sine manibus, & comminuit testam & ferrum & as & argentum & aurum.* Hoc quoque Cyprianus aduersus Iudæos lib. 2. cap. 17. & Prosper de prædictionibus parte 2. cap. 33. Augustinus quoque contra Iudæos, Paganos & Adrianos cap. 11. in 6. tom. Significat autem Prophetia Daniëlis Christum de virgine non humana opera natum, omnia regna orbis terrarum sibi subditurum: quod hodie videmus impletum.

4. *Mich. 4. Et regnabit Dominus super eos in monte Sion ex hoc nunc & vsque in saculum. Et turris gregis nebulosa filia Sion vsque ad te veniet: & veniet potestas prima, regnum filia Hierusalem.* Marinarius Carmelita in lib. de consonantia Christi & Prophetarū Regnum Christi ex hoc loco rectè probat. Apud Hieronymum est initium secundi libri & finis ptimi in Michæam: qui ob id in monte Sion regnaturum Christum annuntiant, quod ex Sion exierit lex, hoc est Euangelium, & verbum Domini de Hierusalem vt Esaias & hic ipse Propheta aliàs canunt: quod pulchrè David significat, cum dicit: Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: euangelicum sermonem virgam virtutis Christi exponit Augustinus in libro 17. de ciuitate.

5. *Esai. 9. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis super solium David & super regnum eius sedebit, vt confirmet illud & corroboret in iudicio & iustitia à modo & vsque in sempiternum: Zelus Domini exercituum faciet hoc.* Præclarum hoc testimonium refert Eusebius lib. 7. de Demonstrat. Evangelica ca. 3. itemque Epiphanius lib. 2. contra hæreses agens contra Nazaræos, vbi & docet Regnū Christi esse Ecclesiam.

6. *Hier. 23. Ecce dies venient, dicit Dominus, & suscitabo David germen iustum & regnabit. Rex & sapiens erit: & faciet*

faciet iudicium & iustitiam in terra. Inuenies apud Augustinum lib. 18. de Ciuitate Dei cap. 33. & Eusebium lib. 7. capit. 9. Quod si nosse uolueris quid germinis uocabulo scriptura exprimit, legito fratris Ludouici Augustiniani librum de nominibus Christi.

7. *Ezech. 37. Et erunt mihi populus, & ego ero eis Deus. Et seruus meus Dauid Rex super eos: & pastor vnus erit omnium eorum.* Nominis Dauidis Christum intelligi notat Augustinus in responsione ad octo Dulcitij quaestiones in extremo capite, in 4. tomo. Vbi tum hoc tam frequens Osee testimonium recitat.

8. *Ose. 3. Post hac reuertentur filij Israël, & quarent Dominum Deum suum, & Dauidem Regem suum.*

9. *Psal. 2. Ego autem Constitutus sum Rex ab eo super Sion montem sanctum eius, pradicans praeceptum eius. Dominus dixit ad me, Filius meus es tu: ego hodie genui te: postula à me & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terra. Reges eos in uirga ferrea, & tamquam uas figuli confringes eos.* Cyprianus lib. 2. aduersus Iudæos capit. 29. Hieronymus in epist. ad Principiam. Tritissimum testimonium est Iunil. lib. 2. cap. 22.

10. *Psal. 71. Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis. ac mox: Et permanebit cum sole & ante lunam in generatione, & generationem. Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis donec auferatur luna. Et dominabitur à mari usque ad mare: & à flumine usque ad terminos orbis terrarum. Et adorabunt eum omnes Reges terra: omnes gentes seruient ei. Et benedictum nomen maiestatis eius in aeternum: & replebitur maiestate eius omnis terra.*

Hæc, quamuis psalmus ille titulum habeat Salomonis, in Salomonem non conuenire, sed in Christum, Augustinus. lib. 17. de ciuitate Dei c. 8. euidentis

esse confirmat, idque adeo, vt Iudæi qui Christum respuunt, tamen de Salomone non esse dicta concedant. Recitat Cypria. in libr. 2. ad Iud. cap. 30. Arnobius cæterique Psalmorum interpretes legi possunt. Gregor. quoque in Psalm. 4. pœnitent. tractat Eusebius. lib. 7. cap. 7.

11. Psalm. 88. *In nomine tuo exaltabit cornu eius. Et ponam in mari manum eius & in fluminibus dexteram eius. Ipse inuocabit me: Pater meus es tu: Deus meus & susceptor salutis mea. Et ergo primogenitum ponam illum, excelsum præ Regibus. In æternum seruabo illi misericordiam meam, & thronum eius sicut dies cæli.* Et hoc sub Dauidis nomine sicut illa superiora sub Salomonis titulo de Christo prorsus prædicta in eodem opere Augustinus ostendit, idest. lib. 17. de ciuit. cap. 9. Cyprianus quoque. lib. 2. ad Quirinum, capit. 1. Euseb. lib. 7. capitul. 6.

12. 2. Reg. 7. *Suscitabo semen tuum post te, quod egredietur de utero tuo & firmabo regnum eius. Ipse adificabit domum nomini meo & stabiliam thronum eius vsque in sempiternum.* Et hoc non de Salomone se de Christo prædictum docent iidem Patres Cyprianus. libr. 1. aduersus Iudæos. capit. 15. & Augustinus. libr. 17. de ciuit. cap. 8. Euseb. lib. 4. cap. 26.

13. 3. Reg. 10. *Magnificatus est ergo Rex Salomon super omnes Reges terra diuitiis & sapientia. Et vniuersa terra desiderabat vultum Salomonis, vt audiret sapientiam eius.* Prosper de diuinis prædictionibus parte. 2. capit. 27. Ecclesia verò ad primas vespèras Christi nati sic canit: Rex pacificus magnificatus est, cuius vultum desiderat vniuersa terra, atque iterum, Magnificatus est Rex pacificus super omnes Reges vniuersæ terræ. Fuit enim Salomonis Regnum typus Regni Christi.

Iesus,

*Iesus, verus Messias, Spiritu sancto & omnium  
donorum plenitudine vnctus.*

## CAP. V.

**P**ROPHETÆ, legislatoris, Pontificis, atque Regis nomina per excellentiam quidem de Christo dicuntur: sed tamen per proprietatem in alios quoque conueniunt. Nam Propheta Samuel, legislator Moses, Aaron Pontifex, Rex Salomon appellatus est: qui omnes typum Christi suo quisque modo gesserunt. At Messias, quod interpretatur Christus, semper de vno tantū potuit intelligi. Quamuis enim plures Christos legamus dicente Deo, Nolite tangere Christos meos, vnus tamen Christus, non per excellentiam solum, sed etiam proprietatem. Cæteri, improprie & abusuè Christi sunt dicti. Itaque ampliota magisque propria Christi nomina pergamus exponere: ac doceamus primum Iesum Nazarenum ipsum esse Messiam, & gratia super omnes homines diuinitus vnctum.

*I. Ioan. 1. Inuenit Andreas fratrem suum Simeonem, & dicit ei, Inuenimus Messiam, quod est interpretatum Christus. Et adduxit eum ad Iesum.*

*II. Ioan. 4. Dicit ei mulier, scio quia Messias venit, qui dicitur Christus. Dicit ei Iesus: Ego sum qui loquor tecum.*

*III. Act. 2. Certissime sciat ergo omnis domus Israël, quia & Dominum eum & Christum fecit Deus hunc Iesum, quem vos crucifixistis: verba sunt Petri Apostoli: ex quibus tamen calumniam Arianorum Christi diuinitati inuectam, cum eum factum hinc probare conantur, facile depellunt Athanasius, Epiphanius atque Augustinus, de Christo homine explicantes, qua ratione certe Messias, hoc est vnctus est à Spiritu sancto.*

IV. Act. 10. Iesum à Nazareth, quomodo vnixerit eum Deus Spiritu sancto & virtute, qui pertransit benefaciendo & sanando omnes oppressos à diabolo, quoniam Deus erat cum illo. Et hæc Petri verba sunt.

V. Ioan. 1. Ioannes testimonium perhibet de ipso, & clamat dicens: Hic erat quem dixi: Qui post me venturus est, ante me factus est, qui prior me erat: & de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia: quia lex per Moysen data est: gratia & veritas per Iesum Christum facta est.

VI. Ioan. 3. Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur. Non enim ad mensuram dat Deus spiritum. Hoc sane de Christo Ioannes Baptista asseruit. Nam de cæteris Paulus ait, vnicuique data est gratia secundum mensuram donationis Christi.

Hanc tantam Christi amplitudinem atque eminentiam sic Prophetica etiam oracula demonstrarunt.

1. Psalm. 44. Sedes tua Deus in sæculum sæculi: virga equitatis virga Regni tui: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. Quo testimonio Paulus quoque vtitur ad Hebræos primo capit. lege Augustinum libro 17. de ciuitate Dei capit. 16. & Hieronymum in epist. ad Principiam in 3. tom. vbi eum Psalmum exponit.

2. Esai. 61. Spiritus Domini super me, eo quod vnxit Dominus me: ad annuntiandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & predicarem captiuis indulgentiam, & clausis aperitionem. Huius vaticinij de se ipse Christus interpretes fuit, vt Lucas narrat capit. 4. Referunt atque explicant Irenæus lib. 3. capit. 10. & cap. 20. egregie Eusebius de Demonst. Euang. lib. 9. cap. 10. Athanasius lib. de Spiritu sancto. Augustinus tractatu. 74. in Ioannem.

3. Psalm.

3. *Pfal. 88. Inuenit Dauid seruum meum: oleo sancto meo unxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei.* De Christo potius quam de Dauide hæc cani docet Augustinus non semel, concione 1. in Psalm. 88. & lib. 17. de ciuitate Dei capit. 8. & de octo quæstionibus ad Dulcietium q. 5. Idem affirmat expressius Hilarius in Psal. 183. idem Abros. lib. 5. de Fide cap. 4.

4. *Esaï. 11. Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum Spiritus Domini: Spiritus sapientiæ & intellectus, Spiritus consilij & fortitudinis, Spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini.* Sanctus Leo serm. 4. de Natiuitate, Tertullianus de carne Christi, Hieronymus ad Pammachium de optimo genere interpretandi, Chrysostomus hom. in Psal. 22. Euseb. lib. 2. cap. 19.

5. *Dan. 9. Et impleatur visio, & Prophetia, & vngatur sanctus sanctorum. Ab exitu sermonis vsque ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta duæ erunt.* Tertullianus in libro aduersus Iudæos enumerat hebdomadas, quem Hieronymus in Daniëlem sequitur, Prosper de prædictionibus diuinis parte 2. cap. 35. refert Hieronymum, ac valde laudat. Augustinus aduersus Faustum Manichæum lib. 12. ca. 44. Euseb. latè lib. 8. cap. 2.

6. *Genes. 28. Benedicentur in te & in semine tuo cuncta tribus terra. Cumque euigilasset Iacob de somno, ait: Vere Dominus est in loco isto, & ego nesciebam, pauēsque quam terribilis est locus iste: non est hic aliud nisi domus Dei & porta cæli. Surgens ergo Iacob mane tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, fundens oleum desuper: appellauitque nomen vrbis Bethel. Lapidem à Iacob rãto ritu inuncto Christum significari docent Cyprianus libr. 1.*

aduersus Iudæos cap. 16. Prosper de prædict. part. 1. cap. 23. Gregorius Papa 5. moral. cap. 21. Aug. lib. 12. cont. Faustum cap. 26.

3. Reg. 1. *Dixit quoque Rex David. Ducite Salomonem filium meum in Gihon, & unget eum ibi Sadoc sacerdos & Nathan Propheta in Regem Israël: & canetis buccina atque dicetis, uiuat rex Salomon.* Præfiguratum in Salomone Christum indicant Prosper de prædict. par. 2. cap. 27. August. de ciuit. lib. 17. cap. 20.

*Iesus filius Dei unigenitus, verbum, & sapientia Patris.*

## C A P. - V I.

**Q**VÆ hætenus exposita sunt, Christo conueniunt homini. Quæ sequuntur duo, nequaquam secundum naturam humanam intelliguntur. Sed cum sit in Christo præter hanc, & diuina persona, & natura diuina, personæ est esse filium, & Verbum, naturæ est Deum verum, quò maior alius non sit. Iudæi verum ac naturalem Dei filium Christum negant purum hominem Messiam existimantes: cum quibus Photinus hæreticus hac in parte consentit. Horum amentiam literæ diuinæ abunde redarguunt.

I. Matt. 3. & 17. *Et ecce vox de cœlis dicens, Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui.*

II. Matt. 16. *Respondens Simon Petrus dixit tu es Christus Filius Dei viui.*

III. Ioan. 1. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & mox, vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre.*

IV. Hebr. 1. *Novissime locutus est nobis in filio, quem constituit heredem vniuersorum, per quem fecit & sæcula, qui cum sit splendor gloria, & figura substantiæ eius,*



*eius, portansque omnia verbo virtutis sue, purgationem peccatorum faciens sedet ad dexteram Maiestatis in excelsis: tanto melior Angelis effectus quanto differentius pra illis nomen hereditauit. Cui enim Angelorū dixit aliquando.*

1. *Psal. 2. Filius meus es tu: ego hodie genui te: & rursus.*

2. *2. Reg. 7. Ego ero illi in patrem, & ipse mihi erit in filium.*

Prius testimonium ex Psalmo secundo etiam producit, ac Paulus ad Hebræos 5. & Actorum. 13. ad Christi resurrectionem comprobendam. Posterius ex historia Regum videtur quibusdam non vsquequaque idoneū ad Christi æternā generationē demonstrandam, quod putent nō esse ad literam de Christo, sed de Salomone potius dictū. At horum sententiam valide redarguit Augustinus li. 17. de ciuitate Dei ca. 8. probans de Christo non de Salomone verba Nathan Prophetæ intelligi. Cyprianus libr. 1. ad. Iud. cap. 15. & lib. 2. cap. 11. Tertul. 3. cont. Marcio. Euseb. lib. 7. capi. 6.

3. *Psal. 109. Tesum principium in die virtutis tua: in splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te.* Augustinus lib. 1. de Trinitat. cap. 12. & contra Maximum Arrianum. lib. 3. cap. 18. & tractatu 3. in Ioan. Hieronymus libr. 2. in Michæam. Cypri. libr. 2. episto. 3. & 1. ad. Iud. cap. 17. differit de eo versiculo Athanasius in ea orat. aduersus Arrianos, qua explicat Deus erat verbum.

4. *Psal. 88. Ipse inuocabit me, Pater meus es tu: Deus meus & susceptor salutis meæ. Et ego primogenitum ponam illum excelsum pra regibus terræ.* Et hoc August. lib. 17. de ciuitate Dei cap. 9. & Cyprianus lib. 2. aduersus Iudæos cap. 1. Euseb. lib. 7. cap. 6.

5. *Prouer. 30. Quod nomen est Dei, & quod nomen filij eius si nosti.* Ab Augustino quidam quaesuit, an ve-

O 5 rum

rum esset Salomonem asserere, Deo non esse filium: cui ille respondit adeo id non esse verum, vt potius contrarium aperte doceat: ad quod probandum producit locum hunc Prouerbiorum. lege episto. 49. quæst. 5. Itaque Iansenius meritò in commentarijs eius capitis pronuntiat manifestè à Salomone refelli Iudæos vnam tantum ponentes in Deitate personam.

6. *Sapient. 7. Vapor est enim virtutis Dei, & emanatio quadam est claritatis omnipotentis Dei sincera: & ideo nihil inquinatum incurrit in eam. Candor est enim lucis æterna, & speculum sine macula Dei Maiestatis, & imago bonitatis illius. Et cum sit vna, omnia potest, & in se permanens, omnia innovat, & per nationes in animas sanctas, se transfert, amicos Dei & Prophetas constituit. Illustrissimum est testimonium de Dei verbo, quod Paulus imaginem & characterem substantiæ Dei prædicat: sapiens emanationem claritatis Dei, & candorem lucis æternæ, & speculum & imaginem. lege epistolas Cyrilli atque aliorum in Concilio Ephesino. Augustinum quoque lib. 4. de Trinitate, cap. 20. & de incarnat. verb. cap. 13. & 14. tractatum in Ioann. 20. & sermon. 190. in 10. tomo. Ambrosius libr. 1. de Fide. cap. 4. Eusebius de Præpar. Euangel. lib. 7. cap. 5.*

7. *Prouer. 8. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam foueret à principio. Ab æterno ordinata sum, & cætera, cum eo eram cuncta componens & delectabar per singulos dies ludens coram eo, ludens in orbe terrarum.* Sciendum est, ex hoc primo loco Arium impegisse in errorem suum, vt Dei filium assereret creaturam, quemadmodum Epiphanius narrat in libr. 2. contra hæreses agens de Arriana hæresi. propterea quod Græca lectio vulgata haberet, Dominus creauit me. In quo testimonio explicando

plicando catholici Patres vehementer laborant. Sunt autem quatuor solutiones, quas reddunt. Epiphanius in loco iam dicto adhibet primam, negans Salomonem illic de sapientia aeterna quæ est Dei verbum agere, sed facile refellitur ex ijs quæ subijcit præclarissimè, secundo respondet Hebraicam veritatem secus habere nec dicere creavit me, sed possedit me, aut instar pulli exclusit, id enim significare verbum (Canani) quod illic est. Hieronymus hoc etiam modo respondet ipse in epist. ad Cyprianum in 3. tomo. ibique vertit, vt habet nostra vulgata, Dominus possedit me. Tertiam adhibet responsionem Epiphanius, placuisse Orthodoxis patribus quibusdam, accipiendum esse eum locum de Christo secundum naturam assumptam, iuxta quam creatus est, & creatura. ita explicat Athanasius in expositione Fidei. & cont. Arian. orat. 1. & 2. & 3. necnon Augustinus lib. 1. de Trinit. cap. 12. asserens secundum formam Dei à Salomone dictum, ante omnes colles generavit me Dominus, secundum autem formam serui, Dominus creavit me. Eodem modo Ambros. lib. 3. de Fide cap. 4. Quartam nihilominus responsionem ex B. Hilario attexam, qui elegantissime scribit ad hunc modum in libro de synodis num. 5. Quia Dei filius non corporalis partitudinis exemplo genitus est, sed ex perfecto Deo perfectus Deus natus est: idcirco ait creatam se esse sapientia, omnes in generatione sua corporales passiones excludens. At verò, vt ostenderet non creationis in se, sed natiuitatis naturam esse, subiecit & genitam, vt cum creatam se & genitam confitetur, absolutam natiuitatis suæ intelligentiam præstaret: dum & in demutabilem patris naturam in creatione significat, & legitimam ac propriam ex Deo patre genitæ naturæ suæ ostendit esse

esse substantiam. Hæc ille. Ad eundem modum ex  
 poni poterit quod in Ecclesiastico legimus capit. 24  
 Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Et ab  
 initio & ante sæcula creata sum. Et quod Ecclesiasti-  
 ci cap. 1. legimus: Prior omnium creata est sapientia  
 Nam vel de Christo secundam formam hominis in-  
 telligemus, vel iuxta Hilarium, creationem explica-  
 bimus, productionem non ex nihilo, sed sine immu-  
 tatione producentis, vt est creatio. Iansenius poste-  
 riorem expositionem sequitur 8. Prou. Quamquam  
 Aug. in li. 12. confessionum suarum, sapientiã primo  
 creatam velit esse naturam Angelicam: Et certe ver-  
 ba illa: Ipse creauit illam in spiritu sancto, & vidit &  
 dinumerauit & mensus est, non rectè de Dei ver-  
 bo intelligi possunt, neque enim in Spiritu sancto  
 productum est, cum ab illo potius procedat Spi-  
 ritus sanctus. Nisi Christum in forma assumpta  
 cogitare malueris. Cæterum testimonio allato ex  
 Prou. 8. vtitur Cyprianus lib. 2. adue. Iudæos. ca. 1. &  
 Iustinus Martyr in apolog. 2. pro Christianis, vt o-  
 stendat Christum esse Dei filium.

8. *Esaï. 53. Generationem eius quis enarrabit?* Atha-  
 nas. in expositione Fidei. Augustinus tract. 31. in Ioa.  
 & de Symbolo lib. 1. cap. 3. & lib. 2. cap. 3. Bernardus  
 sermon. 53. Hieronym. in Matth. 1. Ambrosi. de Fid.  
 lib. 1. cap. 6. Athan. de incarn. verb.

9. *Daniel. 3. Ecce ego video quatuor viros solutos, &  
 ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis est in eis,  
 & species quarti, similis Filio Dei.* Quamquam Hiero-  
 nymus dubitat, magisque Angelum credit filium  
 Dei appellatum, sed significantem verum Dei Fi-  
 lium. Ambrosius 1. libr. de Fid. capi. 2. ibi mysterium  
 Trinitatis agnoscit, & in Angelo Dei filium do-  
 cuisse tres pueros. Chry. in homil. de consubstant.  
 Trinit.

Trinit.in 3.tom.Irenæus lib.4.cap.37.& lib.5.

10. *Michea. 5. Ex te mihi egredietur, qui sit Dominator in Israel: & egressus eius ab initio, à diebus aternitatis.* Aperte significatam æternam Christi natiuitatem vt Hieronymus scribit:& Euseb.lib. 8.cap.3.

11. *Ecclesiastic.24. Ego ex ore Altissimi prodii, primogenita ante omnem creaturam.* Cyprianus lib.2.aduer. Iud.cap. 1. hinc probat Christum esse Dei filium. Ex ore autem Altissimi sapientia prodire dicitur idque ante omnem creaturam, quod verbum erat in principio apud Deum,& per ipsum facta sunt omnia. Legi potest Cornelius Iansenius in Ecclesiasticum. Ambros.lib.1.Fide,cap.7.citat.

12. *Ecclesiast. 31. Inuocaui Dominum patrem Domini mei, vt non derelinquat me in die tribulationis meæ.* Et hinc perspicuum est Iesum Sirac filium, auctorem Ecclesiastici plures in diuinitate agnouisse personas, cum inuocet Dominum, Patrem Domini sui Messie,iuxta illud Psalmi.109. Dixit Dominus Domino meo.

*Iesus Deus verus, omnium rerum auctor, Dominus Omnipotens, & solus Altissimus.*

## C A P. VII.

**Q**VAMVIS & filium Dei & Deum Ariani faterentur Iesum Christum, vt ex epistolis Arii, quas Epiphanius recitat, constat, simul tamen creaturam & Deo inferiorem ponebant: quod nihil est aliud quam neque verum Dei filium neque verum Deum agnoscere. Posteriores quoque Arii sectatores, sequuti Ariminensis Synodi imposturam, verbo quidem negabant productum ex nihilo, & Deum verum fatebatur, re autem vera neque Deum neque filium Dei sentiebant, cum & diuersæ substantiæ à patre,

patre, & illi omnino imparem affirmarent: quemadmodum disputationes Augustini aduersus Arianos: optimè docent. Itaque cum sancti Patres testimonijs ex vtroque testamento petitis impiam hæresim acerrimè confutarunt; eam ob causam placuit mihi in asserenda Christi Domini nostri vera deitate, etiam Euangelicis Apostolicisque auctoritatibus veterum expositiones adhibere, quod in Prophetiis tantum facere soleo: vt Christi gloria amplius commendetur.

I. Ioan. 1. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum.* Ante Arrianos Cyprianus Christum esse Deum probat lib. 2. adu. Iud. cap. 6. Irenæus li. 3. aduersus hæreses cap. 21. Iustinus in colloquio Tryphonis. Sed aduersus Arrianos propriè Athanasius & Gregorius Nazianzenus in pluribus orationibus. Epiphanius in Ancoratu & contra hæreses. hæres. 31. lib. 2. Hilarius in 7. de Trinitate. Augustinus contra Maximinum. Ambros. in li. de Fide, & alij cōplures.

II. Ioan. 5. *Iesus autem respondit eis, Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Propterea ergo magis querebant eum Iudæi interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat Deum, aequalem se faciens Deo.* Quem locum tractans Hilarius lib. 9. de Trinit. Et hic, inquit, rursus admonebo, & Euangelistæ iudicio, & communi humani generis sensu filium in paternæ naturæ æqualitate esse. Augustinus tractatu 17. in Ioan. Ecce intelligunt Iudæi, quod non intelligunt Arriani. Arriani quippe inæqualem patri filium dicunt, & inde hæresis pulsatur Ecclesiam. Ambros. 2. de fid. ca. 4. Hieronymus in cap. 28. meus.

III. Ioan.

III. Ioan. 10. *Pater Ezechielis quod dedit mihi, maius omnibus est: & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & Pater vnum sumus.* In concil. Sardicensi explicatur hæc Regula Fidei, eo irridetur stulta Arrianorum interpretatio de vnitæte concordie. Greg. Nazianz. in orat. cont. Arrianos, vnum essentia, sumus personis assignat. Hil. 7. de Trinit. Vt quod vnum sunt, nec diuersum, nec solitarium traderetur. Epiphanius hæref. 57. August. lib. 3. cont. Maximinum cap. 14.

IV. Ioan. 20. *Respondit ei Thomas, Dominus meus & Deus meus.* Cyprianus lib. 2. adu. Iud. c. 6. quod Christus sit Deus. Hilarius 7. de Trinit.

V. Hebra. 1. *Cum iterum introducit primogenitum in orbem terra, dicit, Et adorent eum omnes Angeli Dei. Ad filium autem dicit, Thronus tuus Deus in sæculum sæculi. Et tu Domine in principio terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt calis. ipsi peribunt: tu autem permanebis.* Athanasius latè in orat. 2. contra Arrianos. Hieronymus in epist. ad Principiam in 3. tom. Augustinus 3. lib. cont. Maximinum cap. 16. & 26.

VI. Tit. 1. *In predicatione qua credita est mihi secundum præceptum Saluatoris nostri Dei. gratia & pax à Deo Patre & Christo Iesu Salvatore nostro.* Eundem Saluatorem appellat Christum, quem proximè dixerat saluatorem Deum.

VII. Tit. 2. *Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri erudiens nos, vt abnegantes impietatem, sobria & iuste & pie viuamus in hoc sæculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloria magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi.* Hic Hieronymus, Vbi est, inquit, serpens Arrius? vbi Eunomius coluber? Magnus Deus Iesus Christus Saluator dicitur, &c.

VIII. Rom. 9. *Ex quibus est Christus secundum carnem, qui est Deus super omnia benedictus in sæcula. Amen.*

Cypria

IV. Act. 10. Iesum à Nazareth, quomodo vnixerit eum Deus Spiritu sancto & virtute, qui pertransit benefaciendo & sanando omnes oppressos à diabolo, quoniam Deus erat cum illo. Et hæc Petri verba sunt.

V. Ioan. 1. Ioannes testimonium perhibet de ipso, & clamat dicens: Hic erat quem dixi: Qui post me venturus est, ante me factus est, qui prior me erat: & de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiam pro gratia: quia lex per Moysen data est: gratia & veritas per Iesum Christum facta est.

VI. Ioan. 3. Quem enim misit Deus, verba Dei loquitur. Non enim ad mensuram dat Deus spiritum. Hoc sane de Christo Ioannes Baptista asseruit. Nam de cæteris Paulus ait, vnicuique data est gratia secundum mensuram donationis Christi.

Hanc tantam Christi amplitudinem atque eminentiam sic Prophetica etiam oracula demonstrarunt.

1. Psalm. 44. Sedes tua Deus in saculum seculi: virga equitatis virga Regni tui: Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem, propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis. Quo testimonio Paulus quoque vtitur ad Hebræos primo capit. lege Augustinum libro 17. de ciuitate Dei capit. 16. & Hieronymum in epist. ad Principiam in 3. tom. vbi eum Psalmum exponit.

2. Esai. 61. Spiritus Domini super me, eo quod vnixerit Dominus me: ad annuntiandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & predicarem captiuis indulgentiam, & clausis aperitionem. Huius vaticinij de se ipse Christus interpretes fuit, vt Lucas narrat capit. 4. Referunt atque explicant Irenæus lib. 3. capit. 10. & cap. 20. egregie Eusebius de Demonst. Euang. lib. 9. cap. 10. Athanasius lib. de Spiritu sancto. Augustinus tractatu. 74. in Ioannem.

3. Psalm.



3. *Pfal. 88. Inuenit Dauid seruum meum: oleo sancto meo unxi eum, manus enim mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum. Nihil proficiet inimicus in eo, & filius iniquitatis non apponet nocere ei.* De Christo potius quam de Dauide hæc cani docet Augustinus non semel, concione 1. in *Psal. 88.* & lib. 17. de ciuitate Dei capit. 8. & de octo quæstionibus ad Dulcetiū q. 5. Idem affirmat expressius Hilarius in *Psal. 183.* idem *Abros. lib. 5. de Fide cap. 4.*

4. *Eesai. 11. Et egredietur virga de radice Iesse, & flos de radice eius ascendet, & requiescet super eum Spiritus Domini: Spiritus sapientiæ & intellectus, Spiritus consilij & fortitudinis, Spiritus scientiæ & pietatis, & replebit eum spiritus timoris Domini.* Sanctus Leo serm. 4. de Natiuitate, Tertullianus de carne Christi, Hieronymus ad Pammachium de optimo genere interpretandi, Chrysostomus hom. in *Psal. 22.* Euseb. lib. 2. cap. 19.

5. *Dan. 9. Et impleatur visio, & Prophetia, & ungetur sanctus sanctorum. Ab exitu sermonis vsque ad Christum ducem, hebdomades septem, & hebdomades sexaginta dua erunt.* Tertullianus in libro aduersus Iudæos enumerat hebdomadas, quem Hieronymus in Daniëlem sequitur, Prosper de prædictionibus diuinis parte 2. cap. 35. refert Hieronymum, ac valde laudat. Augustinus aduersus Faustum Manichæum lib. 12. ca. 44. Euseb. latè lib. 8. cap. 2.

6. *Genes. 28. Benedicentur in te & in semine tuo cuncta tribus terra. Cumque euigilasset Iacob de somno, ait: Vere Dominus est in loco isto, & ego nesciebam, pauēsq̄ quam terribilis est locus iste: non est hic aliud nisi domus Dei & porta cæli. Surgens ergo Iacob mane tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, fundens oleum desuper: appellauitque nomen vr̄bis Bethel.* Lapide à Iacob tâto ritu inuncto Christum significari docent Cyprianus libr. 1.

aduersus Iudæos cap. 16. Prosper de prædict. part. 7. cap. 23. Gregorius Papa 5. moral. cap. 21. Aug. lib. 12. cont. Faustum cap. 26.

3. Reg. 1. Dixit quoque Rex David. Ducite Salomonem filium meum in Gihon, & unget eum ibi Sadoc sacerdos & Nathan Propheta in Regem Israël: & canetis buccina atque dicetis, uiuat rex Salomon. Præfiguratum in Salomone Christum indicant Prosper de prædict. par. 2. cap. 27. August. de ciuit. lib. 17. cap. 20.

*Iesus filius Dei unigenitus, verbum, & sapientia Patris.*

## C A P. - V I.

**Q**UÆ hæcenus exposita sunt, Christo conueniunt homini. Quæ sequuntur duo, nequaquam secundum naturam humanam intelliguntur. Sed cum sit in Christo præter hanc, & diuina persona, & natura diuina, personæ est esse filium, & Verbum, naturæ est Deum verum, quo maior alius non sit. Iudæi verum ac naturalem Dei filium Christum negant purum hominem Messiam existimantes: cum quibus Photinus hæreticus hac in parte consentit. Horum amentiam literæ diuinæ abunde redarguunt.

I. Matt. 3. & 17. *Et ecce vox de cælis dicens, Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui.*

II. Matt. 16. *Respondens Simon Petrus dixit tu es Christus Filius Dei viui.*

III. Ioan. 1. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & mox, vidimus gloriam eius, gloriam quasi unigeniti à patre.*

IV. Hebr. 1. *Novissime locutus est nobis in filio, quem constituit heredem vniuersorum, per quem fecit & sæcula, qui cum sit splendor gloria, & figura substantiæ eius,*

*eius, portansque omnia verbo virtutis sue, purgationem peccatorum faciens sedet ad dexteram Maiestatis in excelsis: tanto melior Angelis effectus quanto differentius præ illis nomen hæreditauit. Cui enim Angelorū dixit aliquando.*

1. *Psal. 2. Filius meus es tu: ego hodie genui te: & rursus.*

2. *2. Reg. 7. Ego ero illi in patrem, & ipse mihi erit in filium.*

Prius testimonium ex Psalmo secundo etiam producit, ac Paulus ad Hebræos 5. & Actorum. 13. ad Christi resurrectionem comprobendam. Posterius ex historia Regum videtur quibusdam non vsque quaque idoneū ad Christi æternā generationē demonstrandam, quod putent nō esse ad literam de Christo, sed de Salomone potius dictū. At horum sententiam valde redarguit Augustinus li. 17. de ciuitate Dei ca. 8. probans de Christo non de Salomone verba Nathan Prophetæ intelligi. Cyprianus libr. 1. adu. Iud. cap. 15. & lib. 2. cap. 11. Tertul. 3. cont. Marcio. Euseb. lib. 7. capi. 6.

3. *Psal. 109. Tesum principium in die virtutis tua: in splendoribus sanctorum ex vtero ante luciferum genui te.* Augustinus lib. 1. de Trinitat. cap. 12. & contra Maximum Arrianum. lib. 3. cap. 18. & tractatu 3. in Ioan. Hieronymus libr. 2. in Michæam. Cypri. libr. 2. episto. 3. & 1. adu. Iud. cap. 17. differit de eo versiculo Athanasius in ea orat. aduersus Arrianos, qua explicat Deus erat verbum.

4. *Psal. 88. Ipse inuocabit me, Pater meus es tu: Deus meus & susceptor salutis meæ. Et ego primogenitum ponam illum excelsum præ regibus terræ.* Et hoc August. lib. 17. de ciuitate Dei cap. 9. & Cyprianus lib. 2. aduersus Iudæos cap. 1. Euseb. lib. 7. cap. 6.

5. *Prouer. 30. Quod nomen est Dei, & quod nomen filij eius si nosti.* Ab Augustino quidam quaesitum, an ve-

rum esset Salomonem asserere, Deo non esse filium: cui ille respondit adeo id non esse verum, vt potius contrarium aperte doceat: ad quod probandum producit locum hunc Prouerbiorum. lege episto. 49. quæst. 5. Itaque Iansenius meritò in commentarijs eius capituli pronuntiat manifestè à Salomone refelli Iudeos vnã tantum ponentes in Deitate personam.

6. *Sapien. 7. Vapor est enim virtutis Dei, & emanatio quadam est claritatis omnipotentis Dei sincera: & ideo nihil inquinatum incurrit in eam. Candor est enim lucis æterna, & speculum sine macula Dei Maiestatis, & imago bonitatis illius. Et cum sit vna, omnia potest, & in se permanens, omnia innouat, & per nationes in animas sanctas, se transfert; amicos Dei & Prophetas constituit.* Illustrissimum est testimonium de Dei verbo, quod Paulus imaginem & caracterem substantiæ Dei prædicat: sapiens emanationem claritatis Dei, & candorem lucis æternæ, & speculum & imaginem. lege epistolas Cyrilli atque aliorum in Concilio Ephesino. Augustinum quoque lib. 4. de Trinitate, cap. 20. & de incarnat. verb. cap. 13. & 14. tractatum in Ioann. 20. & sermon. 190. in 10. tomo. Ambrosius libr. 1. de Fide. cap. 4. Eusebius de Præpar. Euangel. lib. 7. cap. 5.

7. *Prouer. 8. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam foueret à principio. Ab æterno ordinata sum, & cætera, cum eo eram cuncta componens & delectabar per singulos dies ludens coram eo, ludens in orbe terrarum.* Sciendum est, ex hoc primum loco Arium impegisse in errorem suum, vt Dei filium assereret creaturam, quemadmodum Epiphanius narrat in libr. 2. contra hæreses agens de Arriana hæresi. propterea quod Græca lectio vulgata haberet, Dominus creauit me. In quo testimonio explicando

placando catholici Patres vehementer laborant. Sunt autem quatuor solutiones, quas reddunt. Epiphanius in loco iam dicto adhibet primam, negans Salomonem illic de sapientia æterna quæ est Dei verbum agere, sed facile refellitur ex ijs quæ subijcit præclarissimè, secundo respondet Hebraicam veritatem secus habere nec dicere creauit me, sed possedit me, aut instar pulli exclusit, id enim significare verbum (Canani) quod illic est. Hieronymus hoc etiam modo respondet ipse in epist. ad Cyprianum in 3. tomo. ibique vertit, vt habet nostra vulgata, Dominus possedit me. Tertiam adhibet responsionem Epiphanius, placuisse Orthodoxis patribus quibusdam, accipiendum esse eum locum de Christo secundum naturam assumptam, iuxta quam creatus est, & creatura. ita explicat Athanasius in expositione Fidei. & cont. Arian. orat. 1. & 2. & 3. nec non Augustinus lib. 1. de Trinit. cap. 12. asserens secundum formam Dei à Salomone dictum, ante omnes colles generauit me Dominus, secundum autem formam serui, Dominus creauit me. Eodem modo Ambros. lib. 3. de Fide cap. 4. Quartam nihilominus responsionem ex B. Hilario attexam, qui elegantissime scribit ad hunc modum in libro de synodis num. 5. Quia Dei filius non corporalis partitudinis exemplo genitus est, sed ex perfecto Deo perfectus Deus natus est: idcirco ait creatam se esse sapientia, omnes in generatione sua corporales passiones excludens. At verò, vt ostenderet non creationis in se, sed natiuitatis naturam esse, subiecit & genitam, vt cum creatam se & genitam confiteretur, absolutam natiuitatis suæ intelligentiam præstaret: dum & in demutabilem patris naturam in creatione significat, & legitimam ac propriam ex Deo patre genitæ naturæ suæ ostendit esse

esse substantiam. Hæc ille. Ad eundem modum exponi poterit quod in Ecclesiastico legimus capit. 24. Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Et ab initio & ante secula creata sum. Et quod Ecclesiastici cap. 1. legimus: Prior omnium creata est sapientia. Nam vel de Christo secundam formam hominis intelligemus, vel iuxta Hilarium, creationem explicabimus, productionem non ex nihilo, sed sine immutatione producentis, vt est creatio. Iansenius posteriorem expositionem sequitur 8. Prou. Quamquam Aug. in li. 12. confessionum suarum, sapientiã primo creatam velit esse naturam Angelicam: Et certe verba illa: Ipse creauit illam in spiritu sancto, & vidit & dinumerauit & mensus est, non rectè de Dei verbo intelligi possunt, neque enim in Spiritu sancto productum est, cum ab illo potius procedat Spiritus sanctus. Nisi Christum in forma assumpta cogitare malueris. Cæterum testimonio allato ex Prou. 8. vtitur Cyprianus lib. 2. adue. Iudæos. ca. 1. & Iustinus Martyr in apolog. 2. pro Christianis, vt ostendat Christum esse Dei filium.

8. *Esai. 53. Generationem eius quis enarrabit?* Athanas. in expositione Fidei. Augustinus tract. 31. in Ioa. & de Symbolo lib. 1. cap. 3. & lib. 2. cap. 3. Bernardus sermon. 53. Hieronym. in Matth. 1. Ambrosi. de Fid. lib. 1. cap. 6. Athan. de incarn. verb.

9. *Daniel. 3. Ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis est in eis, & species quarti, similis Filio Dei.* Quamquam Hieronymus dubitat, magisque Angelum credit filium Dei appellatum, sed significantem verum Dei Filium. Ambrosius 1. libr. de Fid. capi. 2. ibi mysterium Trinitatis agnoscit, & in Angelo Dei filium docuisse tres pueros. Chry. in homil. de consubstant. Trinit.

Trinit.in 3.tom.Irenæus lib.4.cap.37.& lib.5.

10. *Michea. 5. Ex te mihi egredietur, qui sit Dominator in Israel: & egressus eius ab initio, à diebus eternitatis.* Aperte significatam eternam Christi natiuitatem vt Hieronymus scribit: & Euseb.lib. 8.cap.3.

11. *Ecclesiastic.24. Ego ex ore Altissimi prodii, primogenita ante omnem creaturam.* Cyprianus lib.2.aduer. Iud.cap. 1. hinc probat Christum esse Dei filium. Ex ore autem Altissimi sapientia prodire dicitur idque ante omnem creaturam, quod verbum erat in principio apud Deum, & per ipsum facta sunt omnia. Legi potest Cornelius Iansenius in Ecclesiasticum. Ambros.lib.1.Fide,cap.7.citat.

12. *Ecclesiast. 31. Inuocauit Dominum patrem Domini mei, vt non derelinquat me in die tribulationis meae.* Et hinc perspicuum est Iesum Sirac filium, auctorem Ecclesiastici plures in diuinitate agnouisse personas, cum inuocet Dominum, Patrem Domini sui Messie, iuxta illud Psalmi.109. Dixit Dominus Domino meo.

*Iesus Deus verus, omnium rerum auctor, Dominus  
Omnipotens, & solus Altissimus.*

## C A P. VII.

**Q**VAMVIS & filium Dei & Deum Ariani fa-  
terentur Iesum Christum, vt, ex epistolis Arii,  
quas Epiphanius recitat, constat, simul tamen crea-  
turam & Deo inferiorem ponebant: quod nihil est  
aliud quam neque verum Dei filium neque verum  
Deum agnoscere. Posteriores quoque Arii sectato-  
res, sequuti Ariminensis Synodi imposturam, verbo  
quidem negabant productum ex nihilo, & Deum  
verum fatebatur, re autem vera neque Deum neque  
filium Dei sentiebant, cum & diuersæ substantiæ à  
patre,

patre, & illi omnino imparem affirmarent: quemadmodum disputationes Augustini aduersus Arianos optimè docent. Itaque cum sancti Patres testimonijs ex utroque testamento petitis impiam hæresim acerrimè confutarunt; eam ob causam placuit mihi in asserenda Christi Domini nostri vera deitate, etiam Euangelicis Apostolicisque auctoritatibus veterum expositiones adhibere, quod in Propheticis tantum facere soleo: vt Christi gloria amplius commendetur.

I. Ioan. 1. *In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum.* Ante Arrianos Cyprianus Christum esse Deum probat lib. 2. adu. Iud. cap. 6. Irenæus li. 3. aduersus hæreses cap. 21. Iustinus in colloquio Tryphonis. Sed aduersus Arrianos propriè Athanasius & Gregorius Nazianzenus in pluribus orationibus. Epiphanius in Ancoratu & contra hæreses. hæres. 31. lib. 2. Hilarius in 7. de Trinitate. Augustinus contra Maximinum. Ambros. in li. de Fide, & alij cōplures.

II. Ioan. 5. *Iesus autem respondit eis, Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Propterea ergo magis querebant eum Iudæi interficere, quia non solum soluebat sabbathum. sed & patrem suum dicebat Deum, aequalem se faciens Deo.* Quem locum tractans Hilarius lib. 9. de Trinit. Et hic, inquit, rursus admonebo, & Euangelistæ iudicio, & communi humani generis sensu filium in paternæ naturæ æqualitate esse. Augustinus tractatu 17. in Ioan. Ecce intelligunt Iudæi, quod non intelligunt Arriani. Arriani quippe inæqualem patri filium dicunt, & inde hæresis pulsat Ecclesiam. Ambros. 2. de fid. ca. 4. Hieronymus in cap. 28. meus.

III. Ioan.



*III. Ioan. 10. Pater Ezechielis quod dedit mihi, maius omnibus est: & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & Pater vnum sumus.* In concil. Sardicensi explicatur hæc Regula Fidei, eo irridetur stulta Arrianorum interpretatio de vnitæ concordie. Greg. Nazianz. in orat. cont. Arrianos, vnum essentia, sumus personis assignat. Hil. 7. de Trinit. Vt quod vnum sunt, nec diuersum, nec solitarium traderetur. Epiphanius hæref. 57. August. lib. 3. cont. Maximinum cap. 14.

*IV. Ioan. 20. Respondit ei Thomas, Dominus meus & Deus meus.* Cyprianus lib. 2. adu. Iud. c. 6. quod Christus sit Deus. Hilarius 7. de Trinit.

*V. Hebræ. 1. Cum iterum introducit primogenitum in orbem terra, dicit, Et adorent eum omnes Angeli Dei. Ad filium autem dicit, Thronus tuus Deus in seculum seculi. Et tu Domine in principio terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt cali. ipsi peribunt: tu autem permanebis.* Athanasius latè in orat. 2. contra Arrianos. Hieronymus in epist. ad Principiam in 3. tom. Augustinus 3. lib. cont. Maximinum cap. 16. & 26.

*VI. Tit. 1. In predicatione qua credita est mihi secundum preceptum Saluatoris nostri Dei. gratia & pax à Deo Patre & Christo Iesu Salvatore nostro.* Eundem Saluatorem appellat Christum, quem proximè dixerat saluatorem Deum.

*VII. Tit. 2. Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri erudiens nos, vt abnegantes impietatem, sobrie & iuste & pie viuamus in hoc saculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloria magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi.* Hic Hieronymus, Vbi est, inquit, serpens Arrius? vbi Eunomius coluber? Magnus Deus Iesus Christus Saluator dicitur, &c.

*VIII. Rom. 9. Ex quibus est Christus secundum carnem, qui est Deus super omnia benedictus in sacula. Amen.*

Cypria

Cyprianus lib. 2. adu. Iud. cap. 6. quod Christus sit Deus. Arbanas. in orat. contra Arrianos. Hilarius 8. lib. de Trinitate. Ambros. 4. de Fid. cap. 6. Irenæus lib. 3. cap. 18. Augustin. 3. cont. Faust. cap. 6.

*IX. Act. 10. Annuntians pacem, per Iesum Christum: Hic est omnium Dominus.*

*X. Act. 3. Petistis virum homicidam donari vobis: auctorem verò vitæ interfecistis.*

*XI. 1. Cor. 2. Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloria crucifixissent.* Dominum omnium, vitæ auctorem, dominum gloriæ, solum Deum agnoscere possumus, vt Augustinus etiam indicat cont. Maximin. lib. 3. cap. 20. Hierony. ad Damas. in 3. tom. exponens visionem Esaiæ:

*XII. Hebr. 1. Per quem fessit & secula. Ante omnia secula subsistat, necesse est, per quem facta sunt secula.*

*XIII. Matth. 28. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.* S. Vigilius Martyr in disputatione Athanasij, quæ scripsit, hoc loco mirifice vrget hæreticos. Hilarius 2. de Trinitate: sufficere hoc ad vniuersam fidem Ecclesiæ de Trinitate. Nazianz. in orat. cont. Arrianos. August. 3. cont. Maximinum cap. 22. Hieronym. in Matth. in nomine, non in nominibus. idem Ambro. lib. 1. de fid. cap. 1. & Aug. cont. Maxim. 3. lib. cap. 13.

*XIV. 1. Ioan. 5. Tres sunt, qui testimonium dant in cælo: Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt.* D. Cyprianus in libro, quem de vnitæte Ecclesiæ quidam inscribunt, alij de simplicitate prælatorum; Cypriani certe esse constat ipsius testimonio & citatione Augustini. Augustinus cont. Maximin. lib. 3. cap. 22. copiose.

*XV. Ioan. 16. Omnia quæ habet Pater, mea sunt.* Validissimam ad contundendam Arrianam hæresim hanc

hanc sententiam iudicat Augustinus, quam sæpissime repetit in 3. lib. cont. Maximinum. Ambros. 3. de Fid. cap. 7.

XVI. Ioan. 17. *Et mea omnia tua sunt: & tua mea sunt.* Est eiusdem rationis hæc cum superiore ad asserendam summam in essentia Patris & filij vnitatem. sic explicat Athanas. serm. 4. cont. Arrianos, Ambros. lib. 5. de Fid. cap. 4.

XVII. Ioan. 14. *Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Quomodo tu dicis, ostende nobis Patrem? Non credis quia ego in Patre, & Pater in me est?* Athanas. in eodem serm. 4. cont. Arrianos. fuse vero Hilarius 7. de Trinitate.

XVIII. 1. Ioan. 5. *Et scimus quoniam filius Dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero filio eius. Hic est verus Deus, & vita æterna.* Ex præcipuis testimoniis deitatis Christi, hoc vnum est: quo valde vtitur Athanas. in expositione Fidei, & Hilarius lib. 7. de Trinitate, & Augustin<sup>9</sup> 3. cont. Maximin. Ambros. 1. de Fid. cap. 7.

XIX. Iud. 1. *Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam, & solum dominatorem & dominum nostrum Iesum Christum negantes.* Hoc testimonium ideo positum est, vt hanc vocem, solum, & similes ostendamus in scriptura non excludere alias personas diuinas, quamuis de vna dicantur. Neque enim ita Christus est solus dominator & dominus, vt excludat Patrem, quemadmodum cum Paulus dicit: Nobis non est nisi vnus Dominus Iesus Christus: non vult Patrem nõ esse nobis Dominum. Et cum dicit: *Quæ Dei sunt, nemo nouit nisi Spiritus Dei: neque filius neque pater ab ea cognitione secernitur.* Sic neque Spiritus sanctus, cum dicitur, Patrem nemo nouit nisi filius, sic neque ipse Christus, cum dicitur: Hæc  
P est

rum esset Salomonem asserere, Deo non esse filium: cui ille respondit adeo id non esse verum, vt potius contrarium aperte doceat: ad quod probandum producit locum hunc Prouerbiorum. lege episto. 49. quæst. 5. Itaque Iansenius meritò in commentarijs eius capituli pronuntiat manifestè à Salomone refelli Iudæos vnam tantum ponentes in Deitate personam.

6. *Sapient. 7. Vapor est enim virtutis Dei, & emanatio quadam est claritatis omnipotentis Dei sincera: & ideo nihil inquinatum incurrit in eam. Candor est enim lucis æterna, & speculum sine macula Dei Maiestatis, & imago bonitatis illius. Et cum sit vna, omnia potest, & in se permanens, omnia innouat, & per nationes in animas sanctas, se transfert; amicos Dei & Prophetas constituit.* Illustrissimum est testimonium de Dei verbo, quod Paulus imaginem & characterem substantiæ Dei prædicat: sapiens emanationem claritatis Dei, & candorem lucis æternæ, & speculum & imaginem. lege epistolas Cyrilli atque aliorum in Concilio Ephesino. Augustinum quoque lib. 4. de Trinitate, cap. 20. & de incarnat. verb. cap. 13. & 14. tractatum in Ioann. 20. & sermon. 190. in 10. tomo. Ambrosius libr. 1. de Fide. cap. 4. Eusebius de Præpar. Euangel. lib. 7. cap. 5.

7. *Prouer. 8. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam foueret à principio. Ab æterno ordinata sum, & cætera, cum eo eram cuncta componens & delectabar per singulos dies ludens coram eo, ludens in orbe terrarum.* Sciendum est, ex hoc primum loco Arium impegisse in errorem suum, vt Dei filium assereret creaturam, quemadmodum Epiphanius narrat in libr. 2. contra hæreses agens de Arriana hæresi. propterea quod Græca lectio vulgata haberet, Dominus creauit me. In quo testimonio explicando

plicando catholici Patres vehementer laborant. Sunt autem quatuor solutiones, quas reddunt. Epiphanius in loco iam dicto adhibet primam, negans Salomonem illic de sapientia æterna quæ est Dei verbum agere, sed facile refellitur ex ijs quæ subiicit præclarissimè, secundo respondet Hebraicam veritatem secus habere nec dicere creauit me, sed possedit me, aut instar pulli exclusit, id enim significare verbum (Canani) quod illic est. Hieronymus hoc etiam modo respondet ipse in epist. ad Cyprianum in 3. tomo. ibique vertit, vt habet nostra vulgata, Dominus possedit me. Tertiam adhibet responsionem Epiphanius, placuisse Orthodoxis patribus quibusdam, accipiendum esse eum locum de Christo secundum naturam assumptam, iuxta quam creatus est, & creatura. ita explicat Athanasius in expositione Fidei. & cont. Arian. orat. 1. & 2. & 3. necnon Augustinus lib. 1. de Trinit. cap. 12. asserens secundum formam Dei à Salomone dictum, ante omnes colles generauit me Dominus, secundum autem formam serui, Dominus creauit me. Eodem modo Ambros. lib. 3. de Fide cap. 4. Quartam nihilominus responsionem ex B. Hilario attexam, qui elegantissime scribit ad hunc modum in libro de synodis num. 5. Quia Dei filius non corporalis partitudinis exemplo genitus est, sed ex perfecto Deo perfectus Deus natus est: idcirco ait creatam se esse sapientia, omnes in generatione sua corporales passiones excludens. At verò, vt ostenderet non creationis in se, sed natiuitatis naturam esse, subiecit & genitam, vt cum creatam se & genitam confitetur, absolutam natiuitatis suæ intelligentiam præstaret: dum & in demutabilem patris naturam in creatione significat, & legitimam ac propriam ex Deo patre genitæ naturæ suæ ostendit esse

esse substantiam. Hæc ille. Ad eundem modum exponi poterit quod in Ecclesiastico legimus capit. 24. Qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo. Et ab initio & ante secula creata sum. Et quod Ecclesiastici cap. 1. legimus: Prior omnium creata est sapientia. Nam vel de Christo secundam formam hominis intelligemus, vel iuxta Hilarium, creationem explicabimus, productionem non ex nihilo, sed sine immutatione producentis, vt est creatio. Iansenius posteriorem expositionem sequitur 8. Prou. Quamquam Aug. in li. 12. confessionum suarum, sapientiã primo creatam velit esse naturam Angelicam: Et certe verba illa: Ipse creauit illam in spiritu sancto, & vidit & dinumerauit & mensus est, non rectè de Dei verbo intelligi possunt, neque enim in Spiritu sancto productum est, cum ab illo potius procedat Spiritus sanctus. Nisi Christum in forma assumpta cogitare malueris. Cæterum testimonio allato ex Prou. 8. vtitur Cyprianus lib. 2. adue. Iudæos. ca. 1. & Iustinus Martyr in apolog. 2. pro Christianis, vt ostendat Christum esse Dei filium.

8. *Esai. 53. Generationem eius quis enarrabit?* Athanasius in expositione Fidei. Augustinus tract. 31. in Ioa. & de Symbolo lib. 1. cap. 3. & lib. 2. cap. 3. Bernardus sermon. 53. Hieronymus in Matth. 1. Ambrosius de Fid. lib. 1. cap. 6. Athanasius de incarn. verb.

9. *Daniel. 3. Ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis est in eis, & species quarti, similis Filio Dei.* Quamquam Hieronymus dubitat, magisque Angelum credit filium Dei appellatum, sed significantem verum Dei Filium. Ambrosius 1. libr. de Fid. capi. 2. ibi mysterium Trinitatis agnoscit, & in Angelo Dei filium docuisse tres pueros. Chrysostomus in homil. de consubstant. Trinit.

Trinit.in 3.tom.Irenæus lib.4.cap.37.& lib.5.

10. *Michea. 5. Ex te mihi egredietur, qui sit Dominator in Israel: & egressus eius ab initio, à diebus aternitatis.* Aperte significatam eternam Christi natiuitatem vt Hieronymus scribit: & Euseb.lib. 8.cap.3.

11. *Ecclesiastic.24. Ego ex ore Altissimi prodii, primogenita ante omnem creaturam.* Cyprianus lib.2.aduer. Iud.cap. 1. hinc probat Christum esse Dei filium. Ex ore autem Altissimi sapientia prodire dicitur idque ante omnem creaturam, quod verbum erat in principio apud Deum, & per ipsum facta sunt omnia. Legi potest Cornelius Iansenius in Ecclesiasticum. Ambros.lib.1.Fide,cap.7.citat.

12. *Ecclesiast. 51. Inuocaui Dominum patrem Domini mei, vt non derelinquat me in die tribulationis mea.* Et hinc perspicuum est. Iesum Sirac filium, auctorem Ecclesiastici plures in diuinitate agnouisse personas, cum inuocet Dominum, Patrem Domini sui Messie, iuxta illud Psalmi.109. Dixit Dominus Domino meo.

*Iesus Deus verus, omnium rerum auctor, Dominus  
Omnipotens, & solus Altissimus.*

## C A P. VII.

**Q**VAMVIS & filium Dei & Deum Ariani faterentur Iesum Christum, vt ex epistolis Arii, quas Epiphanius recitat, constat, simul tamen creaturam & Deo inferiorem ponebant: quod nihil est aliud quam neque verum Dei filium neque verum Deum agnoscere. Posteriores quoque Arii sectatores, sequuti Ariminensis Synodi imposturam, verbo quidem negabant productum ex nihilo, & Deum verum fatebatur, re autem vera neque Deum neque filium Dei sentiebant, cum & diuersæ substantiæ à patre,

patre, & illi omnino imparem affirmarent: quemadmodum disputationes Augustini aduersus Arianos optimè docent. Itaque cum sancti Patres testimonijs ex vtroque testamento petitis impiam hæresim acerrimè confutarent; eam ob causam placuit mihi in asserenda Christi Domini nostri vera deitate, etiam Euangelicis Apostolicisque auctoritatibus veterum expositiones adhibere, quod in Prophetiis tantum facere soleo: vt Christi gloria amplius commendetur.

I. *Ioan. 1. In principio erat verbum, & verbum erat apud Deum, & Deus erat verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum.* Ante Arianos Cyprianus Christum esse Deum probat lib. 2. adu. Iud. cap. 6. Irenæus li. 3. aduersus hæreses cap. 21. Iustinus in colloquio Tryphonis. Sed aduersus Arianos propriè Athanasius & Gregorius Nazianzenus in pluribus orationibus. Epiphanius in Ancoratu & contra hæreses. hæres. 31. lib. 2. Hilarius in 7. de Trinitate. Augustinus contra Maximinum. Ambros. in li. de Fide, & alij cõplures.

II. *Ioan. 5. Iesus autem respondit eis, Pater meus vsque modo operatur, & ego operor. Propterea ergo magis quarebant eum Iudæi interficere, quia non solum soluebat sabbatum. sed & patrem suum dicebat Deum, aequalem se faciens Deo.* Quem locum tractans Hilarius lib. 9. de Trinit. Et hic, inquit, rursus admonebo, & Euangelistæ iudicio, & communi humani generis sensu filium in paternæ naturæ æqualitate esse. Augustinus tractatu 17. in Ioan. Ecce intelligunt Iudæi, quod non intelligunt Ariani. Ariani quippe inæqualem patri filium dicunt, & inde hæresis pulsat Ecclesiam. Ambros. 2. de fid. ca. 4. Hieronymus in cap. 28. meus.

III. *Ioan.*



III. Ioan. 10. *Pater Ezechielis quod dedit mihi, maius omnibus est: & nemo potest rapere de manu patris mei. Ego & Pater vnum sumus.* In concil. Sardicensi explicatur hæc Regula Fidei, eo irridetur stulta Arrianorum interpretatio de vnitæte concordie. Greg. Nazianz. in orat. cont. Arrianos, vnum essentia, sumus personis assignat. Hil. 7. de Trinit. Vt quod vnum sunt, nec diuersum, nec solitarium traderetur. Epiphanius hæref. 57. August. lib. 3. cont. Maximinum cap. 14.

IV. Ioan. 20. *Respondit ei Thomas, Dominus meus & Deus meus.* Cyprianus lib. 2. adu. Iud. c. 6. quod Christus sit Deus. Hilarius 7. de Trinit.

V. Hebra. 1. *Cum iterum introducit primogenitum in orbem terra, dicit, Et adorent eum omnes Angeli Dei. Ad filium autem dicit, Thronus tuus Deus in saculum seculi. Et tu Domine in principio terram fundasti, & opera manuum tuarum sunt celi. ipsi peribunt: tu autem permanebis.* Athanasius latè in orat. 2. contra Arrianos. Hieronymus in epist. ad Principiam in 3. tom. Augustinus 3. lib. cont. Maximinum cap. 16. & 26.

VI. Tit. 1. *In predicatione qua credita est mihi secundum præceptum Saluatoris nostri Dei. gratia & pax à Deo Patre & Christo Iesu Saluatore nostro.* Eundem Saluatorem appellat Christum, quem proximè dixerat saluatorem Deum.

VII. Tit. 2. *Apparuit gratia Dei Saluatoris nostri erudiens nos, vt abnegantes impietatem, sobrie & iuste & pie viuamus in hoc saculo, expectantes beatam spem, & aduentum gloria magni Dei, & Saluatoris nostri. Iesu Christi.* Hic Hieronymus, Vbi est, inquit, serpens Arrius? vbi Eunomius coluber? Magnus Deus Iesus Christus Saluator dicitur, &c.

VIII. Rom. 9. *Ex quibus est Christus secundum carnem, qui est Deus super omnia benedictus in sacula. Amen.*  
Cypria

Cyprianus lib. 2. adu. Iud. cap. 6. quod Christus sit Deus. Athanas. in orat. contra Arrianos. Hilarius 8. lib. de Trinitate. Ambros. 4. de Fid. cap. 6. Irenæus lib. 3. cap. 18. Augustin. 3. cont. Faust. cap. 6.

*IX. Act. 10. Annuntians pacem, per Iesum Christum: Hic est omnium Dominus.*

*X. Act. 3. Peristis virum homicidam donari vobis: auctorem verò vitæ interfecistis.*

*XI. 1. Cor. 2. Si enim cognouissent, nunquam Dominum gloriæ crucifixissent.* Dominum omnium, vitæ auctorem, dominum gloriæ, solum Deum agnoscere possumus, vt Augustinus etiam indicat cont. Maximin. lib. 3. cap. 20. Hierony. ad Damas. in 3. tom. exponens visionem Esaiæ:

*XII. Hebr. 1. Per quem fecit & secula.* Ante omnia secula subsistat, necesse est, per quem facta sunt secula.

*XIII. Matth. 28. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos, in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti.* S. Vigilus Martyr in disputatione Athanasij, quæ scripsit, hoc loco mirifice vrget hæreticos. Hilarius 2. de Trinitate, sufficere hoc ad vniuersam fidem Ecclesiæ de Trinitate. Nazianz. in orat. cont. Arrianos. August. 3. cont. Maximinum cap. 22. Hieronym. in Matth. in nomine, non in nominibus. idem Ambro. lib. 1. de fid. cap. 1. & Aug. cont. Maxim. 3. lib. cap. 13.

*XIV. 1. Ioan. 5. Tres sunt, qui testimonium dant in cælo: Pater, Verbum, & Spiritus sanctus: & hi tres vnum sunt.* D. Cyprianus in libro, quem de vnitæte Ecclesiæ quidam inscribunt, alij de simplicitate prælatorum, Cypriani certe esse constat ipsius testimonio & citatione Augustini. Augustinus cont. Maximin. lib. 3. cap. 22. copiose.

*XV. Ioan. 16. Omnia quæ habet Pater, mea sunt.* Validissimam ad contundendam Arrianam hæresin hanc

hanc sententiam iudicat Augustinus, quam sæpissime repetit in 3. lib. cont. Maximinum. Ambros. 3. de Fid. cap. 7.

XVI. Ioan. 17. *Et mea omnia tua sunt: & tua mea sunt.* Est eiusdem rationis hæc cum superiore ad afferendam summam in essentia Patris & filij vnitatem. sic explicat Athanas. serm. 4. cont. Arrianos, Ambros. lib. 5. de Fid. cap. 4.

XVII. Ioan. 14. *Philippe, qui videt me, videt & Patrem. Quomodo tu dicis, ostende nobis Patrem? Non credis quia ego in Patre, & Pater in me est?* Athanas. in eodem serm. 4. cont. Arrianos. fuse vero Hilarius 7. de Trinitate.

XVIII. 1. Ioan. 5. *Et scimus quoniam filius Dei venit, & dedit nobis sensum, vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero filio eius. Hic est verus Deus, & vita aterna.* Ex præcipuis testimoniis deitatis Christi, hoc vnum est: quo valde vtitur Athanas. in expositione Fidei, & Hilarius lib. 7. de Trinitate, & Augustin<sup>9</sup> 3. cont. Maximin. Ambros. 1. de Fid. cap. 7.

XIX. Iud. 1. *Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam, & solum dominatorem & dominum nostrum Iesum Christum negantes.* Hoc testimonium ideo positum est, vt hanc vocem, solum, & similes ostendamus in scriptura non excludere alias personas diuinas, quamuis de vna dicantur. Neque enim ita Christus est solus dominator & dominus, vt excludat Patrem, quemadmodum cum Paulus dicit: Nobis non est nisi vnus Dominus Iesus Christus: non vult Patrem nõ esse nobis Dominum. Et cum dicit: *Quæ Dei sunt, nemo nouit nisi Spiritus Dei: neque filius neque pater ab ea cognitione sæcernitur.* Sic neque Spiritus sanctus, cum dicitur, Patrem nemo nouit nisi filius, sic neque ipse Christus, cum dicitur: Hæc

P est

est vita æterna, vt cognoscant te solum Deum verum: quo testimonio putant Arriani valde se Catholicos premere. lege Epiphanium cōtra hæresim Arrianorum, & Augustinum lib. 3. cont. Maximinum. Ambrosium lib. 3. de Fide. cap. 2. copiosius verò lib. 5. de Fide. c. 2. vbi Arrianorum calumniæ respondet.

*XX. Philipp. 2. Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se aequalem Deo: sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens.* Vniuersam Arrii hæresim hæc Pauli sententia iugulat, quam proinde scriptores Catholici creberrimè adhibent, ad demonstrandam filij Dei duplicem substantiam, atque in diuina æqualitatem cum Patre. Hilarius quidem 8. de Trinitate: Augustinus contra Maximinū libr. 1. & libr. 2. cap. 5. Athanasius serm. 3. contra Arrianos. Ambrosius libr. 2. de Fide ad Gratianum Imperatorem, cap. 4. & libr. 5. capit. 6. Cyprianus quoque libr. 2. adu. Iudæos cap. 13. Gregorius Papa lib. 2. Moral. cap. 22.

Ex vetere testamento non pauca quoque testimonia depromuntur ad declarandam Iesu Christi Filij Dei perfectam diuinitatem qualia sunt.

1. *Psal. 44. Sedes tua Deus in saculum saculi: virga directionis, virga regni tui. Dilexisti iustitiam, & odisti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo letitiæ præ confortibus tuis.* Paulus Apostolus hinc probat ad Hebr. 1. Christum esse Deum, & Cyprianus libr. 2. adu. Iudæos cap. 6. cuius titulus est, Quod Christus sit Deus. Ambros. libr. 1. de Fide cap. 2. Hieronymus quoque eum Psalmum interpretans in epistola ad Principiam in 3. tomo aduertit, illud, Deus, vocandi casu, non nominandi positum: vt sensus sit, O Deus Christe vnxit te Deus Pater, &c.

2. *Psal. 79. Qui sedes super cherubim, manifestare coram Ephraim,*

*Ephraim, Benjamin, & Manasse. Excita potentiam tuam & veni, vt saluos facias nos. Deus conuerte nos. & ostende faciem tuam, & salui erimus.* Hæc de Christo dici & Augustinus in commentario eius Psalmi declarat, & vsus Ecclesiæ catholicæ docet, quæ iis verbis aduentum Christi in Mundum compellat in officio aduentus. Ambros. lib. 5. de Fide cap. 3. & Irenæus lib. 3. cap. 11. & Cyril. serm. de occurso Domini eodem modo explicant.

3. *Eesai. 35. Dicite pusillanimis, confortamini & nolite timere. Ecce Deus noster ultionem adducet retributionis: Deus ipse veniet & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, &c.* Irenæus libr. 3. aduersus hæreses cap. 22. latè. August. de Quinque hæresibus cap. 7. Cyprianus lib. 2. aduers. Iud. cap. 6. Euseb. Cæsariensis lib. 9. de Demonstrat. Euangel. cap. 13.

4. *Eesai. 9. Paruulus enim natus est nobis, & filius datus est nobis: & factus est principatus super humerum eius: & vocabitur nomen eius, Admirabilis, Consiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri sæculi, Princeps pacis.* Multa hic disputatio est de versione septuaginta interpretum, quos D. Hieronymus non ausos prode Ptolemæo mysterium tantum, Angelum magni consilij vertisse scribit. Sed manifeste Christus vocatur, vt est, Deus, Fortis. Chrysostomus de incomprehensibili Dei natura hom. 5. & in demonstratione quod Christus sit Deus. Ambros. lib. 3. in Lucam.

5. *Eesai. 7. Et vocabitur nomen eius Emanuel, hoc est, nobiscum Deus.* Matthæus hoc refert de Christo ca. 1. Irenæus libr. 3. capit. 9. Tertullianus 3. libr. aduersus Marcionem, Chrysosto. homil. 5. in Mattheum, Cyrillus in epist. quæ refertur in tom. 1. concil. Arhanas. de incar. cont. Apollinar.

6. *Eesai. 45. Hæc dicit Dominus, labor Aegypti, & negotia*

*negotiatio Aethiopia, & Sabaim viri sublimes, ad te transibunt, & tui erunt, post te ambulabunt, vinceti manicis pergent, & te adorabunt, teque deprecabuntur. Tantum in te est Deus, & non est absque te Deus. Vere tu es Deus absconditus Deus Israël Saluator. Celebre est apud sanctos Patres hoc testimonium, in quo ostenditur æquè esse filium Deum, vt patrem, & tamquam verum Deum adorandum à Magis, Hilarius lib. 4. & lib. 5. de Trinitate. Ambros. libr. 1. de Fide ad Gratianum cap. 2. & in Psal. 1. 8. serm. 21. Athanas. de Natura humana suscepta à Verbo contra Apollinarium. Tertull. in Praxeam, Epiphanius contra hæresim Noëtianorum. Cyrillus in Ioannem lib. 5. Cyprianus lib. 2. adu. Iud. cap. 6. quod Deus sit Christus. Euseb. lib. 5. de Demonst. Euang. cap. 4. Hieronymus in commentariis Esai. Arrianos vrget eo loco.*

*6. Zachar. 2. Hæc dicit Dominus omnipotens, Post gloriam misit me ad gentes, quæ spoliauerunt vos, & cætera, & cognoscetis quia Dominus omnipotens misit me. Hic Hieronymus atque Eusebius lib. 6. cap. 16. etiam aduertit Dominum omnipotentem à domino omnipotente se missum profiteri, ex quo sequitur filium esse Dominum omnipotentem, & plures in diuinitate personas. Nam à Iudæis hoc loco Christum loqui concedi etiam tradit Stunica Augustinianus. Idem testimonium profert Athanas. in serm. de sancta Deipara.*

*8. Psal. 23. Attollite portas principes vestras, & eleuamini porte aternales, & introibit Rex gloria. Quis est iste rex gloria? Dominus virtutum ipse est Rex gloria. Dionysius Areopagita de Christo ascendente interpretatur c. 7. de cælesti Hierarchia, quæ Regem gloriæ ad dominum virtutum siue exercituum declarat. Nec dissimiliter Cyprianus lib. 2. aduersus Iudæos ca. 29.*

*9. Psal.*

9. *Pfal. 109. Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis.* Christus ipse Iudæos hinc docuit se esse Dauidis Dominum propter diuinam naturam, quemadmodum Apostolus quoque ad Hebræos scribens argumentatur. Secundum quem Irenæus lib. 3. cap. 6. & Ambrosius lib. 5. de Fid. cap. 4.

10. *Habac. 3. Deus ab Austro veniet: & sanctus de monte Pharan. semper, operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena est terra.* Docent Hieronymus in commentariis eius loci, & sanctus Irenæ. 3. libr. aduersus hæreses cap. 23. ideo ab Austro siue Africo dominum venturum prædici, quòd ciuitas Bethleem, in qua natus est Christus, ad meridiem sita sit Hierosolymis, hoc est principatui Iudæ.

11. *Hab. 3. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. Deus Dominus fortitudo mea.* Christum vocare Deum ac dominum suum non est dubium.

12. *Hier. 23. & 33. Et hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus iustus noster.* siue iustitia nostra, vt Hebræo magis est consentaneum, teste Hieronym. Nomen quoque ineffabile Dei de Christo dictum constat.

13. *Ecclesiastici. 24. Ego feci in cælis, vt oriretur lumen indeficiens, & sicut nebula texi omnem terram. Ego in altissimis habito, & thronus meus in columna nubis. Gyrum cæli circuiui sola, & profundum abyssi penetraui, & in fluctibus maris ambulauit, & in omni terra steti, & in omni populo, & in omni gente primatum habui.* Sapientia hæc iactat, quæ Dei solius propria sunt, vt Cyprianus lib. 2. ad Iud. c. 1. & Ambros. lib. 1. de Fide c. 7. recitant.

14. *Gen. 19. Dominus pluit super Sodomam & Gomorrhæam sulphur & ignem à Domino de cælo.* Illud Dominus à Domino, mirabili consensione intelligunt sancti Patres Deum filium à Deo Patre vnde diuinitatem Christi etiã asserunt. Sic Hilarius 4. de Tri-

nitate, Irenæus lib. 3. cap. 6. Cyprianus lib. 3. ad Quirinum capit. 33. Hieronymus in 1. Osee. Ambrosius lib. 1. de Fide ad Gratianum. ca. 2. Concilium Sardic. etiam anathema apponit eam intelligentiâ neganti.

15. *Psal. 86. Homo natus est in ea, & ipse fundauit eam Altissimus.* Quoniam negant Arriani Altissimum de alio quod de Patre dictum in scripturis, secundum Catholicæ Ecclesiæ sententiam etiam de Dei Verbo pronuntiat Psalmus quòd idem fuerit factus homo in ea, qui eam fundauit Altissimus: quemadmodum exponunt Augustinus in eum Psalmum, & 17. de ciuit. cap. 16. & Ambrosius lib. 3. de Fide. capit. 2. itaque Hieronymus audacter & gloriosè prouocat Arrianos in enarratione eius Psalmi in tomo 8. Respondeant, inquit, Arriani, quoniam dicunt Altissimum solum Patrem esse: ecce hic de filio dicitur, Et ipse fundauit eam Altissimus.

Sunt alia permulta testimonia, quibus diuinitas Christi vera æternaque probatur: duo solum adii-ciâ, quibus passim vtuntur Patres, iuxta septuaginta.

16. *Esai. 6. Non legatus, ( siue senior alij Patres legunt) neque Angelus, sed ipse Dominus saluauit eos, eo quod diligeret eos, & parceret eis, ipse redemit eos.* De Christo esse sermonem manifestum est: hunc dicit esse ipsum Dominum, qui per se non per Angelum aut per legatum redemerit nos. Sic Irenæus libr. 3. capit. 23. Athanas. de incarn. verbi. Cyprianus lib. 2. aduersus. Iudæos cap. 6. Tertull. contra Marcio. lib. 4. Ambr. lib. 2. de Fide cap. 9. Cyrillus lib. 5. cont. hæret. cap. 107. Epiphanius contra Ætium. libr. 3. de Hæres. Hilarius in Psal. 52. Chrysoft. hom. 5. ad Populum Antioch. Iginus Papa epist. 1. in 1. tomo conciliorum.

17. *Baruch. 3. O Israël quam magna est domus Dei, & ingens locus possessionis eius. Magnus est & non habet finem:*



*nem: qui praparauit terram in aeterno tempore, & repleuit eam pecudibus: stella luxerunt ei cum iucunditate qui fecit illas. Hic est Deus noster, & non aestimabitur alius aduersus eum. Hic adinuenit omnem viam disciplina, & tradidit illam Iacob puero suo & Israël dilecto suo. Post hac in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.* Triumphant Catholici Patres vel hoc vno loco de Arianis, vbi Propheta Christum, qui in terra apparuit, Deum nostrum, immensum omnium conditorem, demum vnum solum Deum aperte confitetur. Plerique antiquorum Hieremię tribuunt, cuius potius esse quam Baruch scribæ illius etiã Augustinus vult 18. lib. de ciuit. cap. 33. Ecclesia tamen hodie Baruch adscribit neque interest quicquam, cum Spiritus sancti esse constet, & Baruch Prophetia non diuersa à volumine Hieremię habeatur, cum neque inter duodecim minores Prophetas numeretur, neque maiores sint plures quam quatuor. Ergo eam Prophetiã ad Christi diuinitatem perfectissimam demonstrandam recitant Cyprianus libr. 2. adu. Iudæos, cap. 6. Epiphanius contra hæres. 57. Noëtianorum. Hilarius. 4. de Trinitate in fine. Ambrosius libr. 1. de Fide, capit. 2. Augustinus lib. 3. cont. Maximinum cap. 26. grauiter vrget hæreticum. & 12. cont. Faust. cap. 43. aper-  
tissimum dicit Chrysostomus in serm. de consubstantiali Trinit. in 3. tom. & demonstrat. quod Christus sit Deus,  
in 5. tom. & in Psal. 46. 1. tom.  
Cyrillus Alexandrinus  
in oratione de occur-  
su Domini apud  
Surium.

\* \* \*

P 4

DE

FINIS LIBRI QVARTI.



DE CHRISTO  
REVELATO  
LIBER QUINTVS.



IESVS SALVATOR  
*populi sui. Cap. I.*



VAMVIS eadem & Christi maiestatem nomina, & magnam in nos beneficentiam indicent, tamen aliud alia magis propriè expresseque declarant. Ergo cum Iesu excellentia hæctenus demonstrata sit, quid illi genus hominum acceptum referre debeat, hoc libro exponendum est: idque per generales quosdam titulos, vt propria ac peculiaris gesta mysteriaque in alio mox ordine collocetur. Itaque primum illud occurrit, vnde nominis ipsius ratio deriuata est, quod Saluator sit suorum: de qua re innumerabilia sunt, quæ in vtroque testamento commemorantur: sed nonnulla delibasse sufficiet.

*I. Matt.*

I. Matth. 1. *Vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.*

II. Act. 4. *Notum sit omnibus vobis, & omni plebi Israel, quia in nomine Iesu Christi Nazareni, quem vos crucifixistis, quæ Deus suscitauit à mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus. His est lapis, qui reprobatus est à vobis adificantibus, qui factus est in caput anguli. & non est in aliquo alio salus. Neque enim aliud nomen est sub celo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri.*

III. Ioan. 3. *Sic Deus dilexit Mundum, vt filium suum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam aternam. Non enim misit Deus filium suum in Mundum, vt iudicet Mundum, sed vt saluetur Mundus per eum.*

IV. Luc. 2. *Annuntio vobis gaudium magnum, quod erit omni populo, quia natus est vobis hodie Saluator, qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid.*

V. Ioan. 4. *Et dicebant, quia hic est vere Saluator Mundi.*

VI. Act. 28. *Notum ergo sit vobis, quod gentibus missum est hoc salutare Dei.*

VII. 1. Ioan. 5. *Misit Deus filium Saluatorem Mundi.*

VIII. Heb. 5. *Factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aterna.*

IX. 1. Pet. 1. *Reportantes finem fidei vestra salutem animarum vestrarum: de qua salute exquiserunt atque scrutati sunt Prophetae, qui de futura in vobis gratia Prophetauerunt, scrutantes in quod vel quale Tempus significaret in eis Spiritus Christi, prenuntians eas, quæ in Christo sunt passiones, & posteriores glorias. Atque hæc sufficient ex nouo, quæ spiritualis in Christo gaudij magis causa posita sunt, quam fidei faciendæ de notissima re. Ex veteri non pauciora produntur.*

1. Genes. 3. *Inimicitias ponam inter te & mulierem,*

P 5 & se

*semen tuum & semen illius : & ipsa conteret caput tuum.* Tamen si nostra vulgata habeat ipsa conteret caput tuum, ut referatur ad mulierem, tamen iuxta Hebraicum & septuaginta ad semen mulieris potius referatur. itaque antiquiores patres legunt, ipse obseruabit caput tuum & tu obseruabis calcaneum eius : quod de Christo serpentem perimente, atque homini salutem reddente declarant S. Iren. Martyr lib. 3. cap. 38. & lib. rursus. 5. S. Cyprianus lib. 1. aduersus Iudeos cap. 9. Gregorius Papa lib. 5. in Iob cap. 38:

2. *Genes. 49. Salutare tuum expectabo Domine.* Hæc in Danielis Prophetia dictata est, ut plerique patres volunt, de aduëtu Antichristi, quem beatus Patriarcha à se aduertens spem figit in Christo. Sic Gregorius exponit lib. 31. Moral. ca. 18. & in Ezech. homil. 8. quamuis Ambrosius in lib. de Benedictionibus Patriarcharum cap. 7. & super Psalm. 40. ad Christi resurrectionem referat ab ipso expectatâ : legit enim, Cader eques retrorsum expectans salutem tuam.

3. *Genes. 45. Pro salute enim vestra me misit Deus ante vos.* In Ioseph Christum adumbratum tum aliàs sepe, tum in hoc maxime quod salutem attulerit fratribus suis, docet Augustinus lib. quæst. in Genes. capit. 123. & 148. & ca. 167. itemque B. Prosper de Prædiction. lib. 2. cap. 29.

4. *Deuter. 4. Postquam te inuenerint omnia, qua prædicta sunt, nouissimo tempore reuerteris ad Dominum Deum tuum, & audies vocem eius. Quia Deus misericors Deus tuus est : non dimittet, neque omnino delebit, neque obliuiscetur pacti, in quo iurauit patribus tuis.* De reliquijs Israël, quæ secundum electionem gratiæ saluæ sunt iuxta Paulum, tum de plenitudine in extremo tempore ad Deum conuertenda Moyses locutus est : utrumque vero Christi misericordia efficitur, cuius etiam

etiam vocem audiuit chorus iustorum, cum versaretur in Mundo.

5. *Esai. 19. Clamabunt ad Dominum à facie tribulatis, & mittet eis Saluatorem & propugnatorem, qui liberet eos.* Hieronymus hic, & Gregorius in Psal. 4. pœniten. meminit Eusebius libr. 1. de Demonstrat. Euang. ca. 4. & Cyrillus de Incarnat. vnigenit. ca. 3.

6. *Esai. 62. Dicite filia Sion, Ecce Saluator tuus venit.*

7. *Esai. 63. Et factus est eis Saluator. In omni tribulatione eorum non est tribulatus: & Angelus faciei eius saluauit eos. In dilectione sua & in indulgentia sua ipse redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis diebus saculi.* Iuxta nostram vulgatam hoc positum est: nam iuxta 70. & antiquorum patrum allegationem aliter supra recitatum est.

8. *Esai. 64. Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes. à facie tua montes deffluerent. sicut exustio ignis tabescerent: aqua arderent igni: à facie tua gentes turbarentur. Cum feceris mirabilia non sustinebimus. descendisti, & à facie tua montes defluxerunt.* Ad Christi aduentum non dubium est pertinere, qui venit ignem mittere in terram, & separare hominem aduersus patrem suum, & cætera quæ Euangelium loquitur. Montium nomine, quos Propheta Christo veniente defluxuros dicit, aduersas potestates Hieronymus & Cyrillus intelligunt.

9. *Esai. 51. Attendite ad me popule meus, & tribus mea me audite, quia lex à me exiet, & iudicium meum in lucem populorum requiescet. Prope est iustus meus, egressus est Saluator meus, & brachia mea populos iudicabunt, me insula expectabunt, & brachium meum sustinebunt.* Eusebius libr. 2. de demonstrat. Euangelica. cap. 34. Augustinus de vnitæ Ecclesiæ, cap. 7. Hieronymus & Cyrillus hîc.

10. *Eſai. 45. Rorate cali deſuper, & nubes pluant iuſtum: aperiatur terra, & germinet Saluatorem, & iuſtitia oriatur ſimul. ego Dominus creauit eum.* Eccleſia dum aduentum Chriſti celebrat, ſæpenumero hanc vocem ingeminat, cuius copioſe meminit Laſtantius Firmianus lib. 4. de vera religione cap. 12. Auguſtin. de quinque hæref. cap. 4. & ſermo. 9. de Natiuit. Chryſoſt. homil. in Pſalmum 71.

11. *Zachar. 9. Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Hieruſalem. Ecce Rex tuus venit tibi iuſtus & ſaluator.* Præclari huius oraculi nullus ferè eſt eccleſiaſticorum tractatorum qui non meminerit. Interim videto Cyprianum lib. 2. aduerſus Iudæos cap. 29. Iuſtinum Martyrem in colloquio Tryphonis, Proſperum de Prædictionibus diuinis, parte 3. cap. 16. Auguſtinum 18. de ciuitate Dei cap. 35.

12. *Pſalm. 97. Cantate Domino canticum nouum, quia mirabilia fecit. Saluauit ſibi dextera eius, & brachium ſanctum eius. Notum fecit Dominus ſalutare ſuum, in conſpectu gentium reuelauit iuſtitiam ſuam. Recordatus eſt miſericordie ſue & veritatis ſue domui Iſrael. Viderunt omnes termini terra ſalutare Dei noſtri.* Auguſtinus in hoc Pſalmo citans illud Lucæ, Videbit omnis caro ſalutare Dei, & illud, Viderunt oculi mei ſalutare tuum. Necnon cæteri expoſitores Pſalmorum, Gregorius quoque in 1. Reg. cap. 2. optimè, itemque Irenæus martyr. lib. 3. cap. 11.

13. *Pſal. 13. & Pſalm. 52. Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael? cum conuerterit Dominus captiuitatem plebis ſue, exultabit Iacob, & latabitur Iſrael.* Eutym. ad Chriſti reſurrectionem magis refert: ſed de ſalute electorum per Chriſti aduentum certiffimam eſſe prophetiam, & ille, & omnes fatentur.

14. *Eſai. 6. Iugum oneri eius, & virgam humeri eius,*  
 &

*& sceptrum exactoris superasti sicut in die Madian.* Ut enim per Gedeonem terribili hostes sunt & in fugam versi, cum pauci admodum essent milites Dei, ita Christo victoria celsit sine militari potentia, & cætera. lege Augustinum serm. 108. de tempore, & Origen. homil. 3. in 6. & homil. 9. in 7. cap. Iudic.

15. *Ose. 1. Domui Iuda miserabo & saluabo eos in Domino Deo suo: & non saluabo eos in arcu & gladio & in bello & in equis & in equitibus.* Velut Esaiæ superius vaticinium, Oseas exponit, quomodo sit salus expectanda à Deo. Dominum autem Deum suum Christum populo Israëli pollicetur Deus Pater, ut Hieronymus declarat. Atque hæc sufficiant, vbi finis nullus futurus sit, si omnia commemorentur, quæ de Christi salute diuina inueniuntur oracula.

*Iesus per sanguinem suum redemptor omnium peccatorum.* CAP. II.

**N**ON solum salutem habemus in Christo, sed eam quoque magno pretio ipsius, id est sanguine, consecuti sumus. Hoc Iudæi, quibus velatum est testamentum vetus, non intelligunt: hoc Manichæi respuunt, hoc sapientes huius sæculi irridet. At Christiani, ut est summa fidei nostræ, ita in omnibus diuinis scripturis velut consignatum thesaurum tenemus. Omnes enim Prophetæ, ut Petrus ait, testimonium perhiberent remissionem nos accipere peccatorum per sanguinem Christi. Itaque Paulo vberius ex vtraque pagina de redemptione per Christi sanguinem testimonia depromenda erunt.

I. *Matth. 20. Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & dare animam suam redemptionem pro multis.*

II. *Matth. 26. Hic est sanguis meus noui testamenti,*  
qui

qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.

III. Act. 10. Huic propheta testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius, omnes qui credunt in eum.

IV. Rom. 3. Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei, iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionem qua est in Christo Iesu, quem proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiae suae.

I. Ioan. 1. Et sanguis Iesu Christi emundat nos ab omni peccato.

V. 1. Ioan. 2. Sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum: & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius Mundi.

VI. 1. Ioan. 4. In hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris.

VII. Apoc. 1. Dilexit nos, & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo.

VIII. Heb. 9. Si enim sanguis hircorum aut tauro-  
rum, & cinis vitulae aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis; quanto magis sanguis Christi, qui per Spiritum sanctum semetipsum obtulit immaculatum Deo, emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis?

IX. Ibi, Et omnia pene in sanguine secundum legem mundantur: & sine sanguinis effusione non fit remissio. Necessesse est ergo exemplaria quidem caelestium his mundari, ipsa autem caelestia melioribus hostijs quam istis.

X. Ioan. 1. Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

XI. 1. Pet. 1. Non corruptibilibus auro vel argento redempti estis de vana vestra conuersatione paterna traditionis: sed pretioso sanguine quasi agni immaculati Christi & incontaminati, praecogniti quidem ante Mundi constitutionem, manifestati autem nouissimis temporibus.

XII. Apoc.



XII. *Apoc. 5. Ceciderunt coram agno habentes singuli citharas & phialas aureas, & cantabant canticum nouum, dicentes. Dignus es Domine, accipere librum, & soluere signacula eius, quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo ex omni tribu & lingua & populo & natione: & fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terram.*

XIII. *Apoc. 13. Agni qui occisus est ab origine Mundi.*

Quoniam igitur salutem & redemptionem Christi hanc, quam Apostoli prædicarunt, Prophetæ quoque omnes prædixerunt, ex singulis ferè ponenda testimonia erunt. Primum quidem Moyes.

1. *Exod. 12. Et sument de sanguine agni, & ponent super utrumque postem, & in superliminaribus domorum, in quibus comedent illum. Erit autem vobis sanguis in signum in adibus, in quibus eritis: & videbo sanguinem, & transibo vos. neque erit in vobis plaga disperdens, quando percussero terram Aegypti.* Omnes fere Ecclesiastici tractatores in mystici Agni narratione versantur. legi interim potest Iustinus Martyr in colloquio cum Tryphone Iudæo, Gregorius Nazianzenus secunda oratione in Pascha, Cyprianus ad Demetrianum, & lib. 2. aduersus Iudæos capit. 21. Augustinus quæstion. vet. & nou. testamēt. quæst. 84. & lib. 12. in Faustum cap. 30. & de Tempore sermo. 150. & 181. Beatus Prosper de prædict. diuinis, parte 1. cap. 37. ac multi alij passim occurrent.

2. *Iob. 19. Scio quod redemptor meus viuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum, & rursus circumdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum saluatorem meum, quem visurus sum ego ipse, & non alius: reposita est hac spes mea in sinu meo.* Quo loco Gregorius Papa, id est lib. 14. Moral. cap. 29 sic commentatur, Qui non ait conditor, sed Redemptor, apertè eum denuntiar, qui

qui postquam omnia creauit, vt nos à captiuitate redimeret, inter nos incarnatus apparuit, suaque morte nos à perpetua morte liberauit.

3. *Psal. 129. Speret Israel in domino, quia apud Dominum misericordia & copiosa apud eum redemptio, & ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius.* Hic Augustinus, Qui non commisit peccatum, ipse est redemptor à peccato. Prosper & reliqui Psalmorum expofitores consentiunt.

4. *Psal. 50. Incerta & occulta sapientia tua manifestasti mihi. Asperges me Domine byssopo, & mundabor: lauabis me, & super niuem dealbabor.* Hyssopū sanguinis Christi asperionem significare docet Chrysoftomus & Ambrosius in 9. cap. epistol. ad Heb. de qua Prophetam loqui monet præclare Greg. in *Psal. 4. pœnit.* Augustinus etiam Arnobiusque in hunc 50. Psalmum attingunt. sed de redemptione & passionibus Christi totum psalterium plenum est, vt in lib. octauo apparebit. Alios Prophetas percurramus.

5. *Esaï. 53. Ipse autem vulneratus est propter iniquitates nostras, attritus est propter scelera nostra: disciplina pacis nostra super eum, & liuore eius sanati sumus. Omnes nos quasi oves errauimus, vnusquisque in viam suam declinauit: & posuit Dominus in eo iniquitatem omnium nostrum.* Totum caput de Christi passione & redemptione nostra perspicuum est, idque adeo, vt ad conuincēdos etiam Gentiles atque Iudæos euidentissimam Prophetiam asserant Augustinus lib. 1. de consens. Euangelist. cap. 31. & 18. de ciuit. cap. 29. Chrysoftomus in demonstratione quod Christus sit Deus in 6. tomo. Iustinus in colloquio Thyryphonis, Cyprianus lib. 2. aduers. Iudæos cap. 13. Athanasius de Incarnatione verbi contra Gentiles. Ambrosius in *Psal. 40.* Origenes contra Celsum lib. 1.

6. *Ibidem*

6. *Ibidem.* Et Dominus voluit conterere eum in infirmitate. Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longauum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur. Pro eo quod laborauit anima eius, videbit, & saturabitur: in scientia sua iustificabit ipse iustus seruus meus multos: & iniquitates eorum ipse portauit. Sed debet intelligi plerosque patrum iuxta 70. sic legere, Dominus vult mundare eum à plaga, idest excitare à mortuis: ita legunt Iustinus in apologia secunda pro Christianis, Eusebius Cæsariensis lib. 2. de Euangelica Demonstratione cap. 3. Theophilactus in 3. cap. Ioannis, Chrysostomus, & Augustinus in locis proximè indicatis. Itaque quod nostra vulgata ad passionem refert, Dominus voluit conterere eum in infirmitate, hoc septuaginta in Christi resurrectionem retulere: atque vtrumque æquè Propheticum.

7. *Eesai. 16.* Emitte agnum Domine dominatorem terræ, de petra deserti ad montem filia Sion. Carent quidem septuaginta ea sententia, sed Hieronymus habet, & Ecclesia in officio aduentus oppido frequentat.

8. *Eesai. 32.* Solue vincula colli tui captiua filia Sion, quia hac dicit Dominus Deus, Gratis venundati estis: & sine argento redimemini. Eusebius lib. 6. demonst. Euangel. cap. 24. Augustinus tractat. 41. in Ioannem, Ambrosius de institut. virg. cap. 13.

9. *Ibi.* Oculo ad oculum videbunt, cum conuerterit Dominus Sion. Gaudete & laudate simul deserta Hierusalem, quia consolatus est Dominus populum suum, redemit Hierusalem. Parauit Dominus brachium sanctum suum in oculis omnium gentium: & videbunt omnes fines terre salutare Dei nostri. Textullianus 3. libro aduersus Marcionem, Instinian. in colloqui. Tryphonis. Augustinus de vnitae Eceles. contra Petilianum di-

Q cit

cit apertissimam Prophetiam.

10. Hierem. 31. *Omnes cognoscent me à minimo usque ad maximum, dicit Dominus: quia propitiabor peccatis eorum, & iniquitatis eorum non memorabor amplius.* Hoc ponit Paulus Apostolus scribens ad Hebræos capit. 9. redemptionem autem noui testamenti in sanguine Christi probant ex eodem hoc loco Cyprianus lib. 1. aduers. Iudæos cap. 11. & Chryso-  
stomus in demonstrat. quod Christus sit Deus.

11. Hierem. 11. *Et ego sicut agnus mansuetus, qui portatur ad victimam.* Cyprianus lib. 2. aduers. Iud. capit. 15. Hierony. lib. 2. in Hierem. omnium ecclesiarum esse sententiam, Christum, non Hieremiam hic loqui.

12. Ezech. 34. *Visitabo oves meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus dispersa fuerant in die nubis & caliginis.* Id quemadmodum effectum sit, Petrus Apostolus docet illis verbis, *Qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum: ut peccatis mortui iustitiæ viuamus, cuius liuore sanati estis.* Erratis enim sicut oves errantes: sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum uestrarum. Ergo quas oves liberandas Propheta prædicit, has ad Christum conuersas Apostolus narrat.

13. Ezech. 9. *Signa Thau super frontes gementium.* Idest signum crucis ad salutem, ut Hieronymus declarat illic, & Cyprianus lib. 2. aduers. Iudæos cap. 22. & Clemens Alexandrinus lib. 6. Stromat. & Tertullianus lib. aduersus Iudæos.

14. Daniel. 9. *Septuaginta hebdomades abbreviate sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, ut consummetur prauaricatio, & finem accipiat peccatum, & deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna.* Et mox, *Et post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus.* Ecce præclarissimum de Christi aduentu

&

& passione vaticinium: quod quidem sapienter tractant Arthanasius in lib. de incarnatione verbi, Hieronymus in commentariis in Daniëlem, Augustinus lib. 18. de ciuitate Dei capit. 34. & epist. 78. probans Hieronymi sententiam quod in priore aduentu Domini illæ hebdomades completæ sint. Adnotandum verò, vbi nos legimus, Occidetur Christus, iuxta septuaginta extare, Interibit chrisma. nostram lectionem, quæ certè veritati Hebraicæ penitus congruit, recitat ac sequitur Beatus Prosper Aquitanicus de Diuinis prædictionibus parte 2. promissione 35. vbi Hieronymum quoque collaudat.

15. *Osee. 13. De manu mortis liberabo eos de morte redimam eos: ero mors tua ô mors, morsus tuus ero inferne.* Ab Apostolo Paulo commemoratur 1. Corinth. 15: ab Irenæo quoque martyre libr. 3. capit. 38. à Gregorio Papa libr. 12. Moralium capit. 8. & homil. 22. in Euangelia.

16. *Ioël. 2. In monte Sion & Hierusalem erit saluatio, sicut dixit Dominus, & in residuis, quos Dominus vocauerit.* In epistola ad Romanos positum est, quod Hieronymus differit de passione & resurrectione Domini.

17. *Amos. 9. In die illa suscitabo tabernaculum Dauid, quod cecidit, & readificabo aperturas murorum eius: & ex qua corruerant, instaurabo, & readificabo eum, sicut in diebus antiquis, vt possideant reliquias Idumæ, & omnes nationes, eo quod inuocatum sit nomen meum super eos.* Iacobus Apostolus Actor. 15. de salute & vocatione gentium ad Euangelicam gratiam hanc scripturam refert: Augustinus inter manifestas numerat lib. 18. de ciuit cap. 28.

18: *Abdias. Et ascendent Saluatores in montem Sion iudicare. montem Esau: & erit Domino regnum.* In eo-

Q 2 dem

dem lib. August. capit. 31.

19. Iona 1. Et dixit Ionas ad eos, Tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare à vobis. Et tulerunt Ionam, & miserunt in mare, & stetit mare à feruore suo. Quemadmodum id ad passionem Domini significandam pertineat, docet Augustinus in epist. 49. quæst. 6. & in 18. de ciuit. cap. 30.

20. Micha. 7. Quis Deus similis tui, qui auferis iniquitatem, & trāsīs peccatum reliquiarum hereditatis tue? Non immittet vltra furorem suum, quoniam volens misericordiam est. Reuertetur & miserebitur nostri, deponet iniquitates nostras, & proyiciet in profundum maris omnia peccata nostra. Recitat quidem testimonium hoc Irenæus lib. 3. cap. 23. sed sub nomine Amos: in Christo verò tam ipse quam Hieronymus Prophetiam completam aiunt.

21. Naum 1. Ecce super montes pedes euangelizantis & annuntiantis pacem: celebra Iuda festiuitates tuas, & redde vota tua, quia non adijciet vltra vt pertranseat in te Belial: vniuersus interijt. Augustinus 18. de ciuit. capit. 31.

22. Habac. 43. Splendor eius vt lux erit cornua in manibus eius ibi abscondita est fortitudo eius. Ante faciem eius ibit Mors, & egredietur Diabolus ante pedes eius. Ad crucem Christi & passionem Prophetiam pertinere declarat Cyprianus in sermon. de passione Domini, & lib. 2. aduersus Iudæos cap. 21. Augustinus verò refert quidem de Christo in 18. de Ciuit. cap. 32. sed aliter iuxta septuaginta, qui habent, Ante faciem suam ibit verbum eius: eodem modo Euseb. lib. 6. cap. 15.

23. Sophon. 3. Lauda filia Sion, iubila Israël, letare & exulta in omni corde filia Hierusalem. Abstulit Dominus iudicium tuum: auertit inimicos tuos. Rex Israël Dominus in

*in medio tui, non timebis malum vltra. In illa die dicetur Hierusalem, Noli timere, Sion non dissoluantur manus tue: Dominus Deus tuus in medio tui fortis, ipse saluabit: gaudebit super te in letitia, silebit in dilectione tua, exultabit super te in laude. Cum conuertero captiuitatem vestram in oculis vestris, dicit Dominus. Merito Hieronymus apertissimam hanc esse ait de Christo Prophetiam, cuius sanguine redempti sumus, citatque illud 1. Cor. 1. Qui factus est nobis iustitia & sapientia, & sanctificatio, & redemptio.*

*24. Agg. 2. Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cælum, & terram, & mare, & aridam. Et veniet desideratus cunctis gentibus, & implebo domum istam gloria, dicit Dominus exercituum. Magna erit gloria domus istius nonissima plus quam prima. Et in loco isto dabo pacem. Augustinus 18. de Ciuit. capitul. 35. sed aduentum desiderati cunctis gentibus refert ad iudicium: Hieronymus potius de priore aduentu intelligit. Paulus ad Hebr. 12. ad regnum Christi immobile accommodat, quod potest in vtroque aduentu consistere.*

*25. Zachar. 3. Ecce lapis, quem dedi coram Iesu. Super lapidem vnum septem oculi sunt. Ecce ago cœlabo sculpturam eius, ait Dominus exercituum, & auferam iniquitatem terræ illius in die vna. Cyprianus 2. libro aduers. Iudæos capti. 16. Quo pacto cœlatus sit lapis ille angularis, pulchrè ostendit Hieronymus. Istum lapidem, inquit, sculpsam, id est clauis crucis, & lancea militis faciam vulnerari, & in illius passione auferam iniquitatem terræ in die vna.*

*26. Zachar. 9. Tu quoque in sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in quo non est aqua. Inter cæteras de Christo perspicuas Prophetias Augustinus ponit 18. de Ciuit. capit. 35. Hieronymi expositio est,*

In sanguine passionis tuæ eos, qui vincti in carcere tenebantur inferni, liberaſti: propter patres ſcilicet in limbo clauſos.

27. *Zachar. 13.* In die illa erit fons patens domui Dauid & habitantibus Hieruſalem in ablutionem peccatoris & menſtuata. Fontem de baptiſmi gratia interpretantur plerique. Verum è ſanguine Chriſti baptiſmi gratia manauit: & iuxta ſeptuaginta, qui non ablutionem ſed aſperſionem vertère, magis in Chriſti ſanguinem conuenit, de quo etiam Hieronymus intelligit, & Gregorius 2. lib. in Ezech. homil. 20. & in Pſalmum 6. pœnitent.

28. *Malach. 3.* Quis poterit cogitare diem aduentus eius? & quis ſtabit ad videndum eum? ipſe enim, quaſi ignis conſans, & quaſi herba fullonum, & ſedebit conſans, & emundans argentum, & purgabit filios Levi: & colabit eos quaſi aurum & quaſi argentum, & erunt offerentes ſacrificia in iuſtitia. Auguſtinus libro 20. de Ciuit. cap. 25. & Cyprianus 3. libr. ad Quirinum cap. 57. & in expoſitione ſymboli, magis tamen ad iudicij aduentum referunt. Alij vt Rupertus Abbas Tuitienſis ad priorem aduentum, quod potius videtur habere contextus.

29. *Sapient. 9. & 10.* Nam per ſapientiam ſanati ſunt, quicumque placuerunt tibi Domine à principio. Hac illud, qui primus formatus eſt à Deo parens orbis terrarum, eduxit à delicto ſuo. Non dubium quin ſapientiam intelligat Chriſtum, quem Deus propoſuit propitiatorem præcedentium delictorum, vt Paulus habet.

30. *Malach. 4.* Et oriatur vobis timentibus nomen meum ſol iuſtitia: & ſanitas in pennis eius. In pennis Chriſti eſſe ſalutem quid aliud eſt, quàm in illius cruce, vbi ſe ipſe extendit, conſidere? Sub hac enim alarum  
illius



illius vmbra protegimur.

31. *Ecclesiastici. 46. Christus purgauit peccata ipsius ( hoc est Davidis ) & exaltauit in aeternum cornu eius, & dedit illi testamentum Regum & sedem gloria in Israël.* Cornelius Iansenius aliam quidem lectionem præfert: verum & hanc confitetur, & esse authenticam tum veteres, vt Rabanus, tum vsus Ecclesiæ docet. Neque enim est incredibile mysterium redemptionis Christi, expresso ipso etiam Christi nomine à sapiente diuinitus enuntiari.

*Iesus pastor optimus; defendens, pascens,  
& ducens gregem electum.*

### CAP. III.

**R**EDEMPTIS suo sanguine à peccato & inferno hominibus, quæ insuper bona contulerit Christus, iam demonstramus, positis illius illustribus titulis. Inter quos pastoris officia valde commendant sacræ literæ, quæ præstitit ille suis, ac præstat semper egregie. Habet ergo ad hunc modum.

*Ioan. 10. Oues, vocem eius audiunt, & proprias oues vocat nominatim, & educit eas. Et cum proprias oues emiserit, ante eas vadit, & oues illum sequuntur, quia sciunt vocem eius. Ego sum ostium: per me si quis introierit, saluabitur: & ingredietur, & egredietur, & pascua inueniet.*

*Ibi. Ego sum pastor bonus: bonus pastor animam suam dat pro ouibus suis.*

*Ibidem. Oues mea vocem meam audiunt, & ego cognosco eas; & sequuntur me. Et ego vitam aeternam do eis: & non peribunt in aeternum, & non rapiet eas quis-*

*quam*

quam de manu mea.

Hebr. 13. Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis pastorem magnum ouium in sanguine testamenti aeterni, Dominum nostrum Iesum Christum, aptet vos in omni bono, ut faciat is eius voluntatem.

1. Petit. 2. Eratis sicut oves errantes: sed conuersi estis nunc ad pastorem & Episcopum animarum vestrarum.

1. Pet. 5. Forma facti gregis ex animo. Et cum apparuerit Princeps pastorum, percipietis immarcescibilem gloriae coronam.

1. Ezechiel. 34. Hac dicit Dominus Deus: Ecce ego ipse requiram oves meas, & visitabo eas, sicut visitat pastor gregem suum in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum: sic visitabo oves meas, & liberabo eas de omnibus locis, in quibus dispersa fuerant in die nubis & caliginis. Et educam eas de populis, & congregabo eas de terris, & inducam eas in terram suam & pascam eas in montibus Israel, in riuis, & in cunctis sedibus terra. In pascuis vberimis pascam eas. De Christo promisso recitat haec Augustinus 18. libro de ciuitate Dei cap. 34. Cyprianus quoque scribens ad Nouatianum haereticum, vbi testimonium Ezechielis posuit, adiungit, Quis ista loquitur? Qui relictis nonaginta nouem ouibus, quaesit illam, quae de suo errauerat grege. Ita Euangelicis Prophetica conciliat.

2. Ibidem. Et suscitabo super eas pastorem vnum, qui pascat eas, seruum meum Dauid: ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem. Ego autem Dominus ero eis in Deum: & seruus meus Dauid princeps in medio eorum. Ego Dominus locutus sum. Et faciam cum eis pactum pacis, & cessare faciam bestias pessimas de terra: & qui habitant in deserto, securi dormient in saltibus. Totum hunc locum

Ezechie

Ezechielis de pastoribus & ouibus & principe pastorum Christo Dauidis nomine expresso, copiose tractant D. Augustinus in tractatu de Pastoribus in 9. tomo, quem etiã quãdam synodi prouineiales referunt. Idem quãst. 5. ad Dulcitium in 4. tomo. Hilarius quoque in Psalmum 131.

3. *Esaï. 40. Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas Sion. Exalta in fortitudine vocem tuam, qui euangelizas Hierusalem: exalta, & noli timere, dic ciuitatibus Iudæ, Ecce Deus vester: ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachium eius dominabitur. Ecce merces eius cum eo, & opus illius coram illo. Sicut pastor gregem suum pascet: in brachio suo congregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit.* Eusebius Cæsariensis lib. 3. de demonstrat. Euangel. cap. 1. Cyrillus Alexandrinus lib. 3. cont. Iulian.

4. *Zacha. 11. Et pascam pecus occisionis propter hoc, & pauperes gregis.* Rupertus quidem secus legit: quin etiam D. Hieronymus, cuius ille affectator est ferè, sensum diuersum tradit. Verum nostra lectio ita habet, & de pastore Christo, qui pauperes non despexit, intelligunt viri docti, in quibus Didacus Stunica in commentarijs in Zachariam.

5. *Ezech. 37. Et pastor vnus erit omnium eorum.* Aperte Christum significat, vt supra ostensum est.

6. *Hierem. 23. Et ego congregabo reliquias gregis mei, de omnibus terris, ad quas eiecero eos illuc, & concertam eos ad rura sua, & crescent, & multiplicabuntur. Et suscitabo super eos pastores, & pascent eos: & non formidabunt ultra, & non patiebunt: & nullus quæretur ex numero, dicit Dominus.* Pastores à Principe pastorum tribuendos bene Hieronymus tradit Apostolos, atque Apostolicos viros, de quibus hic idem Propheta aliàs loquitur, Dabo eis pastores iuxta cor meum.

Q 5 7. *Psal.*

7. *Pſalm. 22. Dominus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascua ibi me collocauit. ſuper aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit.* Totus Pſalmus admirabilem Dei prouidentiam erga populum ſuum ſub paſtoris exemplo proſequitur. lege Chryſoſtomum in hunc Pſalm. in 1. tomo, & cæteros tractatores, & Hieronym. in 34. Ezechielis.

8. *Genef. 31. Ego damnum omne reddebam. quicquid furtim peribat, à me exigebas: diu noctuque aſtu vrebam & gelu, fugiebatque ſomnus ab oculis meis. Sicque per viginti annos ſeruiui tibi.* Chriſtum in Iacob figuratum, Rupertus in Genef. lib. 7. cap. 40. & Auguſt. ſerm. 80. de tempore copioſe.

9. *1. Reg. 17. Dixitque Dauid ad Saul, Paſcebat ſeruus tuus patris ſui gregem, & veniebat leo vel vrſus, & tollebat arietem de medio gregis, & perſequebar eos & percutiebam, eruebamque de ore eorum, & illi conſurgebant aduerſum me, & apprehendebam mentum eorum, & ſuffocabam, interficiebamque eos. Nã & leonem & vrſum interfeci ego.* Proſper de Diuinis prædict. p. 2. cap. 25. Dauid paſtor. fanè ouium, vt noſtrum ſignaret paſtorem. Et noſter manu fortis de ore leonis Diaboli & Petrum negantem & latronem eripuit conſitentem. Hæc ille.

*Ieſus ſpes vnica gentium.*

### CAP. IIII.

**Q**VI A Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Ezechiel fore dixit ouium omnium paſtorem vnum, atque ipſe Chriſtus alias ſe habere oues teſtatus eſt, quæ non eſſent de ouili Hebræo, quas oporteret adducere, vt ſicut erat vnus paſtor, eſſet vnum quoque ouile, monſtrandum eſt, nullum alium fuiſſe gentium ſaluatorem præter Ieſum, atque hunc propriè

propriè diuinis prædicationibus, apostolicisque doctrinis omnium gentium præpositum esse Saluatorem, per quem alienati à Deo, reconciliari vitam æternamque pacem præcipiant. Quod grande mysterium ita Simeon sanctus exposuit.

I. Luc. 2. *Viderunt oculi mei salutare tuum, quod parasti ante faciem omnium populorum, lumen ad reuelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.*

II. Ioan. 10. *Et aliàs oues habeo, quæ non sunt ex hoc ouili & aliàs oportet me adducere, & fiet vnum ouile, & vnus pastor.*

III. Matth. 28. *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eos.*

IV. Marc. 16. *Prædicate Euangelium omni creatura.*

V. Act. 1. *Eritis mihi testes in omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terra.*

VI. Luc. 24. *Prædicari in nomine meo pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes.*

VII. Ephes. 3. *Quod alijs generationibus non est agnatum filijs hominum, sicut nunc reuelatum est sanctis Apostolis eius & prophetis in Spiritu: Gentes esse cohæredes & concorporales & participes promissionis eius in Christo Iesu per Euangelium. Alijs generationibus non esse agnatum dicit, quòd vsque ad illa tempora gentes essent alienatæ à Deo, & sine Deo in hoc mundo, vt aliàs loquitur. Quamuis enim iam pridem Deus id pollicitus esset, tamen re ipsa vsque ad Euangelicam prædicationem nunquam perspectum fuerat vocari omnes gentes ad tantam gratiam.*

VIII. Rom. 9. *Vocauit nos non solum ex Iudeis, sed etiam ex gentibus, sicut in Osee dicit, Vocabo non plebem meam plebem meam, & non dilectam dilectam. Et eris in loco, vbi dictum est, Non plebs mea vos ibi vocabuntur filij Dei viui.*

IX. Rom.

*IX. Rom. 15. Christus suscepit vos in honorem Dei, sicut scriptum est, Propterea confitebor tibi in gentibus.*

*X. 1. Pet. 2. Vos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ut virtutes annuntietis eius, qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum, qui aliquando non populus Dei, nunc autem populus eius: qui non misericordiam consecuti, nunc autem misericordiam consecuti.*

*XI. Rom. 3. Vnus Deus, qui iustificat circumcisionem ex fide, & praputium per fidem.*

*XII. Ioan. 11. Quoniam ipse moriturus erat pro gente: non solum autem pro gente; sed ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in vnum.*

*XIII. Act. 10. Surge Petre, occide, & manduca. Quod enim Deus mundavit, tu commune ne dixeris. Sed superuacaneum est literas noui testamenti de re omnium tritissima proferre. Veretes producendę sunt aduersus perfidiam Iudaicam, quibus Euangelica gloria plurimum illustratur.*

*1. Esai. 11. In die illa radix Iesse, qui stat in signum populorum: ipsum gentes deprecabuntur. Quo testimonio Paulus vtitur ad Roman. 15. & secundum eum Tertullianus 3. lib. contra Marcionem, Cyprianus lib. 1. aduersus Iudæos cap. 21. Eusebius lib. 2. de demonstr. Euangel. cap. 41. & lib. 3. cap. 2. Athanasius in libr. de Incarnat. verbi. Hilarius 7. lib. de Trinitate.*

*2. Genes. 12. Ite benedicentur vniuersa cognationes terra. Rursus ad eundem Abraham.*

*3. Genes. 18. Num celare potero Abram, quæ gesturus sum, cum futurus sit in gentem magnam ac robustissimam, & benedicenda sint in illo omnes nationes terra? Tertio quoque ad eundem.*

*4. Genes. 22. Possidebit semen tuum portas inimicorum tuorum, & benedicentur in semine tuo omnes gentes terra,*

*terra, quia obedisti voci mea.* Magnificam eam promissionem in vno Christo impletam, Paulus ostendit ad Galat. 3. Sancti verò Patres accuratè rem tractant, Augustinus quidem lib. 16. de ciuitate Dei ca. 16. & cap. 29. & ca. 32. idem lib. 12. contra Faustum Manichæum cap. 6. & ca. 41. Iustinus vero Martyr in colloquio Tryphonis, Ambrosius quoque lib. de Abraham cap. 1. Cyprian. lib. 1. aduers. Iudæos cap. 21. Irenæus lib. 4. contra hæreses cap. 16. Prosper de Prædicationibus diuinis parte 1. cap. 16. Iam verò ad Isaac eadem promissio sic facta legitur.

5. *Genes. 26. Et benedicentur in semine tuo omnes gentes terra, eo quod obedierit Abraham voci mea.* Hanc Augustinus tractat in illo eodem lib. 16. de Ciuit. ca. 36. & contra Faustum lib. 12. ca. 6. & 41. Iustinus & Irenæus locis iam indicatis. Postrema ad Iacob facta repetitur in hunc modum.

6. *Genes. 28. Ego sum Deus Abraham & Deus Isaac patris tui. Et benedicentur in te & in semine tuo cunctæ tribus terra.* De hac Augustinus cap. 36. eiusdem libr. 16. de Ciuitate Dei, & in cæteris locis iam notatis tum hic tum cæteri.

7. *Aggæ. 2. Et mouebo omnes gentes, & veniet desideratus omnibus gentibus.* Inter alia hoc etiam nomen Ecclesia celebrat, vt Christum Regem gentium, & desideratum earum vocet, ex hoc planè loco Aggæi iuxta Hieronymi translationem & expositionem, tametsi iuxta septuaginta legatur, Et venient electa gentium. Aug. 22. cont. Faust. cap. 87. citat de Christo, desideratus gentibus.

8. *Ose. 1. Et erit in loco vbi dicetur eis, Non populus meus vos, dicetur eis, Filij Dei viuentis. Et congregabuntur filij Iuda, & Israel pariter, & ponent sibimet caput vnum, & ascendent de terra, quia magnus dies Israel.* Iam supra  
à Petro

à Petro Apostolo cōmemoratum est: quod latius explicat August. 18. de Ciuit. ca. 28. Iustinus in Tryphone meminit, Cyprianis lib. 1. contra Iudæos cap. 19.

9. *Psal. 71. Et adorabunt eam omnes Reges terra: omnes gentes seruient ei. Sit nomen eius benedictum in sacula: ante solem permanet nomen eius. Et benedicentur in ipso omnes tribus terra: omnes gentes magnificabunt eum. Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus: & benedictum nomen maiestatis eius in aeternum, & replebitur maiestate eius omnis terra fiat, fiat.* Præclarissimum est Christi in omnes gētes imperij vaticinium, quod commendant Iustinus in eodem colloquio, atque Augustinus lib. 17. de Ciuit. cap. 8. ac ferè tractatores omnes Psalmorum. Euseb. Demonstrat. libr. item 7.

10. *Psal. 17. Eripies me de contradictionibus populi, constitues me in caput gentium. Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in auditu auris obediuit mihi.* Non minus illustre hoc, neque minus celebratum à patribus. Irenæus libr. 4. contra hæreses, Iustinus in colloquio, Cyprianus lib. 1. aduers. Iudæos. ca. 21. Gregorius Papa homil. 6. in Ezechie. Eusebius Cæsariensis lib. demonstr. Euang. 6. cap. 1. August. 21. contr. Faust. ca. 86.

11. *Genes. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est, & ipse erit expectatio Gentium.* Epiphanius 1. lib. cont. hæres. ubi agit de Herodianis, Irenæus lib. 4. cap. 23. Chryso- stomus in Demonstrat. quod Christus sit Deus, contra Gentiles. Augustinus lib. 12. cont. Faustum ca. 42. Cyprianus 1. adu. Iudæos cap. 21. Iustinus tum in colloquio Tryphonis, tum in apologia secunda pro Christianis. Cyrillus lib. 8. contra Iulianum, & lib. 6. in Ioan. cap. 15. Euseb. lib. 7. cap. vltimo.

12. *Malach. 1. Non est mihi voluntas in vobis, & munus non suscipiam de mana vestra, Dicit Dominus exercituum.*

Ab or



*Ab ortu enim solis vsque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus: & in omni loco offertur nomini meo oblatio munda.* Apertissimam Prophetiam de abiectione legis & populi Iudaici, & vocatione gentium, ac nouo æternoque sacrificio Christi incruento, egregie tractant Irenæus lib. 4. contra hæres. ca. 32. Iustinus in colloquio Tryphenis, Tertullianus 3. contra Marcion. Aug. 18. de ciuit. cap. 35. Hierony. in cap. 21. Ezech. Eusebius Cæsar. de demonst. Euang. li. 2. c. 39.

13. *Eesai. 52. Iste asperget gentes multas. super ipsum continebunt Reges os suum: quia quibus non est annuntiatum de eo, viderunt: & qui non audierunt, contemplati sunt.* B. Apostolus ad Roman. 15. Tertullia. 3. lib. contra Marcion. Iustinus in Tryphon.

14. *Eesai. 49. Et dixit, Parum est, vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & faces Israel conuertendas: ecce dedi te in lucem gentium, vt sis saluus meusque ad extremum terra.* Hoc quoque Paulus Apostolus posuit Aët. 13. Ambros. li. 5. de Fid. ad Gratianum ca. 4. Iustinus in libro sæpe iam dicto. Mirabile verò est, quam lucem, quam salutem gentes etiã barbarę in hoc nouo orbe experiantur in Christo. Verè vt ijs appareat missũ hoc salutare Dei. ipsi gloria & imperiũ. Amẽ.

15. *Eesai. 66. Et ponam in eis signum, & mittam ex eis, qui saluati fuerint ad gentes in mare, in Africam & Lydiam tenentes sagittam, in Italiam & Graciam ad insulas longe, ad eos qui non audierunt de me, & non viderunt gloriam meam. Et annuntiabunt gloriam meam gentibus, & adducent omnes fratres vestros de cunëtis gentibus domum Domino.* Generale quidem est vaticinium de vocatione gentium, quod planè Cyprianus recitat libr. 1. aduersus Iudæos capi. 21. sed perspicua & peculiaris eius expletio nostris hisce temporibus cernitur, de qua re latius egimus in libro primo de  
Procu

Procuranda Indorum salute.

16. *Esaï. 42. Et dedi te in fœdus populi & lucem gentium, vt aperires oculos cæcorum, & educeres de conclusione vinctum, de domo carceris sedentes in tenebris. Iustin. in colloq. Tertull. 3. cont. Marc.*

*Iesus totius iustitiæ & veritatis via & exemplar.*

C A P. V.

**N**ON satis fuit Christo Deo nostro vocare homines perditos ad vitam, nisi ijs ipsis se præberet ducem viæ, ac viam ipsam: vt qui salui esse velint vestigia optimi seruatoris sequantur. Atque ex beneficijs diuinitus nobis collatis, hoc cæteris inferius nullo modo haberi debet: quod proinde sacræ literæ crebro commendant. Itaque loquitur ipsa veritas.

I. *Matth. 11. Discite à me, quia mitis sum & humilis corde.*

II. *Matth. 3. Sine modo: sic enim nos decet implere omnem iustitiam.*

III. *Ioan. 12. Qui sequitur me, non ambulat in tenebris.*

IV. *Ioan. 13. Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum ego feci, ita & vos faciatis.*

V. *Ioan. 14. Ego sum via, veritas, & vita. Nemo venit ad Patrem, nisi per me.*

VI. *1. Ret. 2. Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum vt sequamini vestigia eius.*

VII. *Ephes. 5. Estote ergo imitatores Dei, sicut filij charissimi, & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis.*

VIII. *1. Cor. 11. Imitatores mei estote, sicut & ego Christi.*

IX. *Actor. 1. Cœpit Iesus facere & docere.*

X. *1. Ioan. 2. Qui dicit se in ipso manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. His congruunt, quæ in Prophetis legimus.*

1. *Esaï.*

1. Esai. 35. *Et erit ibi semita & via, & via sancta vocabitur. Non transibit per eam pollutus, & hac erit vobis directa via, ita vt stulti non errent per eam.* Hieronym. lib. 10. in Esaiam, *Erit semita & via sancta, quæ dicit ipsa de se, Ego sum via.* De hac re lege Lugdonicum Leonem Augustinianum libro 1. de Nominibus Christi, vulgari quidem sermone, sed minime vulgari aut eruditione aut stylo.

2. Exod. 23. *Ecce ego mittam angelum meum, qui praecedat te, & custodiat in via, & introducat in locum quem praparaui. Obserua eum, & audi vocem eius, nec contempnendum putes, quia non dimittet, cum peccaueris, & est nomen meum in illo.* Quem locum de Christo ducē nostro accipit Cyprianus lib. 2. ad Quirinum cap. 5. & Augustinus lib. 16. contra Faustum cap. 19. vbi ita habet, *Qui ergo dixit, Nomen meum est in illo Iesu, ipse est verus Iesus rector & ductor populi in hæreditatem vitæ æternæ.* Idem ante eum scripsit Tertullianus 3. libr. contra Marcionem, & ante vtrumque Iustinus in colloquio.

3. Exod. 25. *Inspice & fac secundum exemplar, quod tibi in monte monstratum est.* Christum intelligi exemplar, vnde bene sperandi forma sumatur, explicans eum locum docet S. Irenæus lib. 4. contra Gnosticos c. 28.

4. Hierem. 30. *Et erit dux eius ex eo, & princeps de medio eius producetur: & applicabo eum, & accedet ad me, quis enim iste est, qui applicet cor suum, vt appropinquet mihi, ait Dominus? & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.* Quis nam dux ille noster sit, quem pollicetur sermo Propheticus, haud dubium, ait Hieronymus, quin Dominus & saluator secundum carnem ex genere Israël.

5. Esai. 55. *Ecce testem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus.* De hoc supra lib. 4. cap. 1.

R 6. Esai.

6. *Esai. 52. Quoniam non in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis: pracedet enim vos Dominus, & congregabit vobis Deus Israël.* Euseb. lib. 3. cap. 1. de Demonstr. Euang. & Hieronymus præcedere quidem Dominum spiritualiter accipiunt, cum liberat suos de medio nationis prauæ: sed nihil verat etiam vestigiis sanctitatis Christum intelligere præire, cum suos traducit ad Patrem, iuxta quem modum intelligitur typus fuisse Iosue, & scriptura insinuat.

7. *Deut. 3. Præcipe Iosue, & corrobora eum atque conforta, quia iste pracedet populum istum, & diuidet eis terram, quam visurus es.* Sic enim accipit Prosper libr. 2. de prædict. cap. 14. & Augustinus 16. contra Faustum cap. 19. & Tertullianus lib. 3. contra Marcionem.

8. *Deuteron. 32. Sicut aquila prouocans ad volandū pullos suos, & super eos volitans, expandit alas suas, & assumpsit eum atque portauit in humeris suis. Dominus solus dux eius fuit.* Hieronymus meminit super Malach. 4.

9. *Psal. 66. Ut cognoscamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum.* Christum esse viam & salutare Dei docent hic Cassiodorus & Augustinus.

*Iesus mediator & aduocatus hominum.*

## C A P. V I.

**Q**UIA Christum non ita sequimur, quin sæpe numero & deflectamus ab illo, & aberremus, habem⁹ eundem pium ac benignum intercessorem, vt per eum impetremus & consequamur, quod nullis nostris meritis alioqui possemus. Denique & mala nobis omnia propter Christum condonantur, & bona omnia tribuuntur, cuius & preces & merita despicere De⁹ nullo modo potest. Id vt declararet, ita ait.

1. *Ioan. 17. Ego pro eis rogo, non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt*

II. *Ibid.*

I. Ibid. Et pro eis ego sanctifico me ipsum, vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum illorum in me: vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnam sint.

II. I. Tim. 2. Vnus Deus, vnus & mediator Dei & hominum homo Christus Iesus, qui dedit redemptionem semetipsum pro omnibus.

III. Hebr. 12. Accessistis ad testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersorem melius clamantem quam Abel. Videte ne recusetis loquentem.

IV. I. Ioan. 2. Sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud Patrem Iesum Christum iustum. Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris.

V. Hebr. 9. Non enim in manufacta sancta Iesus introiuit, exemplaria verorum, sed in ipsum caelum, vt appareret nunc vultus Dei pro nobis.

VI. Hebr. 7. Vnde & saluare in perpetuum potest, accedens per semetipsum ad Deum: semper viuens ad interpellandum pro nobis.

VII. Rom. 8. Christus Iesus, qui mortuus est, immo qui & resurrexit, qui est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis.

1. Ea de re Esai. 37. sic, Et protegam ciuitatem istam, vt saluem eam propter me, & propter Dauid seruum meum. Notat Augustinus in quaestionibus ad Dulcitium ca. vltimo, nomine Dauid intelligi Christum. Quamquam hic Hieronymus in 2. cont. Pelagianos dialog. & Chrysostomus homil. 3. in epist. ad Philippenses, ad literam Dauid intelligunt. Nihil tamen vetat vtrumque esse verum. Sed praecipuum scopum scripturae esse Christum, cuius figuram gessit Dauid, non est dubium.

2. Hierem. 33. Si pactum meum inter diem & noctem, & leges caelo, & terra non posui: equidem & semen Iacob &

*Dauid serui mei projiciam. Reducam enim conuersionem eorum, & miserebor eis.* Vt Dauidis nomine, ita etiam Iacobi Christum exprimi docet sanctus Iustinus Martyr in colloquio Tryphonis.

3. *Psal. 131. Propter Dauid seruum tuum, ne auertas faciem Christi tui.* Hilarius hic Dauid interpretatur Christum ex Dauid venientem.

4. *Psal. 83. Protector noster aspice Deus, & respice in faciem Christi tui.* Cassiodorus hic, & Arnobius in *Psal.*

5. *Esai. 22. Et erit quasi pater habitantibus Hierusalem, & domui Iuda.* De Christo dici certum ex Hieronymo & reliquis.

6. *Exod. 25. Facies & propitiatoriu de auro mundissimo. Inde precipiam, & loquar ad te super propitiatorium, ac de medio duorum cherubim, quiverunt super arcam testimonij. Propitiatorium nostru esse Christum, in quo exaudiamur a Deo, eleganter ostendit Cyrillus in lib. de Incarnat. vnigenit. cap. 13, Prosper quoque de diuinis predictionib. part. 2. cap. 2.*

7. 2. *Paralip. 6. Si autem peccauerint tibi (neque enim est homo, qui non peccet) & iratus fueris eis, & conuersi egerint penitentiam, & reuersi fuerint ad te, adorabunt te contra viam terra sua, & vrbis quam elegisti, & domus quam adificauit nomini tuo: tu exaudies de celo, & dimittes populo tuo quamuis peccatori. Aperiantur oculi tui, & aures tue attente sint ad orationem qua fit in loco isto. Ne auerferis faciem Christi tui: memento misericordiarum Dauid serui tui.* Hic quoque templum intelligi Christum, in quod respicere iubeamur, cum oramus, in quod etiam preces nostrae cassae esse non possint, declarat Tertullianus 3. lib. contra Marcionem: Catholicum, inquit, templum Christus est, in quo Deus colitur: sed longe copiosius Augustinus lib. 16. contra Faustum capit. 10. quin ipse Dominus Ioan. 2.

tem

templum nos docuit esse corpus suum.

8. *Ezechiel. 44. Facient sacerdotes super altare holocausta vestra, & que pro pace offerunt, & placatus ero vobis, ait Dominus Deus.* Gregor. in Psal. 4. pœnitent. Altare Dei filius est, cui sacrificia nostra imponimus. Augustinus quoque contra Faustum lib. 20. cap. 18. De altare, inquit, est Christus.

9. *Sapient. 18. Sed non diu pertransit ira tua. Properans enim homo sine querela deprecari pro populis, proferens seruitutis sue scutum orationem, & per incensum deprecationem allegans, restitit iræ, & finem imposuit necessitati, ostendens quoniam tuus est famulus. In veste enim poderis, quam habebat, totus erat orbis terrarum, & parentum magna in quatuor ordinibus lapidum erant sculpta, & magnificentia tua in diademate capitis illius scripta erat.* Hunc locum egregiè explicat de Christo in Aaron figurato August. serm. 98. de Tempore, & serm. 99. dicit Aaron fuisse figuram Christi: consentit Prosper, de Prædict. diuin. par. 2. cap. 3. Cæterum in Pontifice summo Aaron, in altari ab Ezechiele prædicto, in templo à Salomone fabricato, in propitiatorio per Mosem erecto, Mediatoris nostri rationes explicari, notius est, quàm vt debeat ostendi.

10. *Esai. 45. Ego Dominus qui voco nomen tuum Deus Israël, propter seruum meum Iacob & Israël electum meum.* Christum accipi electum Israël, & seruum Dei Iacob, monet Iustinus in Tryphon. Lactant. lib. 4. diuin. instit. ca. 13. Athanas. in lib. de vnitæte Trinitatis.

11. *Esai. 41. Confortaui te, & auxiliatus sum tibi, & suscepit te dextera iusti mei.* Dextera Christi susceptum populum Dei, firmum consistere, ne labatur & pereat. Cyrillus hîc, Iustinus vbi iam sæpe. Dextera enim Dei esse filium & hîc Cyrillus docet, & sancti cæteri patres.

R 3 Iesus

*Iesus radix totius gratia & iustitia, caput & corona sanctorum omnium.*

## CAP. VII.

**N**E putetur extrinsecus Christus suis iuare vel intercedendo vel docendo, vel vocando, & inuitando, quod possunt suo modo etiam Angeli virique iusti facere, demonstrant diuinae legis, esse penes illum fontem vitæ & salutis, à quo ut à radice & capite procedat omne iustitiæ & sanctitatis bonum. Id vero præstat, non solum quia Deus est, ipsa nempe sanctitas & iustitia & bonitas, verum etiam quia homo est, meritorum suorum, & laborum, & charitatis nos consortio iustificans, quem admodum est à sacra Tridentina Synodo definitum. Hanc igitur ex Christo Domino in nos iustitiæ sanctitatisque derivationem præclare nobis ostendunt scripturæ sanctæ ad hunc modum.

*I. Ioan. 1. Lex per Moysen data est: gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Vnde de plenitudine eius nos omnes accepimus.* In lege erant quidem sacramenta, figure futurorum: hæc Christus exhibendo, veritatem pro umbra reddidit; erant etiam præcepta mortuum, sed ad ea implenda solus Christus attulit auxilium gratiæ. Itaque per Christum lex impleta est quoad utramque partem, quemadmodum scite Augustinus tradit, atque hunc sequutus beatus Leo.

*II. 1. Cor. 1. In Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à Deo, & iustitia, & sanctificatio, & redemptio.*

*III. Ioan. 15. Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in vite, sic nec vos, nisi in me manseritis. Ego sum vitis, vos palmites. Qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia sine me nihil potestis facere.*

*IV. Ephes.*



IV. Ephes. 1. Qui praeordinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suae in laudem gloriae gratiae suae, in qua gratificavit nos in dilecto filio suo. In quo habemus redemptionem per sanguinem eius, remissionem peccatorum secundum divitias gratiae eius.

V. Gal. 3. Quod autem vno, confide vno filij Dei, qui dilexit me, & tradidit semetipsum propter me.

VI. Rom. 5. Sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, sic & per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitae.

VII. Gal. 5. Euacuata est iustitia aduersus qui in lege iustificamini, a gratis exiitibus. Natiuitas Spiritus ex fide spem iustitiae expectationis. Nam in Christo Iesu neque circumcisio aliquid valet neque praepucium, sed fides, quae per charitatem operatur.

VIII. Ephes. 4. Unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi. Veritatem autem facientes in charitate crescimus in illo per omnia qui est, caput Christi, est quo totum corpus compactum & connexam per omnem iuncturam summistrationis secundum operationem in mensuram vnus cuiusque membri, augmentum corporis facit edificationem sui in charitate.

IX. Colos. 1. Et ipse est ante omnes, & omnia in ipso constant. Et ipse est caput corporis Ecclesiae, qui est principium, primogenitus ex mortuis, ut sit in omnibus ipse primatum tenens, quia in ipso coeplacuit omnem plenitudinem inhabitare.

Handitatem Christi eminentiam, unde omnia nostra dependant, etiam testamentum vetus commedat diuersis sane similitudinibus, lapidis, paxilli, gemitis, atque aliorum, quae huc tendunt omnia, ut ab illo, & per illum, & in illo omnem nobis iustitiam & vitam constare intelligamus. Sic igitur David.

1. Psalm. 117. Lapidem, quem reprobauerunt edificantes,

R 4 hic

hic factus est in caput anguli. A Domino factum est istud & est mirabile in oculis nostris. Sic ipse Christus expostuit Matth. 21. sic Petrus Act. 4. & epistola sua primus cap. 2. Paulus quoque ad Rom. 9. Post hos Cyprianus 2. lib. aduers. Iudæ. cap. 16. & in exposit. Orat. Domini. cæ. Et Irenæus lib. 3. cap. 5.

2. Esai. 28. Hac dicit Dominus Deus, Ecce ego mittam in fundamentis Sio lapidem, lapidem probatum, preciosum in fundamento fundatum. Qui crediderit non confundetur. Vel qui crediderit in eum, non confundetur. Iuxta Paulum ad Romanos 9. & Petrum 1. Pet. 2. Cyprianus in loco proxime notato. Eusebius Cæsar. libr. 1. demonstr. Euangel. cap. 5. August. in Psal. 94. & in Psal. 3.

3. Esai. 22. Et figam illum paxillu in loco fidelis, & erit in solium glorie, domus patris sui, & suspendent super eum omnem gloriam domus patris sui, vasorum diuersa generæ: omne vas paruulum à vasis cruceyaræ usque ad omne vas musficorum. De Christo prædici nemo dubitat, cõsentiente Hieronymo, cæterisque interpretibus. Cæterum quod nos legimus: Figam illum paxillu in loco fidelis, septuaginta veluti paraphrasim faciētes uerbi traxerunt, Cõstituam illum principem in loco fidelis.

4. Zachar. 3. Ecce lapis, quem uedi coram Iesu: in lapide vno septem oculi sunt. Cyprianus lib. 2. cap. 16. Gregorius 29. lib. Moral. cap. 30.

5. Zach. 6. Ecce vir Oriēs nomē eius: & subter eū opietur, & edificabit templū Domino. Sanctus Grego. 20. lib. in Job c. 21. Recte, inquit, oriens dicitur, cuius iustitiæ lumine, nostræ iustitiæ nox illustratur. Neque enim Christus lux est docendo tantūmodo, sed magis etiā magis iustificādo, hoc est tenebras peccati pellendo. Hieronymus eodem refert lib. 4. in Hieremiam.

6. Miche. 4. Et Orietur vobis timentibus nomen Domini, Sol iustitiæ, & sanitas in alis eius, & egrediemini & salietis sicut

sicut vituli de armento. Hic Hieronymus, Sanatos Christus per pœnitentiam portat in humeris suis. Gregorius 8. lib. in Iob. cap. 33.

7. Habac. 2. Adhuc visus procul, & apparebit in finem, & non mentietur. Si moram fecerit, expecta eum, quia veniens veniet, & non tardabit. Ecce qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso: iustus autem in fide sua viuet. Septuaginta habent, Ex fide mea viuet. Apostolus ad Rom. 1. ad Galat. 3. ad Hebræos 10. absolute; Iustus ex fide viuit. Est quidem fides Christi, ut efficiat iustus; est etiam iustus, ut habentis. Hieronymus manifestam esse eam Habacuc de Christo Prophetiam, ex cuius fide viuunt iusti. Cyprianus iuxta 70. citat 1. lib. aduers. Iudæ. cap. 5. & 3. ad Quirinum cap. 42. August. 19. de ciuit. cap. 4. & contra duas epistol. Pelag. lib. 1. cap. 7. & lib. 1. ca. 5. Gregorius Papa in 4. cap. Cantic. Euseb. lib. 6. cap. 14.

8. Esai. 53. Et erit iustus ipse iustificans seruos meos multos. Sic habet nostra editio. Nam Græca septuaginta aliter. Approbat verò Paulus nostram; ubi docet per vultus Christi iustitiam, iustificationem visæ ad omnes homines peruenisse. Non quòd omnes iustificati sint; sed quòd nullus iustificatus sit, nisi per Christum.

9. Hiere. 23. Ecce dies veniunt, dicit Dominus, & suscitabo David germen iustum: & regnabit rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. In diebus illis saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter. Et hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus iustus noster. Augustinus 18. lib. de ciuitate Dei cap. 33. inter præclaras de Christo Prophetias recitat. Hieronymus verò hoc loco, iuxta Hebraicum, inquit, vocabunt eum, Dominus iustitia nostra, iuxta illud Apostoli, Qui factus est nobis à Deo sapientia, iustitia, sanctificatio, & redemptio. Lege Fratrem Leonem Augustinianum in

opere de Christi Nominibus. Euseb. lib. 7. cap. 9.

10. *Esai. 4. In illa die erit germen Domini in magnificentia & gloria, & fructus terra sublimis, & exultatio his qui saluati fuerint de Israel. Et erit qui relictus fuerit in Sion & residuus in Hierusalem, sanctus vocabitur. Basiliius, & Hieronymus. Eusebius verò 2. libr. de Dem. Euang. cap. 37. & Gregor. homil. 3. in Ezechiel.*

11. *Esai. 61. Gaudens gaudebo in Domino, & exaltabit anima mea in Deo meo, qui induit me vestimentis salutis, & indumento iustitiae circumdedit me. Quasi sponsam decoratum corona, & quasi sponsam ornatam monilibus suis. Sicut enim terra profert germen suum, & sicut hortus semen suum germinat, sic Dominus Deus germinabit iustitiam, & laudem coram omnibus gentibus. Tertullianus lib. 4. contra Marcion. Augustinus episto. 120. & lib. 3. de Doctrin. Christia. cap. 31. Cyrillus libr. 9. in Genes. explanat Christum ideo dici germen iustitiae, quia in illo iusti euasimus omnes, & cetera.*

12. *Hierem. 33. In tempore illo germinare faciam Dauid germen iustitiae. In superiore Prophetia ob id Christus ornatus corona dicitur ut sponsus, & monilibus ut sponsa, quia ornamenta sanctorum omnia ad ipsum pertinent. Itaque scribitur in Apocalypsi habere in capite suo diademata multa. Germen verò iustitiae, quod ex illo vno omnis iustitiae fructus redundet. Nisi enim in vite manserimus, fructum ferre non possumus.*

13. *Ezech. 17. In monte sublimi plantabo illud, & erumpet in germen, & faciet fructum, & erit in cedrum magnam: & habitabunt sub ea omnes volucres, & vniuersum volatile sub umbra illius nidificabit. Hieronym. libr. 5. in Ezech. de Christo Domino, ubi affert illud de grano sinapis, quod ipse docuit Marth. 13.*

14. *Ose. 14. Sanabo contritiones eorum, diligam eos.*  
sponsa

*spontaneè: quia auersus est furor meus ab eis. Ero quasi ros Ifraet, germinabo sicut lilium, & erumpet radix eius vt Libani, ibunt rami eius, & erit quasi oliua gloria eius, & odor eius vt Libani. Conuertent sedentes in ymbra eius: vident tritico, germinabunt quasi vinea. Manifeste Oseas, quemadmodum Rupertus Abbas 6. lib. in illum ait, Saluatoris aduentum prædicit, & bona magnifica ex illo ad Dei populum prouentura. Erumpit enim radix eius vt Libani, & inde tracta virtute creuerunt vsque ad cælum rami pulcherrimi.*

*Iesus vita aterna & gloria Sanctorum.*

C A P. VIII.

**S**UPREMVVH hominum desiderium felicitas: hanc in Christo sitam sic diuina scriptura declarat.

I. 1. Ioan. 5. *Vt simus in vero filio eius Iesu Christo. hic est verus Deus & vita aterna.*

II. 1. Ioan. 1. *Et vidimus & testamur & annuntiamus vobis vitam aeternam, que erat apud Patrem, & apparuit nobis.*

III. Ioan. 10. *Et ego vitam aeternam do eis.*

IV. Ioan. 14. *Ego sum via veritas & vita.*

V. Ioan. 1. *In ipso vita erat, & vita erat lux hominum.*

VI. Ioan. 17. *Hac est autem vita aterna, vt cognoscant te solum Deum verum, & quem misisti Iesum Christum.*

VII. Ioan. 14. *Qui autem diligit me, diligetur à Patre meo, & ego diligam eum, & manifestabo ei meipsum.*

VIII. 1. Pet. 1. *In quem desiderant Angeli prospicere. De Christo id dicit.*

IX. Heb. 6. *Habemus spem incedentem vsque ad interiora velaminis, vbi præcursor pro nobis introiit Iesus.*

X. Tit. 1. *Expectantes beatam spem, & aduentum gloriae magni Dei, & Saluatoris nostri Iesu Christi.*

XI. Colof. 3. *Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc*  
& vos

*& Vos apparebitis cum ipso in gloria.*

XII. 1. Cor. 2. *Si cognouissent, nunquam Regem gloriæ crucifixissent.*

XIII. Apoc. 5. *Dignus es Domine accipere librum, & soluere signacula eius, quia occisus es. & redemisti nos Deo ex omni tribu & lingua & populo & natione. & fecisti nos Deo nostro regnum & sacerdotes, & regnabimus super terram.*

XIV. Apoc. 7. *Non esurient, neque sitient amplius, nec cadet super illos Sol, neque vllus aestus: quoniam agnus, qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aquarum. & absterget Deus omnem lacrymam ab oculis eorum.*

XVI. Apoc. 22. *Ecce venio cito, & merces mea mecum est, reddere vnicuique secundum opera sua. Ego sum a & ω, primus & nouissimus, principium & finis. Beati qui lauant stolas suas in sanguine agni, vt sit potestas eorum in ligna vitæ, & per portas intrent in ciuitatem.*

Prophetica eloquia, tametsi paulo tectius, etiam vitæ æternæ largitorem Iesum prædicant.

1. Ezech. 34. *Ego Dominus ero eis in Deū, & seruus meus Dauid princeps in medio eorum. Et faciam cum eis pactum pacis, & cessare faciam bestias pessimas de terra. Et ponam eos in circuitu collis mei, benedictionem, & deducam imbrem in tempore suo, & pluuia benedictionis erunt. Et habitabunt confidenter absque vlllo terrore. Hic Hieronymus. Est infinita promissio beatitudinis. quod autem dicit, Dauid in medio eorum, idem est cum eo quod habet Apocalypsis Agnus, qui in medio eorum est, reget eos, & deducet ad vitæ fontes aquarum. Augustinus verò in libro de ouibus, qui extat in 9. tomo; & citatur in quibusdam Synodis totum caput 34. Ezechielis explanat, atque hæc in vita præsentis compleri vult: Dauid autem in medio eorum interpreta*

preta

pretatur Christum esse mediatorem. Verùm non repugnat vtriusque expositio: ex parte enim atque imperfectè illa bona per Christum etiam in carne hac positi consequimur: at plenè atque perfectè non nisi in monte Domini atque vita beata.

2. *Esaï. 65. Et seruos suos Dominus vocabit nomine alio, in quo qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo Amen: & qui iurat in terra, iurabit in Deo Amen. Quia obliuioni data sunt angustia priores, & quia abscondita sunt ab oculis nostris. Ecce enim ego creo celos nouos & terram nouam, & non erunt in memoria priora, & non ascendent super cor. Sed gaudebitis & exultabitis vsque in sempiternum in ijs qua ego creo. quia ecce ego creo Hierusalem exultationem, & populum eius gaudium.* Probat Augustinus lib. 22. de Ciuit. Dei cap. 3. Christum hæc loqui, idque ex capitis initio constat, quod sic habet, Inuentus sum à non quærentibus me, tota die expandi manus meas, & cætera: quæ Christi esse verba omnes scriptores agnoscunt. Tractant hæc Athanasius de verbi incarnat. & libr. 1. de Fide vnigenit. & Trinitat. Clemens Papa in epist. 3. Ambros. in 1. cap. ad Hebræ. Iustinus in apolog. secunda pro Christianis, Cyprianus 1. lib. aduers. Iudæ. cap. 21. Intelligenda verò esse de vita futura, quæ hîc prædicat Esaias, docet Augustinus lib. 20. de Ciuit. cap. 21. & 26.

3. *Esaï. 60. Non audietur vltra iniquitas in terra tua, vastitas & contritio in terminis tuis: & occupabit salus muros tuos, & portas tuas laudatio. Non erit tibi amplius Sol ad lucendum per diem, nec splendor Luna illuminabit te: sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam tuam. Non occidet vltra Sol tuus, & Luna tua non minuetur. quia erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & complebuntur dies luctus tui. Populus autem tuus omnes iusti.* De præsentè Ecclesia exponit hæc  
 tanta

tanta Basilus in Psalm. 45. at Cyrillus lib. 9. in Ioan. cap. 46. & Hieronym. lib. 17. in Esaiam non nisi de futura vita: de qua sanè esse sermonem indicat Ioannes in Apocalypsi, similia ac pene eadem de cælesti ciuitate scribens cap. 11. & 22. ubi etiam docet hæc ad Christum omnia pertinere, cum lucernam ciuitatis sanctæ dicit esse agnum.

4. *Esai. 25. Præcipitabit Dominus mortem in sempiternum, & auferet Dominus Deus lacrymam ab omni facie, & opprobrium populi sui ab vniuersa terra. Et dicet in die illa, Ecce Deus noster iste: expectauimus eum, & saluabit nos: iste Dominus, sustinuimus eum, exultabimus & letabimur in salutari eius.* Et hæc quoque alludit Ioannes in Apocalypsi capit. 21. de quibus Euseb. libr. 4. Demonstr. Euangel. cap. 21. Irenæus lib. 5. contra hæreses. De Christo verò loqui Esaiam, qui mortem sit præcipitaturus, & veniens salutem daturus iis qui se se expectauerunt indicant Theodorus hic, Athanasius de Incarnatio. verbi, Origenes homil. 23. in 28. Numer. Tertullianus in libro de Resurrectione carnis.

5. *Esai. 35. Ambulabunt qui liberati fuerint, & redempti a Domino conuertentur, & venient in Sion cum laude, & letitia sempiterna super capita eorum: gaudium & letitiam obtinebunt, fugiet dolor & gemitus.* Illud huc Paulus ad Hebræos scribens; Accessistis ad Sion montem, & ad ciuitatem Dei viventis, & ad cælestem Hierusalem &c. Augustinus in festo omnium sanctor. ser. 27. Ambros. in Psalm. 37. Tertullianus de Resurrect. carnis.

6. *Hieremia 31. Custodiet eum quasi pastor gregem suum. Redemit enim dominus Iacob, & liberabit eum de manu potentioris. Et venient & laudabunt in monte Sion, & confluent ad bona Domini super frumento & vino & oleo*



oleo & fatu pecorum & armentorum: eritque anima eorum quasi hortus irriguus, & ultra non esurient. Tunc letabitur virgo in choro, iuuenes & senes simul & conuertam luctum eorum in gaudium, & consolabor eos, & latificabo à dolore suo. Hæc omnia, ait Hieronymus, nunc ex parte tribuuntur, tunc autem dabuntur in pleno, quando videbimus facie ad faciem.

7. Habac. 3. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Iesu meo. Deus Dominus fortitudo mea: & ponet pedes meos quasi ceruorum, & super excelsa deducet me victor in Psalmis canentem. Augustinus 18. de ciuit. cap. 32. Hieronymus hic, Ad cælestia perducet me, vt inter Angelos canam gloriam. Nam quòd Iesus sit gloriæ Rex & largitor, aperte canit Dauid.

8. Psalm. 23. Eleuamini porta aeternales, & introibit Rex gloria. Quem locum, vt ceteros missos faciam, Dionysius Areopagita cap. 7: de cælesti Hierarc. sic explicat: Quosdam Angelos ex ipsis inducunt sacræ literæ à prioribus sacramenta perdiscere: Dominumque cælestium virtutum esse ac Regem gloriæ, qui humana forma assumptus esset in cælum, alijs docentibus nosse.

9. Psalm. 149. Exultabunt sancti in gloria, letabuntur in cubilibus suis: exultationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum. Letetur Israel in eo qui fecit eum, & filia Sion exultent in Rege suo. Prosper & Augustinus ad præsentem Ecclesiam accommodant: Eutymius & Cassiodorus ad futurâ respiciunt. Vtrumque bene, hic ex patre, perfecte illic.

10. Psalm. 144 Memoriam abundantia suauitatis tue eructabunt, & iustitia tua exultabunt. Miserator & misericors Dominus, patiens & multum misericors. Suavis Dominus vniuersis, & miserationes eius super omnia opera eius. Gloriam regni tui dicent, & potentiam tuam loquen

*loquentur. Et hæc præfenti vitæ tribuunt Augustinus, & Basilus: verùm inchoata hîc, perficientur in patria.*

*11. Ioele 3. Et erit in die illa stillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte & melle, & per omnes riuos Iuda ibunt aquæ: & fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum. Et Iudæa in æternum habitabitur, & Hierusalem in generatione & generationem.* Rupertus omnia hæc de futura beatitudine: Hieronymus partim ad Ecclesiam in terris agentem, partim ad cælestem refert. Futuræ autem vitæ possessionisque distributio pertinere ad Christum sub typo docemur.

*12. Deut. 3. Iesus præcedet populum istum, & diuidet eis terram, quam visurus es. Et rursus Iosue 1. Tu sorte diuides populo huic terram, pro qua iuravi patribus tuis, vt traderem eam illis.* Magnum hîc sacramentum diuinitus patefactum, quòd verus cælestisque Iesus esset terram promissionis, idest vitam æternam daturus fidelibus, commendant mirificè sancti Patres,

Irenæus quidem libr. 4. contra hæref. capit. 50.

Iustinus autem in Tryphone, Tertullia-

nus 3. contra Marcionem, omnium

copiosissimè Augustinus li-

bro 16. contra Fau-

stum cap. 19.

\* \*

\*

FINIS LIBRI QVINTI.



# DE CHRISTO REVELATO

LIBER SEXTVS.



*IESV MATER MARIA  
super omnes Deo grata, et nostra salu-  
tis administra electa diuinitus.*

Cap. I.



E Christi excellentia & benignitate quas Paulus appellat diuitias Christi, cōmunitè quæ visa sunt exponenda, diximus hæcenus. Singulares res & proprios actus, in quibus maxime elucet diuinæ Prophetiæ vis, deinceps persequemur. Ac de illius infantia & natiuitate secundum carnem liber hic sextus ager, cuius initium à beatissima Iesu  
S            natre

matre Maria sumendum fuit, quòd mysterij tanti præcipua administratrix fuerit, & ad laudes Dei nostri plurimum conferat laudare Mariam. Itaque decerpimus quædam præclara ex divinis literis, quæ pro instituto nostro sufficere queant, latiore in messe vberissima capapum alijs relinquentes.

I. Luc. 1. Ingressus Angelus ad eam dixit, Ave gratia plena, Dominus tecum, benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est, & cogitabat qualis esset ista saluatio. Et ait Angelus ad eam: Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies & paries filium, & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, & filius Altissimi vocabitur. Et ait Maria, Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco, &c.

II. Ibi. Dixit autem Maria, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum.

III. Ibi. Et factum est, & audiuit salutationem Maria Elisabeth, exultrauit infans in utero eius: & repleta est Spiritu sancto Elisabeth, & exclamauit voce magna, & dixit, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, yt veniat mater Domini mei ad me?

IV. Ibi. Et ait Maria: Magnificat anima mea Dominum, & exultauit Spiritus meus in Deo salutari meo. Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Quia respexit humilitatem ancilla sue: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes.

V. Luc. 2. Maria autem conseruabat omnia verba conseruens in corde suo.

VI. Ibi. Et mater eius conseruabat omnia verba hæc in corde suo.

VII. Ioan. 2. Et deficiente viño, dicit mater Iesu ad eum. Vinum non habent. Et dicit ei Iesus, Quid mihi & tibi est mulier? Nondum venit hora mea. Dixit mater eius ministris,

*ministris, Quodcumque dixerit vobis, facite.*

VIII. Marc. 12. *Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres stabant foris, quærentes loqui ei.*

IX. Ioan. 19. *Stabat autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleopha, & Maria Magdalene.*

X. Act. 1. *Hi omnes erant vnanimiter perseverantes in oratione, cum mulieribus, & Maria matre Iesu, & fratribus eius.*

XI. Apocal. 12. *Signum magnum apparuit in celo: mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus eius, & in capite eius corona stellarum duodecim, & cetera. De Beata Virgine Deipara explicat Bernardus in sermone de iis verbis, Epiphanius hæres. 78. Augustinus, libro 4. de symbolo capit. 1. Bonaventura de Ecclesiastica Hierarchia parte 4. Atque in nouo testamento hæc potissimum de Maria Dei matre referuntur. In veteri etiam minus explicata, multo tamen plura inveniuntur.*

1. Genes. 3. *Inimicitias ponam inter te & mulierem, & semen tuum, & semen illius: ipsa conteret caput tuum, Ista enim habet lectio nostra vulgata. Quod de Sancta Virgine accipiunt Epiphanius in hæres. 78. Rupertus Tuitiensis de Trinita. & operibus eius. libro 1. cap. 9. & in Naum cap. 3. Bernardus sermo. 2. super Misus est.*

2. Genes. 2. *Non est bonum hominem esse solum: faciamus ei adiutorium simile sibi. Ad Mariam quodammodo refert Augustinus libro 1. de Doctrina Christiana capit. 14. & Irenæus libro 3. cap. 33. Quod alligavit, inquit, virgo Eva per incredulitatem, hoc Virgo Maria soluit per fidem. Similia habet Iustinus Martyr in Tryphone.*

S 2 3. Genes.

3. *Genes. 2. Plantauit Dominus paradysum voluptatis. De Maria Bonauent. in lib. de Eccles. Hierar. par. 4. Irenæus. lib. 3. cap. 33.*

4. *Genes. 3. Et vocauit Adam nomen vxoris sua Euam, eo quod mater esset cunctorum viuentium. Epiphanius contra Antidicomaritas hæres. 78. Athanasius in sermon. de sancta Deipara. Augustinus lib. de quinque hæresibus cap. 4.*

5. *Exod. 15. Sumpsit Maria Prophetissa soror Aaron tympanum in manu sua, egressaque sunt omnes mulieres post eam in tympanis & choris, quibus pracinebat dicens, Cantemus Domino: gloriosè enim magnificatus est: equum & ascensorem eius deiecit in mare. Hieronymus in epist. ad Eustochium, Bernardus homil. 2. de B. Virgine. Petrus Canisius de Maria lib. 4. cap. 5. Damascenus in sermon. de Assumptione.*

6. *Exod. 25. Facient mihi sanctuarium, & habitabo in medio eorum. & infra, Arcam de lignis Sethim compingite, & deaurabis eam auro mundissimo intus & foris, faciesque supra coronam auream per circuitum. Sanctuarium atque Arcam Beatæ Virginis fuisse typos docet S. Thomas 3. parte quæst. 27. art. 2. Damascenus de Assumptione Mariæ, Canisius libr. 1. de Maria cap. 6. Ambrosius sermon. 80. Athanasius sermo. de sanct. Deipara.*

7. *Numer. 17. Inuenit germinasse virgam Aaron in domo Leui, & turgentibus gemmis eruperant flores. Virgam Aaron germinasse ac floruisse in Maria interpretatur Augustinus sermon. 3. de tempore in 10. tomo, & Bernardus sermon. 2. de B. Virgine, Irenæus lib. 3. cap. 33.*

8. *Iudic. 5. Benedicta inter mulieres Iabel vxor Haber Cynai, & benedicetur in tabernaculo suo. Sinistram manum misit ad clauum, & dextram ad fabrorum malleos, percussit*

*percuſſitque Syſaram, querens in capite vulneri locum, & tempus valide perforās.* Ambroſius in lib. de viduis de Eccleſia interpretatur. Bonaventura in ſpeculo B. Virg. cap. 13. eleganter de B. Maria exponit.

9. Numer. 24. *Orietur ſtella ex Iacob.* De B. Virgine accēpit Bernardus ſermon. 2. in Miſſus eſt. & Bonauent. vbi ſupra.

10. 1. Reg. 25. *Et ait Dauid ad Abigail, Benedictus Dominus Deus Iſraël, qui miſit te hodie in occurſum meum, & benedictum eloquium, & benedicta tu, qua prohibuiſti me ne irem ad ſanguinem.* Bonaventura in carminibus de B. Virgin. tomo 2. & in ſpeculo B. Virginis cap. 8. & 12.

11. Ibi. *Et ait Abigail, Ecce ſanctula tua ſit in ancillam, vt lauet pedes ſeruorum Domini mei.*

12. 2. Reg. 5. *Habitauit autem Dauid in arca Sion, & vocauit eam Ciuitatem Dauid, & edificauit in gyro à Mello & intrinſecus.* Arcem Sion ciuitatemque Dauid ab ipſo ædificatam intelligi Mariam matrem Domini, Auguſtinus lib. 17. de Ciuit. Dei. cap. 16.

13. 3. Reg. 8. *Tunc ait Salomon, Aedificans edificauit domum in habitaculum tuum, firmiſſimum ſolium tuum in ſempiternum.* Et hanc domum definit Virginem Damascenus in ſerm. de Aſſumpt. & Bonaventura in carmin. de B. Virgin. tomo 2. & de Eccleſiaſt. Hierarch. parte 4. in fine. Cyrillus in homil. de Virg. Deipara.

14. Ibi. *Impleuerat gloria Domini domum Domini. Et hoc eodem modo.*

15. 3. Reg. 7. *Domum ſuam edificauit Salomon tredecim annis, & ad perfectum vſque perduxit.* Bonauent. in ſpeculo B. Virginis cap. 7. itidemque Bernardus.

16. 3. Reg. 10. *Fecit etiam Rex Salomon thronum de ebo-re grandem, & veſtiuit eum auro fuluo nimis, qui habebat*

*sex gradus: & cetera. Non est factum tale opus in vniuersis regnis.* Petrus Damianus sermon: 1. de Natiuitate Mariæ. Bonauent. in carmin. de B. Virg. & part. 4. de Eccles. Hierarch.

17. *Iob. 3. Exspectet lucem & non videat, neque ortum surgentis Aurora.* Thomás in 4. sentent. distinct. 305 quæst. 2. art. 4. Bonauentura in speculo B. Virginis capit. 9. Vbi fuse declarat quemadmodum Virgo sit aurora pulcherrima. noctem verò cum Gregorius Papa definit originale peccatum. Negat tamen hoc testimonio colligi conceptionem Mariæ fuisse peccati originalis expertem; quando de solo ortu, hoc est natiuitate illius, pronuntiet scriptura caruisse nocte vel caligine. Verùm scripturæ phrasis magis habet vt ortum intelligamus primum rei cuiusque exordium, ac potius natiuitatem in vtero, quàm ex vtero. Quod sanè ipse contextus beati Iob probat, cū in eodem capite pro eodem ponat, Pereat dies in qua natus sum, & nox in qua dictum est, conceptus est homo. Itaque ad immaculatam Dei genitricis conceptionem cōprobendam non absurdè illud testimonium ex Iob adhiberi potest. Neque aut Thomás aut Bonauentura aut etiam Bernardus repugnant, quin potius vehemēter gratularentur, si Ecclesiæ Catholicæ pium ea de re iudicium, vt liceat euique tenere quod placet, assecuti essent.

18. *Cantic. 6. Quæ est ista quæ progreditur, quasi Aurora consurgens, pulchra vt Luna, electa vt Sol, terribilis vt castrorum acies ordinata.* Eleganter atque copiose docet Bonauent. part. 4. de Eccles. Hierarch. cūr Aurora Maria, itemque in speculo B. Virg. cap. 9. Sanctus etiam Bernardinus in serm. de Natiuit. Mariæ.

19. *Iudith. 13. Vniuersi autem adorantes Dominum dixerunt ad eam, Benedixit te Dominus in virtute sua, quia per*



per te ad nihilum redègit inimicos nostros. Porro Ozias princeps populi Israël dixit ad eam, *Benedicta es tu filia à Domino Deo excelso præ omnibus mulieribus super terram. Benedictus Dominus, qui creauit cælum & terram, qui te direxit in vulnere capitis principis inimicorum nostrorum: quia hodie nomen tuum ita magnificauit, vt non recedat laus tua de ore hominum.* Canisius libr. 1. cap. 2. de Maria. Bonauent. in Carmin. de B. Virgine. & in speculo cap. 8.

20. *Iudith. 15. Benedixerunt eam omnes vna voce dicentes, Tu gloria Hierusalem, tu latitia Israël, tu honorificentia populi nostri: quia fecisti viriliter, & confortatum est cor tuum, eo quòd castitatem amaueris.* Hoc quoque Bonauent. in eodem speculo cap. 12. & 13.

21. *Ester 2. Que non quæsiuit muliebrem cultum. Erat enim formosa valde, & incredibili pulchritudine omnium oculis gratiosa & amabilis videbatur. Et adamauit eam Rex plusquam omnes mulieres, habuitque gratiam & misericordiam coram eo super omnes mulieres, & posuit diadema regni in capite eius.* In tom. 2. operum Bonauent. in Carminibus de B. Virgine.

22. *Ibid. cap. 15. Et mandauit ei vt ingrederetur ad Regem, & rogaret pro populo suo & pro patria sua: Memorare, inquit, dierum humilitatis tue, & quomodo nutrita es in manu mea: loquere Regi pro nobis, & libera nos à morte.* Bonauent. in speculo B. Virginis cap. 3.

23. *Psal. 86. Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Iacob. Numquid Sion dicet, Homo & homo natus est in ea, & ipse fundauit eam Altissimus. Sicut latantium omnium habitatio est in te. Hunc Psalmum Ecclesia concinit Virgini: esse autem eam, quam ipse fundauit Altissimus, de qua etiam natus est homo, præclatè Augustinus in eum Psalmum & in 17. de ciuit. c. 16.* Ambrosius

sius quoque libr. 3. de Fide capit. 2. Hieronymus in eum Psalmum.

24. *Psal. 45. Fluminis impetus latificat civitatem Dei: sanctificavit tabernaculum suum Altissimus: Deus in medio eius non commovebitur: adiuuabit eam Deus mane diluculo.* Tabernaculum hic Dei accipiunt Mariam Ioannes Damascenus in suis carminibus, Athanasius in serm. de sancta Deipara, Methodius in homil. de Hypopāthi Domini, Augustinus lib. 17. de Ciuit. c. 16. Cætera quoque optime congruunt in Mariam.

25. *Psal. 44. In muneribus vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis. Omnis gloria eius ab intus filia regis in simbrijs aureis, circumamicta varietatibus. Afferentur Regi virgines post eam: proxima eius afferentur tibi: afferentur in latitia & exultatione, adducentur in templum Regis.* Hæc ad sanctam Virginem refert merito Athanasius in sermone de sancta Deipara.

26. *Psal. 88. Et thronus eius sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in aeternum, & testis in caelo fidelis.* Thronum Dei hic Mariam accipit Bonaventura de Ecclesiastica Hierarchia parte 4. & in speculo cap. 8. quin etiam ipsa Ecclesia celsitudinem throni vocat in officio Natiuitatis illius.

27. *Prouerb. 9. Sapientia adificauit sibi domum, excidit columnas septem.* De Maria interpretatur Hieronymus in serm. de Virgine Maria. Bernardus quoque & Bonaventura in speculo cap. 7.

28. *Cantic. 3. Ferculum fecit sibi Rex Salomon de lignis Libani. Colūnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, ascensum purpureum, media charitate cōstrauit propter filias Hierusalem.* De Eccles. Hierarch. par. 4. Bonauent.

29. *Prouerb. 8. Dominus possedit me in initio viarum suarum, antequam quicquam faceret à principio: ab aeterno ordinata sum, & ex antiquis, antequam terra fieret.*

Nondum

*Nondum eram abyssi, & ego iam concepta eram.* Ecclesia accommodat Virgini in officio Natiuitatis: explicat pulchrè Bonauentura de Ecclesiast. Hierarchia p. 4. in 2. tomo.

30. *Ibidem; Beatus homo qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, & obseruat ad postes ostij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam, & hauriet salutem à Domino.* Hoc animæ omnes electæ satis experiuntur.

31. *Ecclesiast. 24. Et qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi, In Iacob inhabita, & in Israel hereditare, & in electis meis mitte radices.* Ecclesia in officio B. Mariæ. Bonauentura de Eccles. Hierarch. p. 4.

32. *Ibidem Sicut cinnamomum & balsamum odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suauitatem odoris: & quasi storax & galbanus & vngula & gutta, & quasi Libanus non incisus vaporavi habitationem meam, & quasi balsamum non mixtum edor meus. ego quasi terebyntibus extendi ramos meos, & rami mei honoris & gratia. Ego quasi vitis fructificavi suauitatem odoris: & flores mei fructus odoris & honestatis. Ego mater pulchra dilectionis & timoris & agnitionis & sanctæ spei. In me gratia omnis vitæ & veritatis, in me omnis spes vitæ & virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, & à generationibus meis implemini. Spiritus enim meus super mel dulcis, & hereditas mea super mel & fauum. Quæ de æterna sapientia, eadem de illius matre capit Ecclesia. Tractat totum hunc locum Bonauentura Dei genitricis Mariæ studiosissimus amator in specul. cap. 8. & de Ecclesiast. Hierar. p. 4.*

33. *Ibidem, Ego quasi trames aqua immensa de fluuio, ego quasi fluuius Dorix, & quasi aqueductus exiui de paradiso.*

34. *Cantico. 4. Quam pulchra es amica mea, quam*  
S 5 pulchra

*pulchra es? sicut vita coccinea labia tua, eloquium tuum dulce. Sicut turris David collum tuum. mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Tractat hæc de Maria Augustinus, seu potius Fulbertus serm. 35. de sanctis, Andreas Cretenfis apud Surium in serm. de Assumptione Virginis.*

45. *Ibi. Tota pulchra es amica mea, & macula non est in te. Damascenus serm. de Assumpt.*

36. *Ibidem, Pulchriora sunt vbera tua vino, & odor vnguentorum tuorum super omnia aromata. Fauus distillans labia tua sponsa: mel & lac sub lingua tua, & odor vestimentorum tuorum sicut odor thuris. Hortus conclusus soror mea sponsa, hortus conclusus, fons signatus. Emissiones tue paradysus. Fons hortorum, puteus aquarum viuentium, quæ fluunt impetu de Libano. Sponsam, cui epithalamium Spiritus sanctus canit, præcipue esse sanctissimam Virginem, docet Augustinus sermon. 10. de Tempore. Mater, inquit, sponsa: & ipse quem genuit, sponsus. Hieronymus contra Iouinianum ad Pammachium, Ambrosius de institutione Virginis cap. 9. Bonauentura in speculo. ca. 8. hortum conclusum, & fontem signatum, & cætera de Maria.*

37. *Cantic. 6. Vna est columba mea, perfecta mea: viderunt eam filia, & beatissimam predicauerunt, & regina laudauerunt eam. Laurentius Iustinianus in sermo. de Assumptione.*

38. *Cantic. 7. Quam pulchra es & quam decora charissima in delicijs? Ambrosius De institutione Virginis capit. 14.*

39. *Cantic. 8. Quis mihi det te fratrem meum, sugentem vbera matris mea, vt inueniam te solum soris, & deosculer te, & iam me nemo despiciat? Incarnatum verbum alloquitur sponsa, matrem suam compellans Virginem, quæ mater extitit cunctorum viuentium.*

40. *Esai.*

40. *Esaï. 2. Et erit in novissimis diebus preparatus mons domus Domini in vertice montium, & eleuabitur super colles. Montem omnibus collibus ac montibus superiorem celsitudine sanctitatis hoc loco Mariam significari vult Gregorius Papa in 1. lib. Regum ca. 1. itemque Eutymius in cantic. Habacuc, explicans illud, De monte vmbroso.*

41. *Daniel. 2. De monte abscissus est lapis sine manibus, & percussit statuam* Lapidem Christum, montem Mariam altissimam perfectione, vnde sine manibus, id est nulla virili cooperatione, ortus est Christus. ita D. Irenæus lib. 3. cap. 28. & Ioannes Damascenus in suis carminibus.

42. *Zachar. 2. Possidebit Dominus Iudam partem suam in terra sanctificata, & eliget adhuc Hierusalem.* Irenæus lib. 3. cap. 31. de terra à nemine rigata & laborata, id est de virgine Maria oportuisse Christum nasci, sicut primus Adam de virgine terra productus est. Terram vocat Ambrosius in Psal. 1. Mariam Virginem. Hæc ergo est terra sanctificata, in qua Dominus recuperat plebem suam.

Multa quoque alia passim occurrunt de Dei matre in sacris literis: quorum nonnulla eaque illustria sequentibus capitibus referentur, cum de Dei conceptu & partu ageretur.

*Iesus de spiritu sancto conceptus  
ex Virgine, & natus.*

## CAP. II.

1 **M**ATTH. 1. *Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, ante quam conuenirent, inuenta est in utero habens de Spiritu sancto.*

II. *Luc. 1. Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi. Ideoque quod nascetur ex te sanctum,*

*sanctum.vocabitur Filius Dei.*

1. *Esaï. 7. Propter hoc dabit Dominus ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet & pariet filium, & vocabitur nomen eius Emmanuel.* Hoc testimonium, quod etiam Matthæus Euangelista in Maria completum posuit, aduersus Iudæos & Hæreticos vix est vllus ex patribus qui non pertractet. Iustinus Martyr egregiè in Tryphone, & in 2. pro Christianis Apologia, Irenæus lib. 3. cap. 9. & 21. & 24. Athanasius de Incarnatione verbi latè. Cyprianus aduersus. Iudæos lib. 2. cap. 9. Basilius in homil. de Epiphan. Domini. Ricardus de sancto Victore duos libros edidit de ea Prophetia. Iudæos refellit latè Euseb. lib. 7. cap. 1.

2. *Hierem. 31. Quia creauit Dominus nouum super terram, Fœmina circundabit virum.* De Maria conceptu Hieronymus illic. August. serm. 9. de Tempore. Cyprianus in serm. de Natiuitate Domini. Bernard. serm. 2. super Missus est.

3. *Prouer. 30. Tria sunt difficilia mihi, & quartum penitus ignoro: viam aquila in calo, viam colubri super petram, viam nauis in medio mari, & viam viri in virgine.* Sic habet interpretatio sepruaginta seniorum, quam supra esse authenticam satis ostendimus. Est enim Hebraice. Alma. quod de sola virgine dici affirmat Hieronymus in 7. capit. Esaïæ. Quare de virgineo partu Prophetasse Salomonem, cum dixit sibi esse penitus ignotam viam viri in virgine, sentiunt non ignobiles auctores, Cornelius Iansenius in Prouer. cap. 30. Nicolaus Lyra ibidem, Ludouicus Leo Augustinianus de Nominibus Christi lib. 3.

4. *Esaïas 53. Generationem eius quis enarrabit?* Ad temporalem ex virgine natiuitatem refert Leo Papa serm. de Natiu. Augustinus tract. 31. in Ioan. Irenæus lib. 3. cap. 21. Iustinus in colloquio.

s. Psal.

5. *Pſalm. 71. Descendet ſicut pluuia in vellus: & ſicut ſtillicidia ſtillantia ſuper terram.* Eccleſia in officium octau. Natiuitatis. Caſſiodorus in Pſal. 71. Chryſoſtomus in demonſtratione quòd Chriſtus ſit Deus, & in expoſit. illius verſiculi in 1. tomo. Bernard. ſerm. 2. ſuper Miſſus eſt.

6. *Ezech. 44. Et conuertit me ad viam porta Sanctuarij exterioris, qua reſpiciebat ad Orientem, & erat clauſa. Et dixit Dominus ad me, Porta hac clauſa erit: non aperietur, & vir nõ tranſiet per eam, quoniã Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt: per eam: eritque clauſa Principi.* Hieronymus li. 1. contra Iouinianum, & in Ezechielem. Ambroſius de Inſtitutione virginis cap. 7. & 8. & in epift. 81. Thomas in Eſai. cap. 7. Cyprianus in expoſitione Symboli uſe.

7. *Exod. 3. Apparuit Moysi Dominus in flamma ignis de medio rubi: & videbat quòd rubus arderet & non combureretur.* Bernardus homil. 2. ſuper Miſſus eſt. Eccleſia in offic. octaua. Nariu.

8. *Pſalm. 18. Et ipſe tanquam ſponſus procedens de thalamo ſuo.* Caſſiodorus ibi. Auguſtinus ibi, & homil. 36. Ambroſius ſerm. 80.

9. *Eſai. 11. Et egredietur virga de radice Ieſſe & flos de radice eius aſcendet. Et requieſcet ſuper eum ſpiritus Domini.* Iuſtin. in 2. apolog. Irenæus lib. 3. cap. 10. Hieronymus ibi. Ambroſius de Spiritu ſancto lib. 2. cap. 5. & lib. 2. in Luc. capi. 1. Bernardus homilia 2. in Miſſus eſt. Hi omnes virgam Mariam intelligunt, florem Ieſum.

10. *Eſai. 53. Et erit ſicut radix de terra ſitienti.* Eufebius Cæſarienſis libr. 3. & de Demonſtrat. Euangel. cap. 1. radicem de terra ſitienti exponit Chriſtum de Maria, quam nullus vir adiit. Eodem modo Franciſcus Vatablo ibi.

11. *Eſai.*

11. *Esai. 45. Rorate cali desuper, & nubes pluant iustum: aperiatur terra. & germinet saluatorem: & iustitia oriatur simul. Ego Dominus creauit eum.* Lactantius lib. 4. instit. diuin. cap. 12. Hieronymus ib. Gregorius Nazianzenus oratio. 1. contra Iulianum. Chrysostomus homil. in Psalm. 71. Augustinus de quinque hæresibus, cap. 4.

12. *Esai. 62. Donec egrediatur vt splendor iustitiarum, & saluator dñus vt lampas accendantur.* Athanas. de essentia Patris & Filij. Augustinus de vnitat. Ecclesie capit. 7. Lux de luce procedit sine violatione sic Christus filius ex patre in æternitate, ortus ex matre in tempore.

13. *Psalm. 84. Vt inhabitet gloria in terra nostra. Misericordia & veritas obuiauerunt sibi: iustitia & pax excitatae sunt. Veritas de terra orta est, & iustitia de caelo prospexit. Et enim Dominus dabit benignitatem, & terra nostra dabit fructum suum.* August. & Caietad. in Hieronymi. in 45. Elai.

14. *Esai. 83. Ingredere ad Prophetissam, & ingressus sum ad Prophetissam, & concepit & peperit puerum. Et dixit Dominus, Voca nomen eius, &c.* Magno sancti Patres consensu docent hinc prædictum conceptum & partum Emmanuelis ex Virgine, quam vocari Prophetissam volunt, quicquid Iudæi contradicant. Sic Tertullianus in libr. aduersus Iudæos, Epiphanius tomo 2. libr. 3. hæres. 78. Nazianzenus oratio in sanctum Pascha, Basiliius in cap. 8. Esai. Eusebius libr. 7. dem. 2. latè.

15. *Hieremia 17. Et homo est, & quis cognoscat eum?* Hoc iuxta septuaginta frequenter vsurpant veteres ad Christi incarnationem asserendam, præsertim Irenæus lib. 3. cap. 20. & 21. & libr. 4. c. 66: & August. lib. 18. de Ciuit. ca. 33. & lib. 22. cont. Faustum ca. 40.

Iesus



*Iesus in Bethleem natus pauper, Rex.*

C A P. III.

**L** MATPH. 2. *Cum natus esset Iesus in Bethleem Iuda.*

II. Luc. 2. *Ascendit autem & Ioseph à Galilea de ciuitate Nazareth in Iudeam ciuitatem Dauid, qua vocatur Bethleem, eo quòd esset de domo & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore pregnante Factum est autem, dum essent ibi, impleti sunt dies vt pareret. Et peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in presepio, quia non erat ei locus in diuersorio.*

III. Iohn. 7. *Nonne scriptura dicit, quia ex semine Dauid, & de Bethleem castello, vbi erat Dauid, venit Christus?*

1. Miche. 5. *Et tu Bethleem Ephrata paruulus es in millibus Iuda: ex te enim mihi egredietur qui sit Dominator in Israel, & egressus eius ab initio, à diebus æternitatis. Celebre vaticinium est, quòd Matthæo teste scribæ agnouerunt, Ioanne auctore, etiam turba. 7. Traetat Iustinus in 2. Apolog. Chrysoptom. in Demonstrat. quòd Christus Deus. Iunilius libr. 2. de part. diuinæ legis, cap. 22. Euseb. lib. 7. cap. 4. & lib. 6. cap. 1.*

2. Psalm. 131. *Ecce audiuimus eam in Ephrata: inuenimus eam in campis syluæ. Introibimus in tabernaculum eius, adorabimus in loco, vbi steterunt pedes eius. Et locum Natiuitatis Christi hic prophetatum definiunt Eusebius lib. 7. cap. 2. demonstr. S. Irenæus lib. 3. ca. 9. Hilarius in Psal. 131. Casiodorus ibidem.*

4. Habac. 3. *Deus ab Austro veniet, & sanctus de monte Pharam. Siue iuxta septuaginta, De Themam veniet, & de monte umbroso. Ab Austro siue de Themam venit, hoc est de Bethleem, quæ sita est Hierosolymæ*

folymæ ad Austrum. ita S. Irenæus libr. 3. cap. 23. & libr. 4. cap. 66. ita Eutymius in expositione canticum Habacuc. ita S. Cyrillus in sermone de occurſu Domini. ita Tertullianus contra Iudæos. Atque hæc quidem vaticinia indicant locum Natiuitatis: modum verò, quo partim glorioſus, partim pauper & inglorius apparuit, explicant ſequentes Prophetiæ:

4. *Eſai. 9. Paruulus enim natus eſt nobis, & filius datus eſt nobis: & factus eſt principatus eius ſuper humerum eius. Et vocabitur nomen eius Admirabilis, Conſiliarius, Deus, Fortis, Pater futuri ſæculi, Princeps pacis. Multiplicabitur eius imperium, & pacis non erit finis: ſuper ſolum Dauid, & ſuper regnum eius ſedebit, vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & in iuſtitia à modo & vſque in ſempiternum.* Non indiget expoſitionibus illuſtriſſima Prophetia, quam verſant vbique ſancti. Hieronymus illic. Eusebius libr. 7. cap. 4. & libr. 9. cap. 8. Baſilii. libr. 2. contra Eunomium. Ambroſius in cap. 8. ad Roman. Chryſoſt. in homil. contra Anomæos. Cyrillus ſermone de Occurſu Domini. Auguſtinus ſermon. 10. de Tempore, & libr. quæſt. ſuper Iudic. cap. 52. 53. 54. & alij aliàs. ſiue noſtram ſiue ſeptuaginta lectionem conſulas. tamenſi videatur diſcrepare Hieronymus.

5. *Hieremie 14. Expectatio Iſrael, Saluator eius in tempore tribulationis, quare quaſi colonus futurus es in terra? & quaſi viator declinans ad manendum? Quare futurus & velut vir vagus, vt fortis qui non poteſt ſaluare? Tu autem in nobis Domine, & nomen tuum inuocatum eſt ſuper nos, ne derelinquas nos.* De extrema Chriſti parturie in diuerſorio naſcentis accipit Hieronymus, & recitat Marinarius Carmelita libr. 2. Concordantiæ Chriſti & Prophetarum cap. 7.

6. *Sapient. 18. Cum enim quietum ſilentium contineret omnia,*

*omnia, & nox in suo cursu medium iter haberet, omnipotens sermo tuus exiliens de cælo à regalibus sedibus durus debellator in mediam exterminij terram profiliuit. Secundum accommodationis leges, de quibus supra dictum est satis, Ecclesia hoc testimonio vtitur in officio Dominicæ infra octauas Natiuitatis.*

7. *Habac. 3. Consideraui opera tua & expaui: in medio duorum animalium cognosceris.* Id quidem iuxta septuaginta, quod de puero in præsepe inter animalia collocato refert Prosper in libro de Diuinis prædictionibus part. 3. capit. 5. Neque ab eo Ecclesiæ sensus valde abhorret, quæ in quadam antiphona Natiuitatis canit, Vt animalia viderent Dominum natum, & cætera.

8. *Esaï. 1. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui.* Et hoc eodem refert B. Prosper in ca. 5. part. 3. de diuin. prædict.

9. *Genes. 49. Non auferetur sceptrum de Iuda, nec dux de femore eius, donec veniat, qui mittendus est; & ipse erit expectatio gentium.* Tempus venturi Christi definitur, cum reuera, vt prædixerat Patriarcha, natus est. Late hoc Eusebius lib. 2. capit. 2. demonstrat. 15. Irenæus quoque lib. 4. cap. 23. Iustinus in colloquio. Athanasius de Incarnatione verbi.

10. *Aggæ. 2. Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cælum & terram & mare & aridam. Et mouebo omnes gentes, & veniet desideratus omnibus gentibus.* Augustinus 18. de Ciuit. cap. 35. Hieronymus in Aggæum. S. Vincentius in sermone de Natiuitate, commotionem gentium prædictam ab Aggæo interpretatur iuxta illud Lucæ, Et ibant omnes, vt describeretur vnusquisque, &c. Totus enim terrarum orbis illa noua Augusti descriptione commotus est: quam proxime partus felix Virginis sequutus est.

T

11. Bar'cb.

11. *Baruch. 3. Post hac in terris visus est, & cum hominibus conuersatus est.* Iustinus in colloqu. Theodoretus ibi. Cyrillus in sermon. de occurfu Domini.

*Iesus vocatus octauo die.*

C A P. I V.

I. **L** V C. 2. *Vocatum est nomen eius Iesus, quod vocatum est ab Angelo, priusquam in utero conciperetur.*

II. *Matth. 1. Vocabis nomen eius Iesum: ipse enim saluum faciet populum suum à peccatis eorum.*

1. *Numer. 13. Vocauitque Osee filium Nun Iosue, id est Iesum.* Iosue ministrum Moyli, postea ducem populi Hebræi, à quo introducti sunt filij Israëli in terram promissionis, diuina scriptura sæpe vocat Iesum, nomine diuinitus immutato, vt significaret Iesum Saluatorem, cuius typus fuit. Hoc mysterium magnifice celebrant sancti Patres. Iustinus quidem in colloquio, Tertullianus verò aduersus Iudæos: porro Hieronymus libr. 1. contra Iouinianum, Ambrosius in Psalmum 39. omnium optimè Augustinus libro 16. cont. Faustum capit. 19. *Quare bene de illo Prophetat Ecclesiasticus.*

2. *Eccles. 49. Fortis in bello Iesus Naue, qui fuit magnus iuxta nomen suum: maximus in salutem electorum Dei.*

3. *Habac. 3. Ego autem in Domino gaudebo: exultabo in Deo Iesu meo.* Marinarius in 2. lib.

4. *Eccles. 43. Plantauit illum Dominus Iesus.* Iucundum in veteri scriptura ita pronuntiarì Iesum.

5. *Mich. 7. Ego autem ad Dominum aspiciam: expectabo Deum Saluatorem meum.*

6. *Eesai. 19. Mittet eis saluatorem & propugnatorem, qui liberet eos.* Eusebius libr. 2. demonstrat. 35. & lib.

7. cap.

7.cap.6. Cyrillus de Incarnat. vnigeniti capit.3.

*Iesus adoratus à Magis.*

C A P. V.

1. **M**A T. 2. *Cum natus esset Iesus in Bethleem Iuda, in diebus Herodis Regis, ecce Magi venerunt ab Oriente Hierosolymam dicentes, Vbi est qui natus est Rex Iudeorum? vidimus enim stellam eius in Oriente, & venimus adorare eum.*

1. Numer. 24. *Videbo eum, sed non modo: intuebor illum, sed non prope. Oritur stella ex Iacob, & consurget virga de Israël: & percutiet duces Moab, vastabitque omnes filias Seth. Et erit Idumaea possessio eius.* Hieronymus in 2. Matthæi. Leo sermon. 4. de Epiphania. Prosper de Prædict. part. 3. cap. 6. Athanas. de Incarnatione verbi. Irenæus lib. 3. capit. 9. Basilus in homil. de Epiphania. Iustinus in Tryphone Eusebius libr. 9. demonstrat. 1. latè.

2. Psalm. 71. *Reges Tharsis & insula munera offerent: Arabum & Saba dona adducent. Et adorabunt eum omnes gentes: omnes Reges seruient ei.* Ecclesia in officio Epiphaniæ. Hilarius lib. 4. de Trinitate. Prosper de prædict. part. 3. capit. 6. Tertullianus lib. 3. aduersus Marcionem.

3. Esai. 45. *Hac dicit Dominus: Labor Aegypti, & negotiatio Athiopia, & Sabaim viri sublimes, & ad te transibunt, & tui erunt, post te ambulabunt, vincti manicis pergent, & te adorabunt, teque deprecabuntur. Tantum in te est Deus, & non est absque te Deus. Verè tu es Deus absconditus, Deus Israël Saluator.* Pulchrè Hilarius in adoratione Magorum docet hanc Prophetiam impletam lib. 4. de Trinitate, & Cyprianus lib. 2. aduersus Iudæos cap. 5. & Tertullianus aduersus Praxeam cap.

T 2 9.&

9. & Ambrosius libro 1. de Fide.

4. Esai. 8. *Et accessi ad Prophetissam, & concepit & peperit filium, & dixit Dominus ad me, Voca nomen eius, Accelera spolia detrahere, Festina pradari. Quia antequam sciat puer vocare patrem suum & matrem suam, aufertur fortitudo Damasci, & spolia Samaria coram Rege Assyriorum.* Et hoc vaticinium tunc impletum, ac non antea, egregie demonstrat Iustinus in colloquio Tryphonis: quem sequuntur Irenæus lib. 3. cap. 18. Tertullianus lib. 3. aduersus Marcionem, & libr. contra Iudæos, Athanasius de Incarnat. verbi, Ambrosius lib. 3. in Lucam, & in Psal. 118. serm. 21. Chrysostomus in 2. Matth. homil. 2. Augustinus serm. 4. de Epiphania. Eusebius lib. 7. demonstr. 2.

5. Esai. 60. *Inundatio camelorum operiet te: Dromedarij Madianet Ephra. Omnes de Saba venient aurum & thus deferentes, & laudem Domino annuntiantes.* Chrysostomus homil. 2. in 2. Matth. Prosper de prædict. part. 3. cap. 6. Auctor imperfecti in Matth. cap. 2.

*Iesus patri oblatus in templo.*

## C A P. V I.

I. **L** V c. 2. *Postquam impleti sunt dies purgationis Maria secundum legem Moyse, tulerunt eum in Hierusalem, ut sifterent eum Domino.*

1. Malac. 3. *Ecce ego mitto Angelum meum, & preparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum sanctum suum Dominator, quem vos queritis, & Angelus testamenti, quem vos vultis.* Ecclesia in officio Purificationis. Gregorius Nyssenus in orat. de occurso Domini.

2. Zach. 6. *Et sumes aurum & argentum, & facies coronas, & pones in capite Iesu filij Iosedech Sacerdotis magni,*  
&

*& loqueris ad eū dicens, Ecce vir Oriens nomē eius, & subter eum orietur, & adificabit templum Domino, & ipse extruet templum Domino, & ipse portabit gloriam, & sedebit, & dominabitur super solio suo. Hieronymus ibi. Gregorius 20. Moral. cap. 18. & in 1. Regum. Chaldaus interpres. de Christo, & eius sacerdotio, & regno, & gloria.*

*3. Daniel. 7. Ecce cum nubibus cæli, quasi filius hominis veniebat, & vsque ad antiquū dierum peruenit: & in conspectu eius obtulerunt eum. Theodoretus & Hieronymus.*

*4. 1. Reg. 1. Obtulerunt puerum Heli, & ait Anna, Obsecro mi Domine viuit anima tua Domine: ego sum illa mulier qua steti coram te hīc orans Dominum. Pro puero isto orauit: & dedit mihi Dominus petitionem meam, quam postulauit eum: idcirco & ego commodauit eum Domino cunctis diebus, quibus fuerit accommodatus Domino. Prosper de Prædict. part. 2. cap. 24. in Samuele Iesum:*

*Iesus in Aegyptum fugiens & inde reuocatus.*

C A P. VII.

**I.** **M**AT. 2. Angelus Domini in somnis apparuit Ioseph, dicens, Surge & Accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum, & esto ibi vsque dum dicam tibi.

*1. Esai. 19. Ecce Dominus ascendet super nubem leuem, & ingredietur Aegyptum, & commouebuntur simulacra Aegypti à facie eius. Eusebius Cæsariensis lib. 6. historiæ Ecclesiast. cap. 20. & libr. 1. de demonstrat. Euang. p. 4. & lib. 8. cap. 5. Chrysostom. in 2. cap. Matth. Hieronym. in 19. Esai. Ambros. de Institut. Virgin. Athanas. de Incarnat. verbi. Prosper de Prædict. par. 3. cap. 2. Nubem leuem vult Euseb. Christi corpus. Hebraicè dicit legi, crassitudinem leuem, quòd cor-*

pus fuerit de Spiritu sancto conceptum.

2.4.Reg. 11. *Tollens autem Iosaba filia Regis Ioram, Ioas filium Ocozia, furata est eum de medio filiorum, qui interficiebantur, & abscondit eum à facie Athalia, vt non interficeretur. Per accommodationem ad Herodianum factum, & fugam Mariæ trahi potest.*

3. Osee. 11. *Ex Aegypto vocaui filium meum.* Matthæi nobis auctoritas sufficere debet, vt veram de Christo Prophetiam accipiamus: cuius sensum tenet Irenæus lib. 3. ca. 9. Chrysostomus in demonstrat. quòd Christus sit Deus, Prosper de Prædict. par. 3. ca. 8. Athanasius de incarnat. Verbi, Iunilius libr. 2. de part. diuinæ legis c. 22. Euseb. Cæsar. lib. 9. demonstra. 4.

*Propter Iesum paruuli occisi.*

CAP. VIII.

I. **M**AT. 2. *Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde, & mittens occidit omnes pueros in Bethleem, & in omnibus finibus eius. Tunc impletum est, quod dictum est per Hieremiam.*

1. Hierem. 31. *Vox in excelsis audita est lamentationis, luctus, & sletus, Rachel plorantis filios suos, & nolentis consolari super eis, quia non sunt.* Prosper de Prædict. part. 3. cap. 9. Chrysostom. in demonstrat. quòd Christus sit Deus, Iustinus in colloquio.

2. Psal. 8. *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem, propter inimicos tuos, vt destruas inimicum & ultorem.* Prosper de Prædict. part. 3. cap. 9. Ecclesia in offic. sanctorum Innocentium.

*Iesus silentium agens, & parentibus subditus vsque ad annum atatis trigessimum.*

CAP. IX.

I. **L**UC. 2. *Descendit cum illis in Nazareth, & erat subditus illis.*

II. LUC.



**II. Luc. 3. Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta.**

1. *Genes. 41. Triginta annorum erat Ioseph, quando stetit in conspectu Regis Pharaonis.* Hieronymus in 1. capit. Ezechiel. Cornelius Iansenius 14. capit. concordia Evangelicæ.

2. *2. Reg. 5. Filius triginta annorum erat Dauid, cum regnare cœpisset.* Iansen. 14. cap. concord. Euang.

3. *Ezech. 1. Et factū est in tricesimo anno aperti sunt cœli, & vidi visiones Dei.* Gregor. homil. 2. in Ezech. Hiero. in 1. cap. Ezech. Iansen. 14. concord.

4. *Numer. 4. A tricesimo anno est & supra stent, & ministrant in tabernaculo fœderis.* Hieronymus in 1. capit. Ezech. iuxta Hebraicum. Nam iuxta septuaginta, à vigesimoquinto anno.

5. *1. Reg. 3. Puer autem Samuel ministrabat Domino coram Deli. Et 1. Reg. 7. Erat iam annus vicesimus. Ait autem Samuel ad totam domum Israëli, Si in toto corde vestro reuertimini ad dominum Deum Israëli, auferte deos alienos.* Gregor. 1. Reg. 1. Samuel, interpretatur, Nomen eius Deus.

6. *Thren. 3. Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia, sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit se super se.* Docuit in se mirificè Christus iugum obedientia, quietem, ac silentium.

FINIS LIBRI SEXTI.

T 4 DE



# DE CHRISTO REVELATO

LIBER SEPTIMVS.



*I E S V M I O A N N E S*  
*Baptista Præcursor annuntiat.*

*Cap. I.*



N doctrina & operibus Christi, postquam se hominibus cognoscendum exhibuit, tot ac tanta sunt, vt infinitum sit ire per singula. Nam neque ipse mundus capere eos potest, qui scribendi essent libri, si vel simpliciter essent cuncta narranda. Ne igitur hæc pars penitus missa fieret, selegimus præcipua quædam capita, quibus vt compendio cætera tenerentur. Consultò verò prætermisimus illustria illa de Baptismo, de Tentatione, de Transfiguratione, quibusdamque aliis, quòd propositum nobis sit speciem quandam doctrinæ ac vitæ Christi

Christi monstrare, non singulos illius actus persequi. Poterit, cui id sit cordi, non superuacaneum ijs ipsis peculiaribus actibus explicandis studium adhibere. Initium autem prædicationis Christi Evangelistæ à Ioanne Baptista capiunt, quod & nos secuti primum de tanto viro caput fecimus.

I. *Ioan. 1. Fuit homo missus à Dea, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine.*

II. *Luc. 3. Factum est verbum Domini super Ioannem Zacharia filium in deserto. Et venit in omnem regionem Iordanis prædicans Baptismum pœnitentia & remissionem peccatorum.*

III. *Matth. 3. Ego quidem baptizo vos in aqua: qui autem post me venturus est, cuius non sum dignus calciamenta portare, ille vos baptizabit Spiritu sancto & igni.*

1. *Eesai. 40. Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. Omnis vallis exaltabitur: & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt praua in directa, & aspera in vias plenas. Et reuelabitur gloria Domini: & videbit omnis caro pariter, quod os Domini locutum est. De se ipso hæc pronuntiauit Ioannes ipse Ioannis 1. cui Matth. 3. Marcus primo, Lucas tertio capite suffragantur, satis idonei interpretes diuinæ Prophetiæ: vt plures requirere otiosum sit. Siquis tamen requirat, legat Iustinum in suo colloquio, Prosperum Aquitanicum in Prædictionibus suis par. 3. cap. 1. Eusebium copiose lib. 9. dem. 5.*

2. *Malach. 3. Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam. Honorans Baptistam Christus & hanc de illo Prophetiam exponere dignatus est Matthæi 11. Luc. 7. Sed interim in Hebraica nostraque lectione sub prima persona legimus, Præparabit viam meam, & faciem meam. In Evangelistis*

gelistis verò sub secunda persona, Præparabit viam tuam & faciem tuam. Vt plane discamus, siue Pater intelligatur loqui siue Filius, eadem esse sententiam, quia vtriusque vna natura est, eademque voluntas.

3. *Psal. 131. Parauit lucernam Christo meo.* Lucernam, Christi greisibus præparatam, Ioannem intelligit Tertullianus in libro aduersus Iudæos: eodem modo Augustinus, eodem Casiodorus, cum illum versiculum interpretantur. Neque immeritò, cum Christus dicat de Ioanne, Iile erat lucerna ardens & lucens.

4. *Malach. 4. Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis. Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum.* Tamen si Prophetia hæc de vero Elia Thesbite in fine mundi complenda sit, vt est abunde probatum in libris de Nouissimis temporibus, tamen negari non potest, quin ex obliquo etiam Ioannis Baptistæ, qui fuit in spiritu Elias, aduentum attingat, quemadmodum est à saluatore insinuaturn Mat. 11. & Matth. 17. & ab Angelo Luc. 1. quorum sensum explicat Hieronymus in eo loco Malachiæ.

5. *Esaï. 35. Latabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium. Germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans. gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron. ipsi viderunt gloriam Domini, & decorem Dei nostri.* Prosper de Prædict. par. 3. capit. 11. Euseb. libr. 9. cap. 6. & libr. 6. cap. 21. Quod verò nos legimus, Exultabit lætabunda & laudans, est apud septuaginta, Exultabunt deserta Iordanis. Quæ Græci patres de prædicatione Baptistæ exponunt, vt Iustinus in Tryphone, & Eusebius loco iam dicto.

6. *Esaï. 41. Ponam desertum in stagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum. Dabo in solitudinem cedrum, & spinam, & myrtum, & lignum oliua: ponam in deserto*

*Deserto abietem, vltimum, & buxum simul. Vt sciant & recogitent, quia manus Domini fecit hoc.* Basilus in Psal. 28. generaliter autem tractat hunc locum Gregorius homil. 20. in Euangelia.

7. *Psal. 28 Vox Domini super aquas. Deus maiestatis intonuit. Dominus super aquas multas. Vox Domini in virtute. Vox Domini in magnificentia. Vox Domini confringentis cedros.* Basilus præclare hæc de Baptista in expositione secunda in Psal. 28.

*Iesus predicans pœnitentibus regnum celorum.*

C A P. II.

I. **M**ATTH. 4. *Cœpit Iesus predicare, & dicere, Pœnitentiam agite, appropinquauit enim Regnum cœlorum.*

1. *Esaï. 61. Spiritus Domini super me, eo quod vnixerit Dominus me: ad annuntiandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & predicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem: Vt predicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo nostro: Vt consolarer omnes lugentes: Vt ponerem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudiij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris, & vocabuntur in ea fortes iustitie, plantatio Domini ad glorificandum.* Ipse Christus Luc. 4. de se. Irenæus lib. 3. ca. 10. & 20. Euseb. lib. 9. ca. 10. Ambros. lib. 4. in Lucam.

2. *Esaï. 49. Dedi te in fœdus populi, vt suscitares terram, & possideres ciuitates dissipatas, vt diceres his qui vincti sunt, Exite: & his qui in tenebris, Reuelamini.* Iustin. iii. colloq. Clemens Alexand. lib. 6. stromat. Euseb. li. 1. demonstrat. 11. & lib. 2. cap. 22.

3. *Esaï. 9. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon & terra Nephtalim, & nouissimo aggrauata est via maris trans Iordanem Galilæe gentium. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione  
vmbra*

*umbra mortis lux orta est.* Sanctus Matthæus hoc recitat de initio prædicationis Christi. Eusebius libr. 7. cap. 4. Chrysolom. quòd Deus sit Christus. Auctor imperfecti in Matth. homil. 6. Hilarius in Psalm. 67. Cyrillus & Basilius in Esai.

4. Prouer. 1. *Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam, in capite turbarum clamitat, in foribus portarum vrbs profert verba sua, dicens, Vsq̄uequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea, qua sibi sunt noxia, cupient, & imprudentes odibunt scientiam? Conuertimini ad correptionem meam, en proferam vobis spiritum meum, & ostendam vobis verba mea.* Quamuis occultè non cesset sapientia hæc semper hominibus prædicare, tamen cum se visibilem dedit, tunc palam hæc & apertius pronuntiauit, quemadmodum Beda hûc locum prouerbiorum tractans exponit de sapientia incarnata Christo.

5. Ioan. 3. *Et cœpit Ionas introire ciuitatem itinere diei vnus, & clamauit, & dixit, Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. Et crediderunt viri Niniuita in Deum.* Ionam typum Christi etiam in prædicatione ex Euangelio discimus Matth. 12.

6. Ezech. 18. *Conuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus, reuertimini & viuite.* Eadem ergo & Prophetæ & Christus & Christi Apostoli prædicauerunt, nempe fidem in Christum, & pœnitentiam in Deum.

*Iesus discipulos pauperes & idiotas  
vocans ad Apostolatam.*

### C A P. III.

1. **M**ATTH. 4. *Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum.*

II. AET.

II. Act. 4. *Comperto quòd homines essent sine literis & idiota, admirabantur, cognoscebant eos, quia cum Iesu fuerant.*

III. Iacob. 2. *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide & heredes Regni?*

IV. 1. Cor. 1. *Videte vocationem vestram fratres. quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret.*

1. Esai. 8. *Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum & in portetum Israel à Domino exercituum, qui habitat in monte Sion.* Paulus ad Hebræos 2. affert de vocatione Apostolorum, & signis ab ijs perpetratis, Eusebius libr. 9. de Demonstrat. Euangelica cap. 14. Cyrillus in 8. Esai. Origenes homil. 7. in cap. 8. Esai.

2. Zachar. 3. *Audi Iesu sacerdos magne, tu & amici tui, qui habitant coram te, quia viri portendentes sunt.* Hieronymus citat, neque improbat. Portendentes aut Prophetantes accipere possumus iuxta illud, Et quæ ventura sunt annuntiabit vobis.

3. Psal. 71. *Animas pauperum saluas faciet, & honorabile nomen eorum coram illo.*

4. Hierem. 16. *Mittam ad eos piscatores, & piscabuntur eos: & venatores, & venabuntur eos.* Prosper de prædication. p. 3. cap. 12.

5. Psalm. 67. *Principes Zabulon & principes Nephtalim: principes Iuda duces eorum.* Consentiant Patres de Apostolis hæc dici, quod ex illis tribubus selecti potissimum sint. ita Hilarius in Psalm. 67. & in ca. 4. Matthæi, Augustinus in Psalm. 67. Chrysosto. in demonstrat. quòd Deus sit Christus. Cyrillus & Basilus in

lius in 9. cap. Esai. Eusebius lib. 9. demonst. 8. & demonst. 9. ex professo.

6. *Esai. 26. Ciuitatem sublimem humiliabit, humiliabit eam vsque ad terram detrahiet eam vsque ad puluerem. Conculcabit eam pes, pedes pauperum, gressus egenorum.* Cyrillus lib. 3. in Esai. de ijs dicit hæc scribi, quibus Christus dedit potestatem calcandi super serpentes. Hieronymus, Pes pauperis de Christo, de Apostolis Gressus egenorum.

7. *Esai. 14. Et pascentur primogeniti pauperum, & pauperes fiducialiter requiescent.* Bene primogenitos pauperum Apostolos intelligi scribit Castro.

8. *Psal. 67. Parasti in dulcedine tua pauperi Deus. Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Rex virtutum dilecti, & speciei domus diuidere spolia.* Eutymius ad Apostolos refert. Augustinus attingit. Vult autem dilecto Dei, id est Christo, Reges potentes celsisse, & tanquam spolia victori domus pulcherrimas & palatia obtigisse, quod per Apostolicam prædictionem contigit, vt Dominus insinuauit, cum dixit, si fortior superueniens vicerit illum, arma eius auferet, & spolia eius diripiet.

9. *Baruc. 3. Stella dederunt lumen in custodijs suis, & latata sunt: vocata sunt, & dixerunt, Adsumus. Et luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas. Hic est Deus noster.* Stellas vocari Apostolos docet Augustin. sermon. 81. de tempore.

10. *Psalms. 138. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum. Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur.* S. Hilarius, & Prosper, & Eutymius ad Apostolos conferunt, quin etiam Ecclesia in officio Apostolorum.

11. *4. Reg. 4. Erat fames in terra, & filij Prophetarum habitabant coram Eliseo. & cætera cap. 4. & ca. 6. Vbi videtur*



videtur Apostolicæ siue Euangelicæ vitæ quædam significatio data. Atque hæc de vocatione, dignitate, fructu Apostolorum communiter dicta sint.

*Iesum audiunt & sequuntur turba innumera.*

C A P. I V.

I. **M**ATTH. 4. *Et sequuta sunt eum turba multa de Galilæa, & Decapoli, & de Hierosolymis, & de Iudea, & de trans Iordanem.*

II. **LUC.** 5. *Cum turba irruerent in eum vt audirent verbum Dei.*

III. **MARC.** 6. *Erant qui veniebant, & redibant multi, & nec spatium manducandi habebant.*

IV. **MARC.** 1. *Et cum inuenissent eum, dixerunt ei, quia omnes te querunt.*

V. **IOAN.** 3. *Ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum.*

1. **MICH.** 4. *Et erit in nouissimo dierum, erit mons domus Domini preparatus in vertice montium, & sublimis super colles, & fluent ad eum populi Et properabunt gentes multa, & dicent, Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos de vijs suis, & ibimus in semitis eius: quia de Sion egredietur lex, & verbum Domini de Hierusalem. Et iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes vsque in longinquum. Hieronymus in 1. Esai. ad Iesum docentem in monte refert: eodem modo in 4. Michææ referens verba Matthæi 4. Basilii & Augustini ad concursum hominum post Spiritus sancti decensum ad Euangelicam legem. eodem modo Iustinus in 2. Apolog. & in colloquio. Itemque Euseb. lib. 6. cap. 13.*

2. **ESAI.** 2. *Et erit in nouissimis diebus preparatus mons domus Domini. & cætera quæ Michæas. & mox, Dominus Iacob venite & ambulemus in lumine Domini.*

3. **PSALM.** 71. *Super extolletur super Libanum fructus eius,*

pus fuerit de Spiritu sancto conceptum.

2.4.Reg. 11. *Tollens autem Iosaba filia Regis Ioram, Ioas filium Ocozia, furata est eum de medio filiorum, qui interficiebantur, & abscondit eum à facie Athalia, vt non interficeretur. Per accommodationem ad Herodianum factum, & fugam Mariæ trahi potest.*

3. Osee. 11. *Ex Aegypto vocaui filium meum.* Matthæi nobis auctoritas sufficere debet, vt veram de Christo Prophetiam accipiamus: cuius sensum tenet Irenæus lib. 3. ca. 9. Chrysoctomus in demonstrat. quòd Christus sit Deus, Prosper de Prædict. par. 3. ca. 8. Athanasius de incarnat. Verbi, Iunilius libr. 2. de part. diuinæ legis c. 22. Euseb. Cæsar. lib. 9. demonstra. 4.

*Propter Iesum paruuli occisi.*

CAP. VIII.

I. **M**AT. 2. *Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde, & mittens occidit omnes pueros in Bethleem, & in omnibus finibus eius. Tunc impletum est, quod dictum est per Hieremiam.*

1. Hierem. 31. *Vox in excelsis audita est lamentationis, luctus, & sletus, Rachel plorantis filios suos, & nolentis consolari super eis, quia non sunt.* Prosper de Prædict. part. 3. cap. 9. Chrysoctom. in demonstrat. quòd Christus sit Deus, Iustinus in colloquio.

2. Psal. 8. *Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem, propter inimicos tuos, vt destruas inimicum & vltorem.* Prosper de Prædict. part. 3. cap. 9. Ecclesia in offic. sanctorum Innocentium.

*Iesus silentium agens, & parentibus subditus vsque ad annum atatis trigesimum.*

CAP. IX.

I. **L**UC. 2. *Descendit cum illis in Nazareth, & erat subditus illis.*

II. LUC.

**II. Luc. 3. Et ipse Iesus erat incipiens quasi annorum triginta.**

**1. Genes. 41. Triginta annorum erat Ioseph, quando stetit in conspectu Regis Pharaonis.** Hieronymus in 1. capit. Ezechiel. Cornelius Iansenius 14. capit. concordia: Evangelicæ.

**2. 2. Reg. 5. Filius triginta annorum erat Dauid, cum regnare cœpisset.** Iansen. 14. cap. concord. Euang.

**3. Ezech. 1. Et factū est in tricesimo anno aperti sunt cœli, & vidi visiones Dei.** Gregor. homil. 2. in Ezech. Hiero. in 1. cap. Ezech. Iansen. 14. concord.

**4. Numer. 4. A tricesimo anno est & supra stent, & ministrant in tabernaculo fœderis.** Hieronymus in 1. capit. Ezech. iuxta Hebraicum. Nam iuxta septuaginta, à vigesimoquinto anno.

**5. 1. Reg. 3. Puer autem Samuel ministrabat Domino coram Deli.** Et 1. Reg. 7. **Erat iam annus vicesimus. Ait autem Samuel ad totam domum Israël, Si in toto corde vestro reuertimini ad dominum Deum Israël, auferte deos alienos.** Gregor. 1. Reg. 1. Samuel, interpretatur, Nomen eius Deus.

**6. Thren. 3. Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia, sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit se super se.** Docuit in se mirificè Christus iugum obedientia:, quietem, ac silentium.

FINIS LIBRI SEXTI.

T 4 DE



# DE CHRISTO REVELATO

LIBER SEPTIMVS.



I E S V M I O A N N E S  
*Baptista Præcursor annuntiat.*

Cap. I.



IN doctrina & operibus Christi, postquàm se hominibus cognoscendum exhibit, tot ac tanta sunt, vt infinitum sit ire per singula. Nam neque ipse mundus capere eos potest, qui scribendi essent libri, si vel simpliciter essent cuncta narranda. Ne igitur hæc pars penitus missa fieret, selegimus præcipua quædam capita, quibus vt compendio cætera tenerentur. Consultò verò prætermisimus illustria illa de Baptismo, de Tentatione, de Transfiguratione, quibusdamque aliis, quòd propositum nobis sit speciem quandam doctrinæ ac vitæ Christi

Christi monstrare, non singulos illius actus persequi. Poterit, cui id sit cordi, non superuacaneum ijs ipsis peculiaribus actibus explicandis studium adhibere. Initium autem prædicationis Christi Evangelistæ à Ioanne Baptista capiunt, quod & nos secuti primum de tanto viro caput fecimus.

I. Ioan. 1. *Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioannes. Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine.*

II. Luc. 3. *Factum est verbum Domini super Ioannem Zacharia filium in deserto. Et venit in omnem regionem Iordanis prædicans Baptismum pœnitentiæ & remissionem peccatorum.*

III. Matth. 3. *Ego quidem baptizo vos in aqua: qui autem post me venturus est, cuius non sum dignus calcamenta portare, ille vos baptizabit Spiritu sancto & igni.*

1. Esai. 40. *Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. Omnis vallis exaltabitur: & omnis mons & collis humiliabitur: & erunt praua in directa, & aspera in vias plenas. Et reuelabitur gloria Domini: & videbit omnis caro pariter, quod os Domini locutum est.* De se ipso hæc pronuntiauit Ioannes ipse Ioannis 1. cui Matth. 3. Marcus primo, Lucas tertio capite suffragantur, satis idonei interpretes diuinæ Prophetiæ: vt plures requirere otiosum sit. Siquis tamen requirat, legat Iustinum in suo colloquio, Prosperum Aquitanicum in Prædictionibus suis par. 3. cap. 1. Eusebium copiose lib. 9. dem. 5.

2. Malach. 3. *Ecce ego mitto Angelum meum, & præparabit viam ante faciem meam.* Honorans Baptistam Christus & hanc de illo Prophetiam exponere dignatus est Matthæi 11. Luc. 7. Sed interim in Hebraica nostraque lectione sub prima persona legimus, Præparabit viam meam, & faciem meam. In Evan-

gelistis verò sub secunda persona, Præparabit viam tuam & faciem tuam. Vt plane discamus, siue Pater intelligatur loqui siue Filius, eadem esse sententiam, quia vtriusque vna natura est, eademque voluntas.

3. *Psal. 131. Parauit lucernam Christo meo.* Lucernam, Christi gressibus præparatam, Ioannem intelligit Tertullianus in libro aduersus Iudæos: eodem modo Augustinus, eodem Cassiodorus, cum illum versiculum interpretantur. Neque immeritò, cum Christus dicat de Ioanne, ille erat lucerna ardens & lucens.

4. *Malach. 4. Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis. Et conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum.* Tametsi Prophetia hæc de vero Elia Thesbite in fine mundi complenda sit, vt est abunde probatum in libris de Nouissimis temporibus, tamen negari non potest, quin ex obliquo etiam Ioannis Baptistæ, qui fuit in spiritu Elias, aduentum attingat, quemadmodum est à saluatore insinuatam Mat. 11. & Matth. 17. & ab Angelo Luc. 1. quorum sensum explicat Hieronymus in eo loco Malachiæ.

5. *Eesai. 35. Latabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi liliium. Germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans. gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron. ipsi viderunt gloriam Domini, & decorem Dei nostri.* Prosper de Prædict. par. 3. capit. 11. Euseb. libr. 9. cap. 6. & libr. 6. cap. 21. Quod verò nos legimus, Exultabit lætabunda & laudans, est apud septuaginta, Exultabunt deserta Iordanis. Quæ Græci patres de prædicatione Baptistæ exponunt, vt Iustinus in Tryphone, & Eusebius loco iam dicto.

6. *Eesai. 41. Ponam desertum in stagna aquarum, & terram inuiam in riuos aquarum. Dabo in solitudinem cedrum, & spinam, & myrtum, & lignum oliua: ponam in deserto*

*deserto abietem, vltimum, & buxum simul. Vt sciant & recogitent, quia manus Domini fecit hoc.* Basilus in Psal. 28. generaliter autem tractat hunc locum Gregorius homil. 20. in Euangelia.

7. *Psal. 28 Vox Domini super aquas. Deus maiestatis intonuit. Dominus super aquas multas. Vox Domini in virtute. Vox Domini in magnificentia. Vox Domini confringentis cedros.* Basilus præclare hæc de Baptista in expositione secunda in Psal. 28.

*Iesus predicans pœnitentibus regnum cœlorum.*

C A P. I I.

I. **M**ATTH. 4. *Cœpit Iesus predicare, & dicere, Pœnitentiam agite, appropinquauit enim Regnum cœlorum.*

1. *Eesai. 61. Spiritus Domini super me, eo quod vnixerit Dominus me: ad annuntiandum mansuetis misit me, vt mederer contritis corde, & predicarem captiuis indulgentiam, & clausis apertionem: Vt predicarem annum placabilem Domino, & diem vltionis Deo nostro: Vt consolarer omnes lugentes: Vt ponerem lugentibus Sion, & darem eis coronam pro cinere, oleum gaudiij pro luctu, pallium laudis pro spiritu mœroris, & vocabuntur in ea fortes iustitie, plantatio Domini ad glorificandum.* Ipse Christus Luc. 4. de se. Irenæus lib. 3. ca. 10. & 20. Euseb. lib. 9. ca. 10. Ambros. lib. 4. in Lucam.

2. *Eesai. 49. Dedi te in fœdus populi, vt suscitares terram, & possideres ciuitates dissipatas, vt diceres his qui vincti sunt, Exite: & his qui in tenebris, Reuelamini.* Iustin. iiii colloq. Clemens Alexand. lib. 6. stromat. Euseb. li. 1. demonstrat. 11. & lib. 2. cap. 22.

3. *Eesai. 9. Primo tempore alleuiata est terra Zabulon & terra Nephtalim, & nouissimo aggrauata est via maris trans Iordanem Galilæe gentium. Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: habitantibus in regione  
vmbra*

*umbra mortis lux orta est.* Sanctus Matthæus hoc recitat de initio prædicationis Christi. Eusebius libr. 7. cap. 4. Chrystom. quòd Deus sit Christus. Auctor imperfecti in Matth. homil. 6. Hilarius in Psalm. 67. Cyrillus & Basilius in Esai.

4. Prouer. 1. *Sapientia foris prædicat, in plateis dat vocem suam, in capite turbarum etiam in plateis, in foribus portarum vrbs profert verba sua, dicens, Usquequo paruuli diligitis infantiam, & stulti ea, qua sibi sunt noxia, cupient, & imprudentes odibunt scientiam? Conuertimini ad correptionem meam, et proferam vobis spiritum meum, & ostendam vobis verba mea.* Quamuis occultè non celsè sapientia hæc semper hominibus prædicare, tamen cum se visibilem dedit, tunc palam hæc & apertius pronuntiauit, quemadmodum Beda hùc locum prouerbiorum tractans exponit de sapientia incarnata Christo.

5. Ioan. 3. *Et cœpit Ionas introire ciuitatem itinere diei vnus, & clamauit, & dixit, Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. Et crediderunt viri Niniuita in Deum.* Ionam typum Christi etiam in prædicatione ex Euangelio discimus Matth. 12.

6. Ezech. 18. *Conuertimini & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus, reuertimini & viuite.* Eadem ergo & Prophetæ & Christus & Christi Apostoli prædicauerunt, nempe fidem in Christum, & pœnitentiam in Deum.

*Iesus discipulos pauperes & idiotas  
vocans ad Apostolatam.*

### C A P. III.

1. **M**ATTH. 4. *Venite post me, faciam vos fieri piscatores hominum.*

II. A&.



II. Act. 4. *Comperto quòd homines essent sine literis & idiota, admirabantur, cognoscebant eos, quia cum Iesu fuerant.*

III. Iacob. 2. *Nonne Deus elegit pauperes in hoc mundo, diuites in fide & heredes Regni?*

IV. 1. Cor. 1. *Videte vocationem vestram fratres. quia non multi sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, sed quæ stulta sunt mundi elegit Deus, vt confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia: & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ non sunt, vt ea quæ sunt destrueret.*

1. Esai. 8. *Ecce ego & pueri mei, quos dedit mihi Dominus in signum & in portetum Israel à Domino exercituum, qui habitat in monte Sion.* Paulus ad Hebræos 2. affert de vocatione Apostolorum, & signis ab ijs perpetratis, Eusebius libr. 9. de Demonstrat. Euangelica cap. 14. Cyrillus in 8. Esai. Origenes homil. 7. in cap. 8. Esai.

2. Zachar. 3. *Audi Iesu sacerdos magne, tu & amici tui, qui habitant coram te, quia viri portendentes sunt.* Hieronymus citat, neque improbat. Portendentes aut Prophetantes accipere possumus iuxta illud, Et quæ ventura sunt annuntiabit vobis.

3. Psal. 71. *Animas pauperum saluas faciet, & honorabile nomen eorum coram illo.*

4. Hierem. 16. *Mittam ad eos piscatores, & piscabuntur eos: & venatores, & venabuntur eos.* Prosper de prædiction. p. 3. cap. 12.

5. Psalm. 67. *Principes Zabulon & principes Nephtalim: principes Iuda duces eorum.* Consentunt Patres de Apostolis hæc dici, quod ex illis tribubus selecti potissimum sint. ita Hilarius in Psalm. 67. & in ca. 4. Matthæi, Augustinus in Psalm. 67. Chryso. in demonstrat. quòd Deus sit Christus. Cyrillus & Basilus in

lius in 9. cap. Esai. Eusebius lib. 9. demonst. 8. & demonst. 9. ex professo.

6. *Esai. 26. Ciuitatem sublimem humiliabit, humiliabit eam vsque ad terram detrahiet eam vsque ad puluerem. Conculcabit eam pes, pedes pauperum, gressus egenorum.* Cyrillus lib. 3. in Esai. de ijs dicit hæc scribi, quibus Christus dedit potestatem calcandi super serpentes. Hieronymus, Pes pauperis de Christo, de Apostolis Gressus egenorum.

7. *Esai. 14. Et pascentur primogeniti pauperum, & pauperes fiducialiter requiescent.* Bene primogenitos pauperum Apostolos intelligi scribit Casiro.

8. *Psal. 67. Parafti in dulcedine tua pauperi Deus. Dominus dabit verbum euangelizantibus virtute multa. Rex virtutum dilecti, & speciei domus diuidere spolia.* Eutyminus ad Apostolos refert. Augustinus attingit. Vult autem dilecto Dei, id est Christo, Reges potentes celsisse, & tanquam spolia victori domus pulcherrimas & palatia obrigisse, quod per Apostolicam prædictionem contigit, vt Dominus insinuauit, cum dixit, si fortior superueniens vicerit illum, arma eius auferet, & spolia eius diripiet.

9. *Baruc. 3. Stella dederunt lumen in custodijs suis, & letata sunt: vocata sunt, & dixerunt, Adsumus. Et luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas. Hic est Deus noster.* Stellas vocari Apostolos docet Augustin. sermon. 81. de tempore.

10. *Psalms. 138. Mihi autem nimis honorificati sunt amici tui Deus, nimis confortatus est principatus eorum. Dinumerabo eos, & super arenam multiplicabuntur.* S. Hilarius, & Prosper, & Eutyminus ad Apostolos conferunt, quin etiam Ecclesia in officio Apostolorum.

11. *4. Reg. 4. Erat fames in terra, & filij Prophetarum habitabant coram Eliseo. & cætera cap. 4. & ca. 6. Vbi videtur*

videtur Apostolicæ siue Euangelicæ vitæ quædam significatio data. Atque hæc de vocatione, dignitate, fructu Apostolorum communiter dicta sint.

*Iesum audiunt & sequuntur turba innumera.*

C A P. I V.

I. **M**ATTH. 4. *Et sequuta sunt eum turba multa de Galilæa, & Decapoli, & de Hierosolymis, & de Iudæa, & de trans Iordanem.*

II. *Luc. 5. Cum turba irruerent in eum vt audirent verbum Dei.*

III. *Marc. 6. Erant qui veniebant, & redibant multi, & nec spatium manducandi habebant.*

IV. *Marc. 1. Et cum inuenissent eum, dixerunt ei, quia omnes te querunt.*

V. *Ioan. 3. Ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eum.*

1. *Mich. 4. Et erit in nouissimo dierum, erit mons domus Domini preparatus in vertice montium, & sublimis super colles, & fluent ad eum populi Et properabunt gentes multa, & dicent, Venite ascendamus ad montem Domini, & ad domum Dei Iacob, & docebit nos de vijs suis, & ibimus in semitis eius: quia de Sion egredietur lex, & verbum Domini de Hierusalem. Et iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes vsque in longinquum. Hieronymus in 2. Esai. ad Iesum docentem in monte refert: eodem modo in 4. Michææ referens verba Matthæi 4. Basilii & Augustini ad concursum hominum post Spiritus sancti decensum ad Euangelicam legem. eodem modo Iustinus in 2. Apolog. & in colloquio. Itemque Euseb. lib. 6. cap. 13.*

2. *Esai. 2. Et erit in nouissimis diebus preparatus mons domus Domini. & cætera quæ Michæas. & mox, Domus Iacob venite & ambulemus in lumine Domini.*

3. *Psal. 71. Super extolletur super Libanum fructus eius,*

eius, & florebut de ciuitate sicut fœnum terra. Euty-  
mius, Arnobius, Augustinus generaliter de fructu  
per verbum Christi in Ecclesia.

4. *Cantic. 1. Curremus in odorem vnguentorum tuo-  
rum. Adolescentula dilexerunt te. Oleum effusum nomen  
tuum.* Et hoc vniuerse dictum de ijs qui ad Christi  
notitiam aspirant, vt Gregorius & Bernardus ex-  
ponunt. Sed quod per spiritum suum facit semper  
Christus præsens per se efficere cœpit, vt inimici  
eius inuidia fracti dicerent, Totus Mundus post  
eum abit.

*Iesus cum hominibus benigne suauiterque conuersans.*

C A P. V.

I. **M**ATTH. 11. *Venite ad me omnes qui labora-  
tis: & discite à me, quia mitis sum & humilis  
corde.*

II. *Luc. 9. Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis  
non venit animas perdere, sed saluare.*

III. *Luc. 4. Mirabantur de verbis gratia, que proce-  
debant de ore eius.*

IV. *2. Cor. 10. Obsecro vos per mansuetudinem &  
modestiam Christi.*

V. *Rom. 15. Vnusquisque proximo suo placeat in bonum.  
Etenim Christus non sibi placuit.*

1. *Eesai. 42. Ecce seruus meus, suscipiã eum: electus meus,  
complacuit sibi in illo anima mea. dedi spiritum meum su-  
per eum. Iudicium gentibus proferet. Non clamabit, neque  
accipiet personam, nec audietur vox eius foris. Calamum  
quassatum non conteret, & linum fumigãs non extinguet.  
In veritate educet iudicium. Non erit tristis, neque turbu-  
lentus, donec ponat in terra iudicium, & legem eius insula  
expectabunt. Chrysof. in demonstrat. quòd Christus  
sit Deus. Iustin. in 2. Apol. & in Tryph. Eusebius lib.  
9. cap. 15. Basiliius in Regum. cap. 291. Tertullianus 4.  
aduers.*

aduers. Marcio. Hilar. in Psal. 131. Pro, Non erit tristis neque turbulentus, septuaginta habent, Splendet & non conteretur. Sic legit Augustinus 20. libro de Ciuit. cap. vltimo.

2. Psal. 44. *Speciosus forma pra filiis hominum, diffusa est gratia in labiis tuis, propterea benedixit te Deus in aeternum.* Hieronymus ad Principiam in 3. tomò. Eutymius affert illud ex Luca, Mirabantur turbæ in verbis gratiæ eius.

3. *Ibi. Propter veritatem & mansuetudinem & iustitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua.* Et hoc Eutymius.

4. Numer. 12. *Erat Moyses vir mitissimus super omnes qui morabantur in terra.* Prosper in lib. de diuinis prædictionibus parte 2. capit. 9. sic: In hac mansuetudine noster resonat mediator, &c.

5. Psal. 131. *Memento Domine Dauid & omnis mansuetudini eius.* Prosper in Psalmis, de Christo potius hæc dici, Hilarius de solo Christo, non de Dauide.

6. Sapient. 8. *Non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tadium conuictus illius, sed letitiam & gaudium.* De Christo Dei sapientia omnia illa dici constat ex Paulo: Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, & cætera, ad Hebræos.

*Iesus magnis miraculis fulgens.*

## CAP. VI.

I. Ioan. 5. *Ego habeo testimonium maius Ioanne. Opera enim, qua dedit mihi Pater vt faciam ea, testimonium perhibent de me, quia Pater misit me.*

II. Matth. 11. *Renunciate Ioanni, qua audistis: & vidistis. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizantur.*

III. Esai. 35. *Deus ipse veniet, & saluabit nos. Tunc aperientur oculi cacorum, & aures surdorum patebunt. Tunc saliet*

V sicut

*sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum: quia scissa sunt in deserto aqua, & torrentes in solitudine.* Irenæus lib. 4. cap. 66. Athanas. de Incarnat. verb. Iustin<sup>us</sup> in 2. Apolog. & in Tryph. Leo ser. 3. de Pass. Domin. Chryl. in demonstrat. quòd Christus sit Deus. Prosper de Prædict. par. 3. cap. 13. Euseb. lib. 9. cap. 13.

2. *Esai. 53. Verè languores nostros ipse tulit, & infirmitates nostras ipse portauit.* Hoc ipse Euangelista Matthæus ad miracula & curationes Christi refert cap. 8. iuxta quem D. Irenæus lib. 4. cap. 66.

3. *Ezech. 36. Congrega omnes tribus Iacob, & cognoscant, quia non est Deus nisi tu, vt enarrem magnalia tua, & hereditabis eos sicut à principio. Reple Sion inenarrabilibus verbis tuis, & gloria tua populum tuum.* August. lib. 17. de Ciuit. cap. 20. ad Christum & Ecclesiam refert hunc locum: Cornelius Iansenius ad aduentum Messia referendum etiam docet.

4. *Psal. 4. Scitote quoniam mirificauit Dominus sanctum suum.* De Christo dici non est dubium: sed eam mirificationem August. libr. 9. Confess. cap. 4. & in sermon. 141. de Tempore de Christi Resurrectione potius exponit. Nihil tamen vetat etiam gloriam signorum hic intelligere, sicut Petrus loquitur, Vnixit eum Deus virtute, & Spiritu sancto, qui pertrāsit benefaciendo & sanando omnes oppressos à Diabolo.

5. *Psal. 144. In diebus famis saturabuntur.*

6. Elisæi & Helia nonnulla signa refert historia Regum in typum signorum Christi, illa præsertim de saturatis centum viris paucis panibus, 4. Reg. 4. & de suscitato puero, ibidem, & alios 3. Reg. 17.

*Iesus Peccatores benigne excipiens.*

## C A P. V I I.

I. **M**A T T. 9. *Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.*

II. *Matth.*

I I. *Matth. 11. Ecce homo vorax & potator vini, publicanorum & peccatorum amicus.*

I II. *Luc. 15. Erant appropinquantes peccatores & publicani, vt audirent illum.*

I V. 1. *Tim. 1. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus, quia Dominus Iesus venit in hunc mundum peccatores saluos facere.*

1. *Mich. 4. In die illa dicit Dominus, Congregabo claudicantem: & eam quam eieceram, colligam: & quam afflixeram, consolabor. Et ponam claudicantem in reliquias, & eam qua laborauerat in gentem robustam: & regnabit Dominus super eos in monte Sion, ex hoc nunc & vsque in aeternum.* Hieronym. lib. 1. in Mich. de priore Domini aduentu, in quo peccatores saluati sunt: eodem ferè modo Arias Montanus.

2. *Sophon. 3. Et saluabo claudicantem: & eam qua eiecta fuerat, congregabo: & ponam eos in laudem & in nomen in omni terra confusionis eorum.*

3. *Osee. 6. Misericordiam volui, & non sacrificium, & scientiam Dei plusquam holocausta.* Ipse Dominus vtitur ea sententia aduersus calumnias Pharisæorum.

4. *Eesai. 35. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Dicite pusillanimis, Confortamini & nolite timere. Ecce Deus vester ultionem adducet retributionis. Deus ipse veniet, & saluabit nos.* Euseb. lib. 9. ca. 13. corporaliter & spiritaliter hæc implèta à Christo idem Tertull. 4. lib. cont. Marcion. Athan. de Incar. verb. Irenæus lib. 3. cap. 22. Hieronym. Cyrill. Theodoret.

5. *Ibi. In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami & iunci. Et erit ibi semita & via, & via sancta vocabitur.* Hieronym. Gregorius 29. Moral. cap. 14. & lib. 2. in Ezech. homil. 3. Apud septuaginta tamen aliter habetur.

6. 1. *Reg. 22. Et conuenerant ad Dauid omnes qui erant*

V 2 in angu

*in angustia constituti, & oppressi a re alieno, & amaro animo, & factus est eorum princeps.*

7. Iudic. 11. *Congregati sunt ad Iephthe viri inopes, & latrocinantes, & quasi principem sequebantur. Pulchre Augustinus in hoc Christi typum agnoscit libro quæst. in lib. Iudic. cap. 49.*

8. Esai. 61. *Misit me, ut mederer contritis corde, & predicarem captivis indulgentiam, & clausis apertionem. Hilarius in Psal. 131. Chrysofost. in demonst. quòd Christus sit Deus. Marinarius Carmelit alib. 2. concordantiæ Christi & Prophetarum.*

9. Ezech. 33. *Ecce ego ipse requiram oves meas, & visitabo eas: sicut visitat pastor gregem suum in die, quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarum; sic visitabo oves meas, & liberabo eas, de omnibus locis, in quibus dispersæ fuerant in die nubis & caliginis. August. in lib. de Pastoribus in 9. tomo, Hieronymus ibi.*

10. Esai. 50. *Dominus dedit mihi linguam eruditam, ut sciam sustentare eum qui lassus est, verbo. Ambros. in Psal. 37. & 40. Gregor. in 1. Psalm. pœnit. Tertull. 4. cont. Marcion.*

*Iesus pauperes & miseros protegens à calumniis superborum.*

## CAP. VIII.

I. **M**ATT. 12. *Si autem sciretis, quid est, Misericordiam volo, & non sacrificium, non condemnassetis innocentes.*

II. Matth. 15. *Quare discipuli tui transgrediuntur traditionem seniorum? Quare & vos transgredimini mandata Dei propter traditionem vestram? Plena sunt Evangelia.*

1. Psalm. 71. *Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis: iudicare populum tuum in iustitia, & pauperes*



*peres tuos in iudicio. Suscipiant montes pacem populo, & colles iustitiam. Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum: & humiliabit calumniatorem.* Iulstinus in colloquio de Christo hæc, non de Salomone dicta demonstrat. Idem Eutymius, & Arnobius, itemque Augustinus in 17. de Ciuit. Dei, & lib. 13. contra Faustum cap. 7.

2. *Ibi. Liberabis pauperem à potente, & pauperem cui non erat adiutor. Parcet pauperi & inopi, & animas pauperum saluas faciet.*

3. *Esai. 11. Non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum auditum aurium arguet. Sed iudicabit in iustitia pauperes, & arguet in equitate pro mansuetis terra.* Irenæus lib. 3. cap. 10. de Apostolorum conuocatione & defensione commemorat. Eodem modo Castro in Esai. & Marinarius lib. 2.

4. *Esai. 25. Factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua: spes à turbine, vmbraculum ab æstu: spiritus enim robustorum, quasi turbo impellens parietem.* Cyrillus de Apostolis, ac Pharisæis eos opprimentibus. Vnde iuxta septuaginta sequitur, Spiritus hominum iniuriam patientium benedicent tibi, quasi homines pusillanimes, quia liberabis eos ab hominibus, quibus tradidisti eos.

5. *Zachar. 11. Hac dicit Dominus Deus meus, Pasce pecora occisionis, quæ qui possederant occidebant, & non parcebant. Et pascam pecus occisionis propter hoc, ò pauperes gregis.* Ita Hieronymus. Alij aliter lectionem & dispungunt, & intelligunt.

5. 1. *Reg. 17. Dixitque Dauid ad Saul: Pascebat seruus tuus patris sui gregem, & veniebat leo vel vrsus, & tollebat arietem de medio gregis, & persequebar eos, & percutiebam, eruebamque de ore eorum, & illi consurgebant aduersam me, & apprehendebam mentum eorum, & suffoca-*

*cabam, interficiebamque eos.* B. Prosper de diuinis prædictionibus part. 2. cap. 25.

*Iesus in parabolis docens.*

C A P. I X.

I. **M**A T T. 13. *Hæc omnia locutus est Iesus in parabolis ad turbas, & sine parabolis non loquebatur eis: vt impleretur, quod dictum erat per Prophetam, dicentem.*

1. Psal. 77. *Aperiam in parabolis os meum, eructabo abscondita à constitutione mundi.* Tractat id Chrysostomus in oratione contra gentiles, quòd Christus sit Deus in 5. tomo.

*Iesus hypochritas & superbos Pharisæos seuerè coarguens.*

C A P. X.

I. **M**A T T. 23. *Va vobis hypocritis, Scriba & Pharisei hypocrite, quia clauditis regnum cœlorum: ipsi non intratis, & introeuntes non finitis intrare.* Notissima res in Euangelii, & frequentissima.

1. Esai. 11. *Et percutiet terram virga oris sui, & spiritu labiorum suorum interficiet impium. Et erit iustitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius.* Hieronym. lib. 4. in Esai. Cyrill. lib. 2.

2. Psal. 44. *Accingere gladio tuo super femur tuum potentissime: sagittæ tuæ acutæ: populi sub te cadent, in corda inimicorum Regis.* Iustinus in colloquio Tryphon. Eutym. in Psalmo.

3. Psal. 71. *Humiliabit calumniatorem.* Iustinus ibidem.

4. Psal. 67. *Turbabuntur à facie eius, patris orphanorum, & iudicis viduarum.* Et mox in eodem Psalmo, *Veruntamen Deus confringet capita inimicorum suorum, verticem capilli per ambulatium in delictis suis.* Sed expressius postea, *Increpa feras arundinis, congregatio vaurorum in vallis populorum, vt excludant eos qui probati sunt argento.*

to.

10. Bene Eurymius tauros intelligit Pontifices & Phariseos. Hilarius idem ferè.

5. Psalm. 109. *Conquassabit capita in terra multorum.* Prosper. in Psalm.

6. Psalm. 2. *Reges eos in virga ferrea: & tãquam vas figuli confringes eos.* Virgam Dei sermonè accipit Hilarius.

7. Esai. 49. *Et posuit os meum quasi gladium acutum: in umbra manus sue protexit me, & posuit me quasi sagittam electam: in pharetra sua abscondit me.* Marinar. libro 2. Hieronymus hic, Cyrillus similiter, Hilari<sup>9</sup> in Psalm. 119. & in Psalm. 126.

8. Hierem. 1. *Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te hodie super gentes & super regna, vt euellas, & destruas, & disperdas, & dissipes, & adifices, & plantes.* Refert Hieronymus multos hæc in persona Christi intelligere, neque ipse contradicit, tamen in Hieremia etiam completa certò affirmer.

9. Ezech. 2. *Fili hominis mitto ego te ad filios Israël, ad gentes apostatrices, qua recesserunt à me. Patres eorum prauaricati sunt pactum meum vsque ad diem hanc. Et filij dura facie & indomabili corde sunt.* Ezechiel Christum figurauit & nomine & factis.

10. Ezech. 3. *Ecce dedi faciem tuam valentiolem faciebus eorum, & frontem tuam duriolem frontibus eorum. Vt adamantem & vt silicem dedi faciem tuam.*

11. Psalm. 138. *Nonne qui te oderunt Domine, oderam, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos: inimici facti sunt mihi.* Psalmum hunc à Christo dici, Prosper, Eurymius, Hilarius, Augustinus cõsentiant.

*Iesu vera docentem & vitia corripientem infesti  
persequuntur Scribe & Pharisei.*

### C A P. X I.

I. IOAN. 3. *Nunc autẽ queritis me interficere hominem, qui veritatem vobis locutus sum, quam audiui à Deo.*

**II. Ioán. 7. Nemo ex vobis facit legem. Quid me queritis interficere?**

**III. Luc. 16. Audiebant autem omnia hæc Pbarisæi, qui erant auari, & deridebant illum.**

**IV. Mar. 22. Consiliu[m] inierunt Pbarisæi, vt caperent eum in sermone. Et cætera quæ passim occurrunt.**

1. *Psal. 24. Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, & odio iniquo oderunt me. Ipse Christus de se repetit Ioan. 15. eadem verba extant Psalm. 34. ac 68. Prosper de Prædict. part. 2. cap. 25. Marinar. lib. 2.*

2. *Psal. 108. Os peccatoris & os dolosi super me apertum est. Locuti sunt aduersum me lingua dolosa, & sermonibus odij circumdederunt me, & expugnaverunt me gratis. Pro eo, vt me diligerent, detrahebant mihi, ego autem orabam, & posuerunt aduersum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. Eutymi<sup>9</sup> & Augustinus manifestã esse Prophetiam de Iudæis Christum oppugnantibus. Prosper de Prædict. part. 2. cap. 25. Euseb. lib. 10. ca. 3.*

3. *Sapient. 2. Circumueniamus iustum, quia inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & impropere nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplina nostra. Promittit se scientiam Dei habere, & filium Dei se nominat. Grauis est nobis etiam ad videndum, quoniam dissimilis est alijs vita illius, & immutatae sunt via eius. Tanquam nugaces æstimati sumus ab illo, & abstinet se à vijs nostris tamquam ab immunditijs, & præfert nouissima iustorum, & gloriatur patrem se habere Deum. August. lib. 17. de Ciuit. cap. 20. dicit apertissimam Prophetiam de Christi passione & impijs interfecto[r]ibus eius. Cyprianus recitat hunc totum locum de Christo libro 2. aduersus Iudæos cap. 14. & in libro de Montibus Sion & Sina.*

4. *Hierem. 1. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam & columnam ferream & in murum æreum super omnem*

*omnem terram Regibus Iuda principibus eius, & sacerdotibus, & populo terra. Et bellabunt aduersum te, & non preualebunt, quia ego tecum sum dicit Dominus. Et Hieremiam Christi figuram gelsisse constat.*

5. *Amos. 5. Odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfecte abominati sunt. Marinar. lib. 2. Hierony. lib. 2. in Amos.*

6. *Prou. 15. Non amat pestilens eum qui se corripit.*

7. *Proverb. 1. Veni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustra, deglutiamus eum sicut infernum, viuentem & integrum quasi descendentem in lacum. Augustin. 17. de Ciuitate. cap. 20. de Christo & Iudæis persecutoribus, Beda eo in loco specialem de Christo dicit esse Prophetiam: vbi illud etiam ex Euangelio commemorat, Licet censum dare Cæsari.*

8. *Ibidem. Pedes illorum ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem. Frustra autem iacitur rete ante oculos pennatorum. Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur, & moliuntur fraudes contra animas suas. Sic semita auari animas possidentium rapiunt. Hæc omnia Beda ad Christum & Iudæos confert.*

9. *Esai. 8. Congregamini populi, & vincimini. inite consilium, & dissipabitur loquimini verbum, & non fiet. Et mox, Et erit vobis in sanctificationem: in lapidem autem offensionis & in petram scandali duabus domibus Israel, in laqueum & ruinam habitantibus Hierusalem. & offendent ex eis plurimi, & cadent, & conterentur, & irretientur, & capientur. Extrema huius testimonij ponunt Paulus ad Romanos 9. & Petrus in priore sua epistola cap. 2. Illa vero superiora, Congregamini & vincimini, Cyrill. optime interpretatur de Iudæis à Christo vitis, quoties eum tentarunt. Basil. & Euseb. de persecutione Ecclesie à gentilibus mota magis accipiunt.*

10. *Esai. 63. Ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt & afflixerunt spiritum sancti eius: & conuersus est eis in inimicum. Ipse debellauit eos. Lactantius Firmianus lib. 4. diuin. instit. cap. 12.*

11. *Psal. 16. Inimici mei animam circundederunt, adipe suum concluserunt, os eorum locutum est superbiam. Projicientes me nunc circundederunt me: oculos suos statuerunt declinare in terram. susceperunt me sicut leopardus ad prædam, & sicut catulus leonis habitans in abditis. Augustinus omnia hæc de Christo.*

12. *1. Reg. 18. & 19. Factus est spiritus Domini malus in Saul. sedebat autem in domo sua, & tenebat lanceam. Porro Dauid psallebat manu sua, sicut per singulos dies faciebat. Nisusque Saul configere Dauid lancea in pariete. Porro Dauid declinauit à facie Saul, & lancea castro vulnere perlata est in pariete. Et Dauid fugit, & saluatus est nocte illa. Misit ergo Saul satellites suos, vt custodirent Dauid, & interficeretur mane. Pulchre hæc de Christo Prosper de Prædict. p. 2. cap. 25.*

*Iesus labore itinerum, inopia rerum, multitudine insidiarum exercitam vitam ducens.*

## C A P. XII.

I. **M**ATTH. 4. *Circuibat Iesus totam Galilaam, docens in Synagogis eorum, & prædicans Euangelium Regni. Et cap. 9. Circuibat Iesus omnes ciuitates & castella docens & prædicans.*

II. *Ioan. 4. Iesus autem fatigatus ex itinere, sedebat sic supra fontem.*

III. *Matth. 8. Vulpes foueas habent, & volucres calididos: filius autem hominis non habet, vbi caput reclinet.*

IV. *Luc. 4. Eiecerunt eum extra ciuitatem, vt precipitarent eum.*

V. *Ioannes 8. Sustulerunt lapides, vt iacerent in eum. Ioan. 9.*

Ioan. 9. *Iam enim conspirauerant Iudai, vt si quis eum confiteretur Christum, extra Synagogam fieret.*

1. Pſal. 87. *Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea.* Eutymius citat Nazianzenum de inopia Christi exponens. idem ferè Arnobius explicans Pſalmi titulum.

2. Pſal. 24. *Respice in me, & miserere mei, quia vnicus, & pauper sum ego. Tribulationes cordis mei multiplicatae sunt: de necessitatibus meis erue me Vide humilitatem meam, & laborem meum, & dimitte vniuersa delicta mea. Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, & odio iniquo oderunt me.* Christum hæc loqui ex ipsius sermone Ioan. 15. perspicuum: non solum ex persona Ecclesiæ, vt bene Augustinus admonet initio huius pſalmi, sed etiam ex persona sua.

3. Pſal. 3. *Domine quid multiplicati sunt, qui tribulant me? multi insurgunt aduersum me.* Et hunc Pſalm. de Christo ad literam compositum docet idem.

4. Pſalm. 70. *Deus quis similis tibi? Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas? & conuersus viuificasti me, & de abyſſis terra iterum reduxisti me.*

5. Esai. 43. *Præbuiſti mihi laborem in iniquitatibus tuis: seruire me fecisti in peccatis tuis.* Irenæus lib. 4. ca. 3. Eusebius lib. 4. cap. 19 Greg. lib. 16. Moral.

6. Thren. 3. *Bonum est viro, cum portauerit iugum ab adolescentia sua: sedebit solitarius, & tacebit, quia leuauit se super se.* Beda ibid.

7. Pſal. 108. *Persecutus est hominem inopem & mendicum, & compunctum corde mortificare.* Augustinus, Eutymius.

8. Pſalm. 9. *Miserere mei Domine: vide humilitatem meam ab inimicis meis. Qui exaltas me de portis meis, vt annuntiem omnes laudationes tuas in portis filiae Sion.* Hoc ille dicit, qui propter nos pauper factus est, ait Augu.

9. Pſal.

9. *Pfal. 39. Annuntiaui iustitiam tuam in Ecclesia magna: ecce labia mea non prohibebo, Domine tu scisti: iustitiam tuam non abscondi in corde meo: & veritatem tuam & salutare tuum dixi. Non abscondi misericordiam tuam & veritatem tuam à concilio multo. Hæc de sedulo Christi studio in Dei verbo prædicando. Paulus sanè hunc Psalmum in persona Christi accipiendum docet, cum ad Heb. 10. quædam de Christo reperit. ita Eutym. ita August.*

*Iesus Hierosolymam a sello vectus ingrediens,  
& magnifice exceptus.*

### CAP. XIII.

I. **M**ATTH. 21. *Adduxerunt asinam & pullum, & imposuerunt super eos vestimenta sua, & eum desuper sedere fecerunt.*

II. *Turba autem qua precedebant, & qua sequebantur, clamabant dicentes, Hosanna filio David. Benedictus qui venit in nomine Domini. Hoc autem est, vt impleretur, quod dictum est.*

1. *Zachar. 9. Exulta satis filia Sion, iubila filia Hierusalem: Ecce Rex tuus veniet tibi iustus & saluator: ipse pauper & ascendens super asinum & super filium asinae. Cyprian. 2. aduers. Iudæos cap. 29. Iustin. in 2. apolog. & in colloquio, Chrysoft. quod Deus sit Christus in 5. tomo. Prosper de prædict. p. 3. cap. 16. Eusebius lib. 9. cap. 17. fusè.*

2. *Esaï. 62. Ecce Dominus auditum fecit in extremis terra. Dicite filia Sion, Ecce saluator tuus venit: ecce merces eius cum eo, & opus eius coram illo. Et vocabunt eum, Populus sanctus, redempti à Domino. Tu autem vocaberis, Quæsita ciuitas, & non derelicta. Cyrillus.*

8. *Pfal. 117. O Domine saluum me fac, ô Domine bene prosperare: benedictus qui venit in nomine Domini. benediximus*



*ximus vobis de domo Domini: Deus Dominus & illuxit nobis. Constituite diem solemnam in condensis vsque ad cornu altaris.* Hierony. in epistola ad Damasum, rogatus ab illo quid esset Ofanna: Cyprian. cont. Iud. lib. 2. ca. 5. Eusebius lib. 9. cap. 18.

4. *Psal. 8. Ex ore infantium & lactentium perfecisti laudem propter inimicos tuos, vt destruas inimicum & vltorem.* Ipse Dominus Matth. 21. Chrysoftom. in demonstrat. quòd Christus sit Deus, Eutymius optime.

5. *Exod. 12. Decima die mensis huius tollat vnusquisque agnum per familias & domos suas. Et seruabitis eum vsque ad quartamdecimam diem mensis huius.* Decima luna ingressus est Iesus Hierosolymam cum ramis palmarum, vt decima quarta immolaretur. Hierony. super cap. 29. Ezechielis.

*Iesus dilectione flagrans in suos, eosque suprema  
cena & mandatis excipiens.*

#### CAP. XIV.

I. **I**OAN. 13. *Ante diem festum Pascha sciens Iesus quia venit hora eius, vt transeat ex hoc mundo ad Patrem, cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos.*

II. *Luc. 22. Desiderio desideravi hoc Pascha manducare vobiscum, antequam patiar.*

III. *Ephes. 3. Scire etiam supereminentem scientia charitatem Christi.*

1. *Eesai. 63. Factus est eis saluator. In omni tribulatione eorum non est tribulatus, & angelus faciei eius saluauit eos: in dilectione sua & in indulgentia sua ipse redemit eos, & portauit eos & eleuauit cunctis diebus seculi.* De his supra libro 5. cap. 1.

2. *Eesai. 46. Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini à meo utero, qui gestamini à me*

*mea vulua. Usque ad senectam ego ipse, & usque ad canos ego portabo: ego feci, ego feram: ego portabo, & saluabo.*  
 Augustin in Psalm. 112.

3. *Gens. 49. Vocauit autem Iacob filios suos, & ait eis, Congregamini, vt annuntiem qua ventura sunt vobis in nouissimis diebus. Congregamini & audite filij Iacob, audite Israel Patrem vestrum Et benedixit singulis, benedictionibus proprijs. In duodecim Patriarchis duodecim Apostolos, in Iacob benedicient iam morituro Christum euntem ad Patrem suosque exhortantē accipe.*

4. *Deuter. 33 Hac est benedictio qua benedixit Moses homo Dei filijs Israel mortem suam. Et in fine benedictionum, Beatus es tu Israel, quis similis tui popule, qui saluaris in Domino? scutum auxiliij tui & gladius gloria tue. negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis. Meminit Prosper de Prædict. part. 1. cap. 13.*

5. 2. *Paralip. 35. Fecit autem Iosias in Hierusalem phase Domino, quod immolatum est, quartadecima die mensis primi. Non fuit phase simile huic in Israel à diebus Samue- tis Propheta: sed nec quisquam de cunctis Regibus Israel fecit phase sicut Iosias. Statim verò attexitur in diuina scriptura vulnus & mors Iosia, quam obiit aliena ex causa. De quo Zacharias capit. 12. & Hierony. illic.*

6. *Cantic. 8. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem, nec flumina obruent illam: si dederit homo omnem substantiam domus sue pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Dionysium legito in 4. cap. de diuin. nomin. vbi docet quemadmodum Deus ipse sit propter amorem extasim passus, hoc est, alienatus quodammodo à se.*

7. *Osee. 11. Et ego quasi nutritus Ephraim portabam eos in brachijs meis, & nescierunt quod curarem eos. In funiculis Adam traham eos, in vinculis charitatis: & ero eis quasi exaltans iugum super maxillas eorum. Et declinaui ad eum,*

*ad eum, vt vesceretur.* Hieronym. lib. 3. in Oseam superiora interpretans, Dedi eis, inquit, esum corporis mei: ipse & cibus & conuiuia.

8. *Cantic. 5. Veni in hortum meum soror mea sponsa Messui myrrham meam cum aromatibus meis: comedi fauam meam cum melle meo: bibi vinum meum cum lacte meo: Comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi.*

9. *Iob. 31. Si non dixerunt viri tabernaculi mei, Quis det de carnibus eius, vt saturemur.* S. Thomas & Ecclesia in officio corporis Christi: Cætera quæ de Eucharistia multa dicenda viderentur, ad aliud opus pertinent, de Ecclesia Christi certa.

*Iesu eximiam humilitatis exemplum.*

C A P. XV.

I. **I**O A N. 13. *Surgit à cœna, & ponit vestimenta sua: & cum accepisset linteum, pracinxit se: deinde misit aquam in petuum, & cepit lauare pedes discipulorum, & extergere linteo, quo erat pracinctus.*

II. *Et infra. Si ergo ego laui pedes vestros. Dominus & Magister, & vos debetis alter alterius lauare pedes.*

III. *Luc. 22. Ego autem in medio vestrum sum sicut qui ministrat.*

IV. *Matth. 20. Sicut filius hominis non venit ministrari, sed ministrare. & dare animam suam in redemptionem pro multis.*

1. *2. Reg. 23. Hæc nomina fortium Dauid. Dauid sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres. Ipse est quasi vermiculus ligni tenerrimus, qui octingentos interfecit impetu vno. Hunc vermiculum tenerrimum in terra reptantem, eundemque & sapientissimum & fortissimum, discas ex Psal. 21. atque ex illius inscriptione Pro verme matutino. Inde agnosces hominem pedibus aduolutum, sine concubitu genitum, pro vestiendis hominibus ligno immortuum.*

2.2. Reg.

2. 2. Reg. 6. *Quam gloriosus fuit hodie Rex Israel discooperiens se ante ancillas seruatorum suorum, & nudatus est, sicut si nudetur vnus de scurris. Et dixit David. Viuit Dominus, quia ludam & vilior fiam plusquam factus sum: & ero humilis in oculis meis, & cum ancillis de quibus locuta es gloriosior apparebo.* Vsq̄ue in hunc diem Synagoga Christi humilitatem irridet: ille autem nudatus & pedibus suorum procumbens, ad exemplum humilitatis glorians inuitat.

3. Exod. 29. & 49. *Cumque laueris patrem cum filijs aqua, indues, & consecrabis, & erunt mihi sacerdotes religionē perpetua. Applicabis Aaron & filios eius ad fores tabernaculi testimonij: & lotos aqua indues sanctis vestibus, vt ministrent mihi, & vnctio eorum in sacerdotium sempiternum proficiat. Fecitque Moyses omnia quae praeceperat Dominus.* Ante lotos quàm consecratos sacerdotes legimus, quod proculdubio Christus exhibuit Apostolis, vt prius ablueret pedes eorum, deinceps mystica cœna corporis sui exciperet, eosdemque aeterni sacerdotij ministros consecrat.

4. Psalm. 104. *In seruum vanundatus est Ioseph, & rursus.*

5. Psalm. 80. *Diuertit ab oneribus dorsum eius: manus eius in cophino seruiuerunt.* Ioseph Christi typum & in humiliatione seruitutis, & in exaltatione gloriæ, Augustinus, Gregorius, Prosper, & omnes patres docent.

6. Esai. 53. *Despectum & nouissimum virorum.* Ipse se non hominem, sed opprobrium hominum declarat, humilians se.

7. Iob. 29. *Et in circuitu meo pueri mei.* Quod dixit Dominus, Ecce ego in medio vestrum sum, sicut qui ministrat.

Iesu

Iesu obedientia vsque ad mortem.

## CAP. XVI.

I. IOAN. 15. Sed vt cognoscat mundus quia diligo Patrem, & sicut mandatum dedit mihi Pater sic facio, surgite eamus hinc.

II. Philipp. 2. Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse equalem Patri: sed semetipsum exinaniuit, formam serui accipiens: in similitudinem hominum factus, & habitu inueniens vt homo. Humiliauit semetipsum factus obediens vsque ad mortem, mortem autem crucis.

III. Hebr. 5. Et quidem cum esset filius Dei, didicit ex his, que passus est, obedientiam.

1. Esai. 11. Et replebit eum spiritus timoris Domini, De Christo esse sermonem notissimum est.

2. Malach. 2. Pactum meum fuit cum eo vita & pacis: & dedi ei timorem, & timuit me: & à facie nominis mei puebat. Lex veritatis fuit in ore eius, & iniquitas non est inuenta in labijs eius. In pace & aequitate ambulauit mecum, & multos auertit ab iniquitate. Quamuis Hieronymus super Malachiam nolit hæc de Christo accipi, accipiunt tamen non immeritò Cyprianus 2. lib. aduers. Iudæ. cap. 5. & Augustinus libr. 18. de Ciuit. Dei cap. 35.

3. Esai 50. Erigit mane, mane erigit mihi aurem: vt audiam quasi magistrum. Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorsum non abij. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus. Nazianzen. in Apolog: Tertullian. 4. contra Marcionem. Origenes homil. 3. in 22. cap. Genes.

4. Psalm. 88. Inueni Dauid seruum meum, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. Sic Paulus citat Acto. 13. quod non de Dauide, sed de Dau-

X dis

dis filio Christo intelligendum docet Augustinus ad Dulcitium quæst. 5. in 4. tomo. Fuit enim mirabilis in Christo obedientia, vt ne minimum quidem vquam à Patris voluntate abfuerit, quin potius quæcunque illi esse grata sciret, perfectissimè semper impleuerit. Hoc valet illa vox, **Faciet omnes voluntates meas**: quæ de nullo alio sanctorum ita plene referri potest: ob id.

5. *Psal. 115. O Domine quia ego seruus tuus: ego seruus tuus & filius ancilla tue.* ob id etiam.

6. *Esaï. 44. Audi Iacob serue meus, & Israël quem elegi. Hæc dicit Dominus faciens & formans te, ab utero auxiliator tuus. Noli timere serue meus Iacob, rectissime quem elegi.* Ad Christum hæc pertinere auctor est Iustinus in colloquio Tryphonis, Ambrosius quoque libr. 1. de Spiritu sancto cap. 7. & Cyrillus hoc loco.

7. *Psal. 39. Sacrificium & oblationem noluisti: aures autem perfecisti mihi. Holocaustum & pro peccato non postulasti: tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptum est de me vt facerem voluntatem tuam, Deus meus volui, & legem tuam in medio cordis mei.* Hoc testimonium commemorat Apostolus ad Hebr. 10. vt ostendat obedientiam Christi in oblatione corporis sui nobis Deum reddidisse pacatum atque propitium, quemadmodum docet etiam ad Romanos scribens. **Le-**

gi potest Eutyimius ac  
cæteri auctores  
hoc loco.

\* \*  
\*

FINIS LIBRI SEPTIMI.

DE



# DE CHRISTO REVELATO

LIBER OCTAVVS.



P R O O E M I V M.



RÆCLARE Irenæus scripsit, antiquissimæ sanctitatis auctor, omnes quidem actus, præcipuè passiones Christi in libris Prophetarum esse descriptas. Legite, inquit, diligentius Prophetas, & inuenietis omnem actionem, & omnem doctrinam,

& omnem passionem Domini nostri Iesu Christi prædicatam in ipsis. Id quod Augustinus copiosè se expertum attestatur, cum scribit contra Faustum Manichæum ad hunc modum: Christus mihi ubique illorum librorum, ubique illarum scripturarum peragranti, siue ex aperto, siue ex occulto occurrit, & reficit, &c. Quamuis autem reliquos actus doctrinamque ac mores Christi vetus scriptura declarat, quemadmodum bona ex parte intelliget, qui superiores libros perlegerit, tamen nusquam Spiritus

*Libr. 12.  
cap. 27.*

X 2 Prophe

1. Pet. 1.

Prophetiæ neque vberior neque illustrior apparet, quàm in Christi passionibus, opprobriis, doloribus decantandis. Vt merito Petrus expresserit prænuntiassè eas quæ in Christo sunt passionès, & posteriores glorias. Cur verò putamus in iis præcedendis Christi contumeliis & cruciatibus Spiritum sanctum ita profusum, nisi vt scandalum crucis ab humanis cordibus remoueret, atque ipsis vocatis sanctis & electis eam Dei sapientiam & virtutem copiosissimè commédaret? Nonne ipse quoque Christus crebro atque aperte discipulos de morte sua & passione commonefaciendos ante putauit? Nam quod inuitis & meritis turpe atque funestum fuit supplicium crucis, id Christo charitate hominum ardenti sponte susceptum, salutis nostræ trophæum est, Dei verò gloriæ decus sempiternû. Quâ ob rem culpæ nos lector non debet, quod in hac parte, dum Christi passionès commemoramus, paulo effusiores simus. Fortassis diuinum pro nobis sacrificatum Agnum, vsque ad particulas etiam ministris dissectum, vberiore & auiditate & fructu Christianus conuiuia epulabitur.

*Iesus ad passionem pergens, & suos  
tristitia plenos consolans.*

## C A P. I.

I. IOAN. 14. *Quia hæc locutus sum vobis, tristitia impleuit cor vestrum: sed ego veritatem dico vobis, expedit vobis vt ego vadam. Et reliqua, quæ longo sermone prosequitur,*

1. 1. Reg. 20. *Osculantes se alterutrum David & Ionathas, stenerunt pariter, David autem amplius. Discessum Danidis Ionathas lachrymis profecutus per accommodationem iuxta ea quæ disputata sunt lib. 3. capit. 12. & 13. non male cœtui Apostolorum ob Christi absen*

ationem  
& 13. nonnon



absentiã mœstissimo aptari potest. Nam Dauidem à Saule tantopere vexatum; Christum à Phariseis morti traditum notare, docent Patres.

2. 1. Machab. 9. Dicebant Iude Machabeo sui: Liberemus animas nostras modo: nos enim pauci sumus. Et ait Iudas: Absit rem istam facere, ut fugiamus ab eis: sed si appropinquavit tempus nostrum, moriamur in virtute propter fratres nostros. Et hoc similiter per accommodationem.

3. Esai. 26. Vade populus meus, abscondere modicum ad momentum, intra cubicula tua; claude ostia tua super te, donec pertranseat indignatio. Hoc Christus suis significavit, cum dixit, Quo ego vado vos non potestis venire modo: & mox, Iterum veniam & recipiam vos ad me ipsum. Basilus autem in Regulis brevioribus cap. 277. de iis qui sæculum fugiunt exponit:

4. Esai. 54. Ut mulierem derelictam & morientem spiritu vocavit te Dominus, & uxorem ab adolescentia abiectam, dixit Deus tuus. Ad punctum in modico dereliqui te; & in miserationibus magnis congregabo. Similem propemodum tristitiæ Apostolicæ causam Christus affert, cum ait, Mulier cum parit tristitiam habet, quia venit hora eius. Et vos igitur nunc quidem tristitiam habetis: similem quoque consolationem addit, Iterum veniam, & gaudebit cor vestrum.

*Iesus horrore mortis mœstitiaque peruasus.*

## CAP. I I.

I. **M**ATT. 26. Assumpto Petro & duobus filiis Zebedæi, cœpit contristari & mœstus esse. Tunc ait illis, Tristis est anima mea vsque ad mortem.

II. Marc. 14. cœpit pavere & tædere.

1. Psal. 54. Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me. Timor & tremor venerunt super me, & contexerunt me tenebra. Cassiodorus & Au-

gustinus Christum hæc loquendi sub ipsum passionis tempus ostendunt: Eutymius etiam Dauidi adscribit, sed magis Christo: refert Marinar. libr. 2. de Conson. Christ. & Prophet. Euseb. lib. 10. dem. 2.

2. Psal. 101. *Oratio pauperis, cum anxius fuerit & effuderit coram Domino precem suam: Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Non auertas faciem tuam a me: in quacunque die tribulor, inclina ad me aurem tuam.* Prosper. hic. Iste pauper Christus est, qui nostra indutus est paupertate, ut quorum suscipit naturam, exequatur & causam. Eodem modo August. in titulo Psalmi, Ecclesia in offic. Passion.

3. Psal. 142. *Anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum.* Ita Hilarius hoc loco, Meminerimus omnia quæcunque sub Prophetæ nomine dicuntur, etiam ad personam Domini esse referenda. Ecclesia planè refert in offic. Passion.

4. Psalm. 41. *Apud me oratio Deo vitæ meæ: dicam Deo, Susceptor meus es: Quare oblitus es mei? & quare contristatus incedo?*

5. 3. Reg. 19. *Timuit ego Elias, & surgens abiit quocunque eum ferebat voluntas, venitque in Bersabee Iuda, & dimisit ibi puerum suum, & perrexit in desertum.* Quandam habet hic Eliæ motus similitudinem cum Saluatoris, nostri timore, discipulisque relictis.

*Iesus torrentem Cedrorum transiens.*

### CAP. III.

I. IOAN. 18. *Egressus est Iesus trans torrentem Cedron cum discipulis suis.*

1. 2. Regis. *Egressus est ergo Rex, & vniuersa domus pedibus suis: omnesque flebant voce magna: Rex quoque transfrediebatur torrentem Cedron.* Pulchrè Cornelius Iansenius Concordiæ suæ Euangelicæ capit. 137. historiam

riam Regum cum Evangelica narratione componit, putatque Ioannem allusisse ad Dauidis lachrymabilem fugam, cum scriptura similia de Christo & Dauide narret.

*Iesus afflictus orans.*

CAP. IIII.

I. **M**ATH. 26. *Procidit in faciem suam, orans, & dicens, Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste.*

*I I. Luc. 22. Et factus in agonia prolixius orabat. Et factus est sudor eius, sicut gutta sanguinis decurrentis in terram,*

1. *Psal. 21. Deus meus clamabo per diem & non exaudies, & nocte & non ad insipientiam mihi. Ne discesseris à me, quoniam tribulatio proxima est, quoniam non est qui adiuuet. Sicut aqua effusus sum, & dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est tamquam cera liquecens in medio ventris mei. Erue à franea Deus animam meam, & de manu canis unicom meam.* Has voces hisque similes in Psalmo in persona Christi poni certissimū est, cum ipse Christus initium Psalmi in cruce pronuntiarit. De oratione vero in horro Gethsemani facta explicat Iustinus in Tryphon. Ambrosius in sermon. 3. Tertullianus contra Iudæos. Ecclesia quoque in officio passionis passim eas repetit, Christum imitans, & agens lege Eusebium lib. 10. cap. ultimo.

2. *Psal. 54. Exaudi Deus orationem meam, & ne despereris deprecationem meam: intende mihi & exaudi me. Conuersus sum in exercitatione mea, & conturbatus à voce inimici, & à tribulatione peccatoris. Quoniam declinauerunt me iniquitates, & in ira molesti erant mihi. Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me, & contexerunt me tenebræ. Et dixi, quis dabit mihi pennas columba, & volabo & requiescam?* Hilarius, Cassiodorus, Augustinus ad Christum referunt

afflictum & orantem. *Marinar. quoque lib. 2. Euseb. lib. 10. cap. 2.*

3. *Psalm. 141. Voce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Dominum deprecatus sum. Effundo in conspectu eius orationem meam, & tribulationem meam ante ipsum pronuntio. & reliqua vsque ad finem Psalmi: quam orationem non tam de se ipso quàm de Domino per Dauid dictam Hilarius asserit: loquitur verò de oratione Domini tempore passionis. Et notandum, quòd titulus habet, Oratio Dauid in spelunca. Talis fuit locus orationis Christi in horto, teste Brocardo. lege Iansenium cap. 137.*

*Iesus à Iuda venditus.*

C A P. V.

I. **M**A T T H. 26. *Quid vultis mihi dare, & eum vobis tradā? At illi constituerunt ei triginta argenteos.*

1. *Zachar. 11. Et dixi ad eos, Si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meam: & si non, quiescite. Et appenderunt mercedem meam, triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me, Projice illud ad statuarium, decorum pretium, quo appretiatus sum ab eis. Citat Matthæus capit. 27. Cyprianus in expositione symboli. Prosper de Prædict. part. 3. cap. 18. Euseb. lib. 1. demonstr. 410.*

2. *Genes. 37. Vendiderunt Ioseph Ismaëlitis, triginta arteis. Ambros. in lib. de Ioseph. ca. 3. Prosper. de Prædict. part. 2. cap. 22. August. latè sermo. 81. de tempore, & libr. 12. cont. Faustum. cap. 28. Tertullian. in lib. contra Iudæos: neque figuræ mysterium euacuatur, etiam si cum aliis non triginta, sed viginti argenteis venditum legamus.*

*Iesus à Iuda proditus.*

C A P. VI.

I. **M**A T T H. 26. *Qui autem tradidit eum, dedit illis signū dicens, Quemcūque osculatus fuero, ipse est tenete*

**V**A I  
signū. n̄i

*tenete eum. Et confestim accedens ad Iesum dixit, Ave Rabbi. & osculatus est eum.*

11. Luc. 22. *Iesus autem dixit illi, Iuda osculo filium hominis tradis?*

1. Psal. 54. *Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem utique: & si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset, abscondissem me forsitan ab eo. Tu vero homo vnanimis, dux meus, & notus meus: qui simul mecum dulces capiebas cibos: in domo Dei ambulauimus cum consensu.* Ambros. lib. 3. offic. cap. vltimo. Prosper de prædict. p. 3. ca. 18. Eutym. Augusti. Cassiodor. Hilarius. Euseb. lib. 10. demonst. 2.

2. Psalm. 40. *Qui manducat mecum panem, leuabit contra me calcaneum suum.* Dominus Matth. 26. Cyprian. in exposit. Symbol. Euseb. lib. 10. ca. 1. fuse, vbi totum Psalmum de Christo optimo capi ait.

3. Psal. 139. *Cogitauerunt iniquitates in corde: tota die constituebant prælia. Acuerunt linguas suas sicut serpentes: venenum aspidum sub labijs eorum. Custodi me Domine de manu peccatoris, & ab hominibus iniquis eripe me. Qui cogitauerunt supplantare gressus meos: absconderunt superbi laqueum mihi: Et funes extenderunt in laqueum: iuxta iter scandalum posuerunt mihi.* Hilarius ita, Loquitur Christus in hoc Psalmo, cum traditorem suum nouit, cum consilia aduersus se inita prospicit, &c.

4. Psal. 108. *Pro eo quod non est recordatus facere misericordiam. Et persecutus est hominem inopem, & mendicum, & punctum corde mortificare. Et dilexit maledictionem, & veniet ei. & reliqua.* Totum Psalmum de Iuda peccatore compositum indicat Petrus Actor. 1. & secundum eum interpretes Psalmorum. Euseb. lib. 10. demonst. 3. latè.

5. 2. Reg. 17. *Dixit Achitophel ad Absalon, Eligam mihi duodecim millia virorum, & consurgens persequar David*

X 5 hac

*hac nocte, & irruens super eum percutiam eum: cumque fugerit omnis populus, qui cum eo est, percutiam Regem desolatam. Vnum enim virum tu queris, & omnis populus erit in pace.* Augustinus super 1. salm. 7. docet Achitophel Iudæ proditoris tenuisse figuram, vnde ruina fratris interpretatur.

6. 2. Reg. 3. *Adduxit eum Ioab ad medium porta, vt loqueretur ei in dolo. Et percussit illum ibi.*

7. 2. Reg. 20. *Dixit itaque Ioab ad Amasam: Salue mihi frater. Et tenuit manu dextera mentum Amasa, quasi osculans eum. Porro Amasa non obseruauit gladium, quem habebat Ioab: qui percussit eum.*

8. 3. Reg. 2. *Effudit sanguinem belli in pace. Abneris & Amasæ interitum ob prodicionem Ioab vehementer detestatur David, Salomoni commendans, vt meritas ab eo pœnas exigeret. fuit vero factum atrox, & Iudæ traditoris parricidio simillimum.*

*Iesus comprehensus & ligatus.*

## CAP. VII.

I. **M**ATH. 26. *Tunc accesserunt, & manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum.*

II. Ioan. 18. *Cohors ergo & tribunus & ministri Iudeorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum.*

1. Thren. 4. *Spiritus oris nostri Christus Dominus, captus est in peccatis nostris.* Augustin. 18. de Ciuit. cap. 33. Ambros. in Psalm. 118. sermon. 15. Cyprian. in exposit. symb. Prosper de Prædict. p. 2. cap. 21. Euseb. libr. 4. cap. 24.

2. Psal. 139. *Abconderunt superbi laqueum mihi, & funes extenderunt in laqueum.* Hilarius.

3. Esai. 53. *Oblatus est, quia ipse voluit, & non aperuit os suum: sicut ouis ad occisionem ducetur.* Augustin. 2. de consens. Euang. ca. 31. & in 1. lib. contra aduersarium legis

legis & Prophetarum. Iustin. in 2. apolog. & in Trypho. Chryf. in demonstrat. quòd Christus sit Deus.

4. *Thren. 3. Venatione ceperunt me quasi auem inimici mei gratis.* Hieronymus, autem intelligit Dominum captum ab inimicis.

5. *Pfal. 70. Consilium fecerunt in vnum, dicentes, Deus dereliquit eum: persequimini & comprehendite, quia non est qui eripiat.* August. conc. 1. in hunc Psalmum, Christus infirmus factus est inter manus inimicorum, & quasi nihil valens comprehensus est.

6. *Hierem. 37. Comprehendit Ierias Hieremiam, & adduxit eum ad principes. Quam ob rem irati principes contra Hieremiam, casum eum miserunt in carcerem.* Hieronymus in cap. 11. Hieremiæ ita scribit, Illam sequamur regulam, quòd omnes Prophetæ in typum Domini Saluatoris pleraque gesserint, & quicquid circa præsens tempus completum sit in Hieremia, hoc in futurum de Domino Prophetati. Hac Hieronymi regula sæpe nobis vtendum erit.

*Iesus desertus à suis.*

### CAP. VIII.

I. **M**ATH. 26. Tunc discipuli omnes, relicto eo, fugerunt.

II. *Marc. 14. Tunc discipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt.*

1. *Zachar. 13. Framea suscitare super pastorem meum, & super virum coherentem mihi, dicit Dominus exercituum: Percute pastorem, & dispergentur oves.* Ipse Christus Matth. 26. Iustin. in Tryphone. Rupertus libr. 5. in Zachariam.

2. *Esaï. 63. Torcular calcaui solus, & ex gentibus non est vir mecum.* Cyprian. in exposit. Symboli, & lib. 2. epist. 7. Cyrillus in Esaïam, Gregorius 2. lib. in Ezechi. homil. 13.

3. *Ibi*

3. *Ibidem*, *Circumspexi & non erat auxiliator, quasi & non fuit qui adiuuaret.* Ambros. de Institut. vir. ca. 7. Cyrillus hic, Marianus. lib. 2.

4. *Psal. 11. Saluum me fac Domine, quoniam defecit sanctus: quoniam diminuta sunt veritates à filijs hominum.* Hieronymus in 63. cap. Esai.

5. *Psal. 68. In conspectu tuo sunt omnes qui tribulant me. Improperium expectauit cor meum & miseriam. & sustinui qui simul contristaretur, & non fuit: & qui consolaretur, & non inueni.* Ecclesia in offic. passionis, Arnobius, Eutymius, & reliqui tractatores.

6. *Psal. 30. Super omnes inimicos meos factus sum opprobrium vicinis meis valde, & timor notis meis. Qui videbant me, foras fugerunt à me. Obliuioni datus sum, tanquam mortuus à corde.* Casiodorus notos vocat Apostolos, qui Christum deseruerunt, iuxta illud, Percute pastorem, & dispergentur oues. Vide Augustinum, & reliquos, Marinar. lib. 2.

7. *Psal. 87. Longe fecisti notos meos à me: posuerunt me abominationem sibi.* D. Irenæus libr. 4. capit. 66. Notos Apostolos explicant Casiodorus, Eutymius.

8. *Ibidem. Circundederunt me sicut aqua, tota die circundederunt me simul. Elongasti à me amicum & proximum, & notos meos à miseria.*

9. *Psal. 37. Amici mei & proximi aduersum me appropinquauerunt, & steterunt. Et qui iuxta me erant, de longe steterunt: & vim faciebant qui querebant animam meam.* Iustin. in colloquio. Ecclesia in offic. passionis. Augustinus hic, Proximi erant Apostoli, qui tamen de longe steterunt.

10. *Iob. 19. Fratres meos longe fecit à me: & noti mei quasi alieni recesserunt à me. Dereliquerunt me propinqui mei: & qui me nouerant, obliui sunt mei.* Gregor. libr. 14. moral. cap. 21. ad Christum quidem refert, sed generaliter



raliter propter infidelitatem Iudæorum: Ecclesia in offic. passionis magis propter fugam Apostolorum.

11. *Iob. 6. Fratres mei praterierunt me, sicut torrens, qui raptim transit in conuallibus.* Passionibus Iob Christum præfiguratum tradit Greg. lib. 6. moral. cap. 1. & lib. 17. cap. 1. Hieronymus quoque, siue quisquis is auctor est, in præfatione & in fine libri Iob.

12. *Iob. 30. Insidiati sunt mihi, & preualuerunt: & non fuit qui ferret auxilium.* Pleraque in Iob de passionibus ipsius magis secundum Prophetiam de saluatore intelligi, quam per historiam de ipso, quiuis facile perspiciet, si quæ commemorantur, aduertet. Quæ regula sæpe in hoc libro de passione Domini vtendum necessario est, iuxta ea quæ tradit Gregorius Papa lib. 1. Moral. cap. 25 & lib. 2. cap. 22. & lib. 3. cap. 11. Rupertus quoque Tuitiensis de operibus spiritus sancti, lib. 2. cap. 3. & 10.

*Iesus alapa percussus à seruo.*

## CAP. IX.

I. IOAN. 18. *Vnus assistens ministrorum dedit alapam Iesu, dicens. Sic respondes Pontifici?*

1. *Thren. 3. Dabit percutienti se maxillam.* Prosper de Prædic. p. 3. cap. 29. Rupertus in Hierem. lib. 1. ca. 68. Morinar. lib. 2.

2. *Iob. 16. Exprobrantes percusserunt maxillam meam.* Gregorius & Hieronymus ibi.

3. *Michæ. 5. In virga percutient maxillam iudicis Israël.* Hieronym. lib. 2. in Michæ. Marinar. lib. 2.

4. 3. Reg. 22. *Accessit autem Sedecias filius Chanaan, & percussit Michaam in maxillam.* Memineris regulæ Hieronymianæ supra positæ cap. 7. huius libri.

*Iesus*

*Iesus ductus in concilium Iudeorum.*

C A P. X.

I. **M**ATTH. 26. *At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caipham principem sacerdotum, ubi scribae & seniores conuenerant. Principes autem sacerdotum, & omne concilium querebant falsum testimonium aduersus Iesum, ut eum morti traderent.*

II. Ioan. 18. *Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis, & de doctrina eius.*

1. Psal. 16. *Susceperunt me sicut leo paratus ad pradam, & sicut catulus leonis habitans in abditis.* Calsiadorus, Quando gladijs, inquit, & fustibus eum insanorum turba circundedit iuxta Euangelicam veritatem.

2. Ibidem, *Inimici mei animam meam circundederunt, adipem suum concluserunt: os eorum loquutum est superbiam. Projicientes me nunc circundederunt me, oculos suos statuerunt declinare in terram.* Ecclesia in offic. Pass.

3. Psal. 21. *Circundederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me: aperuerunt super me os suum sicut leo rapiens & rugiens.* Iustin. in colloq. de Christo comprehenso & ad Phariseos adducto. Augustin. epist. 120. cap. 14. Euseb. lib. 10. cap. 8.

4. Ibidem. *Circundederunt me canes multi, concilium malignantium obsedit me.*

Ecclesia saepe in offic. Passionis.

5. Psal. 63. *Protexisti me à conuentu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem.* Aug. Calsiador.

6. Psal. 68. *Auersum me loquebantur, qui sedebant in porta: & in me psallebant, qui bibebant vinum.* Eutym. Arnob.

7. Psal. 34. *Tentaerunt me: subsannauerunt me subsannatione: frenduerunt super me dentibus suis.* Calsiado.

8. Genes. 49. *Simeon & Leui fratres, vasa iniquitatis bellantia: in consilium eorum non veniat anima mea, & in*

*cœtu illorum non sit gloria mea.* Tertullian. 3. lib. contra Marcionem, Ambrosius de Benedictiõibus Patriarcharum ca. 3. docent has tribus in passione Domini fuisse præcipuas.

9. *Psal. 70. Dixerunt inimici mei mihi: & qui custodiebant animam meam, consilium fecerunt in vnum, dicentes, Deus dereliquit eum, persequimini, & comprehendite eum, quia non est, qui eripiat.* August. de Christo. Ecclesia in offic. Passionis.

10. *Hierem. 11. Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam: & non cognoui, quia cogitauerunt super me consilia, dicentes, Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viventium, & nomen eius non memoretur amplius.* Iustinus in colloquio Tryphonis ait, hæc erasa fuisse à Iudæis, ne cõuincerentur de Christi nece. Cyprian 2. aduers. Iud. cap. 15. Ecclesi. in offic. Passionis. Quod autem dicit se Christus ignorasse consilia Iudæorum aduersum se, solum indicat ita se mansuetum ac beneuolum illis exhibuisse, ac si esset insidiarum inscius. Alioqui in eodem Propheta Hieremia dicit, Tu demonstraisti mihi omne studium eorum in malum.

Sed considerandum est multa esse à Prophetis prædicta de Christo, quæ sunt veluti communia passioni ipsius vniuersæ, ac proinde in plura loca æquè quadrant, vt desertum à suis, appetitum ab infidis Iudæis, illorum cœtum grauitè insultasse Christo, consilia funesta agitasse, atque ad hunc modum pleraque. Nos tamen specialibus locis applicamus, nullo modo prohibentes alijs plerisque iungi: quin potius necessario vel repetenda sunt vel intelligenda in alijs atque alijs partibus huius tam exquisiti Christi certaminis. Quæ regula semel proposita & superioribus & sequentibus seruiat.

*Iesus*

*Iesus à falsis testibus accusatus.*

CAP. XI.

I. **M**ARC. 14. *Multi testimonium falsum dicebant aduersus eum, & conuenientia testimonia non erant.*

II. *Matth. 26. Nouissime autem venerunt duo falsi testes, & dixerunt, Hic dixit, Possum destruere templum Dei, & post triduum readificare illud.*

1. *Psal. 26. Ne tradideris me in animas tribulantium me, quia insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. Eccles. in offic. Passion. Marina. libr. 2.*

2. *Psal. 34. Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam, interrogabant me. Eutym. August. Eccles. in offic. Pass.*

3. *Iob. 16. Suscitur falsiloquus aduersus faciem meam, contradicens mihi. Hieronym. Falsiloquus populus Iudæorum in Christum.*

4. *3. Reg. 21. Submittite duos viros filios Belial contra Naboth, & falsum testimonium dicant, Benedixit Deum & Regem: & educite eum & lapidate, sicque moriatur. Fecerunt ergo, sicut præceperat eis. Rupertus in libr. Reg. lib. 5. cap. 14. Glossa interlinearis illic, Et Christus falsis testibus extra portam passus est. Ambrosius in exhortatione ad Virgin. sic, Nabuthe, qui venit à patre, interstat, qui pro nobis mortuus est, pro nobis falsis appetitus testimonijs.*

*Iesus reus mortis iudicatus & blasphemus, quod Filium Dei se faceret.*

CAP. XII.

I. **M**ARC. 14. *Rursum summus sacerdos interrogabat eum, & dixit ei, Tu es Christus filius Dei benedicti? Iesus autem dixit, Ego sum. Summus autem sacerdos scidit vestimenta sua, & ait, Audistis blasphemiam? Quid vobis videtur? Qui omnes condemnauerunt eum esse reum mortis.*

II. *Mat.*

I I. *Matth. 26. Dixerunt, Reus est mortis.*

1. *Sapient. 2. Promittit se scientiam Dei habere, & filium Dei se nominat. Morte turpissima condemnemus eum. August. 12. contra Faustum cap. 44. Cyprian. 2. aduers. Iudæ. cap. 14. Ecclesi. in offic. Passionis.*

2. *Hier. 18. Dixerunt, Venite & percutiamus eum lingua, & non attendamus ad vniuersos sermones eius. Hier. ibi.*

3. *Hier. 18. Tu autem Domine scis omne consilium eorum aduersum me in mortem. Bene Hieronymus scribit, manifestissimam esse de Christo Prophetiam.*

4. *Hierem. 11. Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius. Tertul. 3. cont. Marcionem. Athanas. de Incarnat. Verbi, Cyprian. 2. aduers. Iudæ. capit. 20. Hieronym. libr. 2. in Hierem.*

5. *Psal. 30. In eo dum conuenirent simul aduersum me: accipere animam meam consiliati sunt. Casiodorus de insidijs & consilio Iudæorum. Arnobius.*

6. *Psal. 37. Vim faciebant, qui querebant animam meam: & qui inquirebant mala mihi, locuti sunt vanitates, & dolos tota die meditabantur. Ecclesi. in offic. pass. Augustinus, Vim faciebant, & crucifigebant, querebant crimina, de Christo, mala de bono, scelera de innocente.*

7. *Psal. 85. Deus iniqui insurrexerunt super me, & synagoga potentium, quaesierunt animam meam, & non proposuerunt te in conspectu suo. August. Synagoga, inquit, superbiorum Iudæorum in caput nostrum Christum insurrexit, dicens, Crucifige.*

*Iesus à Petro abnegatus, eumque benigne respiciens.*

### C A P. XIII.

I. **M**ARC. 26. *Petrus negauit coram omnibus, dicens, Nescio quid dicis. Et iterum negauit cum iuramento, Quia non noui hominem. Et continuo gallus*

Y cantauit

*cantauit: & recordatus est Petrus, & egressus fleuit amarè.*

II. Luc. 22. *Et conuersus Dominus respexit Petram. Et recordatus est Petrus verbi Domini. Et egressus foras Petrus fleuit amarè.*

1. Iob. 19. *Et quem maxime diligebam, aduersatus est à me.* Gregor. 14. Moral. cap. 23. de Christo. *Meminisse oportet, quæ supra cap. 8. in fine diximus de passionibus Iob.*

2. Psal. 11. *Saluum me fac Deus, quoniam defecit sanctus, & diminuta sunt veritates à filijs hominum.* Hieronymus ad negationem Petri refert in 63. cap. Esai.

3. Thren. 4. *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus? dispersi sunt lapides sanctuarij in capite omnium platearum? Filij Sion incliti, & amicti auro primo, quomodo reputati sunt in vasa testea, opus manuum figuli?* Generalis quidem sententia de viris spiritualibus cadentibus, vt docet Gregorius: sed præcipue Apostolos tangit, quos lapidibus sanctuarij, id est rationalis, notari tradit Hieronymus.

4. Hierem. 31. *Conuerte me, & conuertar: quia tu Domine Deus meus. Postquam enim conuertisti me, egi pœnitentiam: & postquam ostendisti mihi, percussi femur meum. Confusus sum & erubui.* Hæc quoque sententia omnibus pœnitentibus cõgruit, sed Petro maximè, quem primo respexit Iesus, deinde deserto prætorio egit pœnitentiam flens largiter.

5. Oratio Manasses. in fine 3. Paralip. *Peccaui super numerum arena maris: multiplicata sunt iniquitates meæ Domine: multiplicata sunt iniquitates. & non sum dignus intueri altitudinem cœli præ multitudine iniquitatũ mearum.* Per accommodationem tribui possunt Petro flenti, quemadmodum & sequentia.

6. Thren. 2. *Deduc quasi torrente lachrymas per diem & noctem: nõ des requiem tibi, neque taceat pupilla oculi tui.*

Iesus

Iesus colaphis palmisque percussus,  
 consputus, & illusus.

## CAP. XIV.

I. **M**ATH. 26. Expuerunt in faciem eius, & colaphis eum ceciderunt, alij autem parmas in faciem eius dederunt, dicentes, Prophetiza nobis Christe, quis est, qui te percussit?

II. Marc. 14. Ministri alapis eum cadebant.

III. Luc. 22. Viri qui tenebant Iesum, illudebant ei, cadentes. Et velauerunt eum, & percutiebant faciem eius, & interrogabant eum dicentes, Prophetiza. Et alia multa blasphemantes dicebant in eum.

I. Job. 16. Aperuerunt super me ora sua: & exprobrantes percusserunt maxillam meam. Satiati sunt pœnis meis. Ecclesia in officio Palsionis ex hoc contextu nonnulla vsurpat. Hieronymus omnia de Christo. Nam iuxta historiam nihil tale accidisse Job legimus.

2. Job. 30. Factus sum eis in prouerbiu. Abominantur me, & longe fugiunt a me, & faciem meam conspuere non verentur. Obsecro quando Iobi faciem consputam legis? Bene ergo Hieronymus ibi, siue quiuis ille auctor sit, Faciem consputam Saluatoris Euangelia testantur.

3. Thren. 3. Dabit percutienti se maxillam: saturabitur opprobrijs. Prosper de Diuin. Prædict. part. 3. capit. 19. Rupertus in Hieremiam lib. 1. cap. 68.

4. Hierem. 15. Tu scis Domine: recordare mei, & visita me, & euerge me ab ijs qui me persequuntur. Noli in patientia tua suscipere me: scito, quoniam sustinui propter te opprobrium. Eccles. in offic. Palsionis.

5. Esai. 50. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non auerti ab increpantibus & conspuentibus in me. Dominus Deus auxiliator meus,

Y 2 meus,

*meus, ideo non sum confusus: ideo posui faciem meam v̄t petram durissimam, & scio quoniam non confundar.* Illustrissima est Prophetia, quam penè omnes auctores referunt. Athanasius ad Epitectum contra hæreticos. Irenæus lib. 4. cap. 66. Iustinus in 2. apolog. pro Christianis. Cyprianus in exposit. Symboli. Chrysoptom. in demonstrat. quòd Christus sit Deus. Prosper de Prædict. part. 3. cap. 19. Ecclesia denique in offic. Pasionis.

6. *Esai. 57. Vos autem accedite huc filij auguratricis, semen adulteri & fornicaria. Super quem iurastis? super quem eiecistis linguam, & dilatastis os?* Et hæc non minus illustris contra illusores Domini, sacrilegos auguratores. Meminit Iustinus in colloquio, & Cyprianus in exposit. Symboli.

7. *Thren. 3. Factus sum in derisum omni populo meo: canticum eorum tota die.* Eccles. in offic. pass. Marinar. libr. 2.

8. *Hierem. 20. Factus sum in derisum tota die: omnes subsannant me.* Idem Marinarius in eodem opere.

9. *Psal. 68. Opprobria exprobrantium tibi ceciderunt super me.* Paulus de Christo ad Roman. 15. Ecclesia in officio Parasceues.

10. *Ibidem. Factus sum illis in parabolam: aduersum me loquebantur, qui sedebant in porta, & in me psallebant, qui bibebant vinum.*

11. *Zachar. 3. Et Iesus erat indutus vestibus sordidis.* De Christo prædictum monent Iustinus in Tryphon. Cyprianus libr. 2. aduersus Iudæos cap. 13. Augustinus lib. 12. contra Faustum cap. 36. Euseb. libr. 4. cap. 19. in passione completum docet.

12. *Iudic. 16. Cum apprehendissent Philistijm Samson, eruerunt oculos eius. Latantesque per conuiuia, praeceperunt, vt vocaretur Samson, & ante eos luderet.* August. serm.



Sermon. 108. de Tempore pulchrè in Samfone notat  
Christi figuram. Prosper de Prædict. part. 2. cap. 22.

*Concilium Iudaorum & furor gen-  
tium aduersus IESVM.*

## CAP. XV.

I. **M**ARC. 15. *Et confestim mane consilium facien-  
tes summi sacerdotes cum senioribus, & scribis,  
& vniuerso concilio, vincientes Iesum duxerunt, & tradi-  
derunt Pilato.*

II. Marc. 27. *Mane autem factò consilium inierunt om-  
nes principes sacerdotum & seniores populi aduersus Ie-  
sum, vt eum morti traderent.*

1. Psal. 2. *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati  
sunt inania? Astiterunt Reges terra, & principes conuene-  
runt in vnum, aduersus Dominum & aduersus Christum  
eius. Actor. 4. refertur & explicatur à Spiritu sancto.  
Ecclesia in offic. Passionis.*

*Iesus vinctus & traditus Pilato.*

## CAP. XVI.

I. **M**ATH. 27. *Et vinctum adduxerunt eum, &  
tradiderunt Pontio Pilato Prasidi.*

1. Herem. 11. *Tu ostendisti mihi studia eorum: & ego qua-  
si agnus mansuetus, qui portatur ad victimam.*

*Iudas ob Iesum traditum peniten-  
tia ductus & suspensus.*

## CAP. XVII.

I. **M**ATH. 27. *Tunc videns Iudas, qui eum tradi-  
dit, quòd damnatus esset, proiectis argenteis in  
templo, recessit, & abiens laqueo se suspendit. Actor. 1.  
Possedit agrum de mercede iniquitatis, & suspensus crepuit*

Y 3      medius,

*medius, & diffusa sunt viscera eius.*

1. Psal. 108. *Cum iudicatur, exeat condemnatus, & oratio eius fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci, & episcopatum eius accipiat alter.* Petrus Apostolus, Act. 1. Chrysof. quòd Christus sit Deus. Leo in sermo. de pass. Domin. Euseb. lib. 10. cap. 3. diffusè.

2. *Ibidem. Persecutus est hominem inopem & mendicum, & compunctum corde mortificare: & dilexit maledictionem, & veniet ei: & noluit benedictionem, & elongabitur ab eo Et induit maledictionem sicut vestimentum, & intrauit sicut aqua in interiora eius, & sicut oleum in ossibus eius.* Prosper, & Eurymius cæteri que consentiunt Psalmum 108. totum esse Propheticum, in Iudam ac complices eius dictatum: lege Eusebium lib. 10. demonstrat. 3. vbi ex professo tractat.

3. 2. Reg. 17. *Porro Achitophel videns quòd non esset factum consilium suum, surrexit & abiit in domum suam: & disposita domo sua suspendio interiit.* Augustinus in Psal. 7. docet Achitophel Iudæ figuram exitisse. Rupertus quoque in lib. 2. Reg. cap. 35. Marinar. lib. 2.

*Iesus multis modis accusatus apud Præsidentem à Iudæis.*

### C A P. X V I I I.

I. **L** V c. 23. *Cœperunt illum accusare, dicentes, Hunc Linuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dari Casari, & dicentem se Christum Regem esse.*

II. Ioan. 18. *Si non esset hic malefactor, non tibi tradidissimus eum.*

1. Hierem 38 *Dixerunt Principes Regi, Rogamus vt occidatur homo iste: de industria enim dissoluit manus virorum bellantium, & manus vniuersi populi, loquens ad eos iuxta verba hæc. Siquidem homo iste non querit pacem populo huic, sed malum.* Marinar. lib. 2. Hieronym.

2. Iob. 19. *Persequamur eum, & radicem verbi inueniamus*

*mus*

*mus contra eum. Supra capit. 8.*

3. *Psal. 63. Exaceruerunt vt gladium linguas suas, intenderunt arcum rem amaram: vt sagittent in occultis immaculatum. Subito sagittabunt eum: & non timebunt: firmauerunt sibi sermonem nequam. August. & Casiodor. totum Psalmum de Christo Propheticum.*

4. *Psal. 13. Sepulchrum patens est guttur eorum, linguis suis dolose agebant: venenum aspidum sub labiis eorum, quorum os maledictione & amaritudine plenum est. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Subaudiendum, Domini Saluatoris, inquit hic Casiodorus.*

5. *Psal. 139. Eripe me Domine ab homine malo: à viro iniquo eripe me. Qui cogitauerunt iniquitates in corde: tota die constituerunt praelia. Acuerunt linguam suam sicut serpentes, venenum aspidum sub labijs eorum. Eccles. in offic. pass. Hilarius totum Psalmum 139. de Domini passione cantatum.*

*Iesus ad omnia sibi obiecta tacens.*

## C A P. XIX.

I. **M**ATH. 26. *Cum accusaretur à Principibus Sacerdotum & senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus: Non audis, quanta aduersum te dicunt testimonia? Et non respondit ei vllum verbum, ita vt miraretur preses vehementer.*

1. *Eesai. 53. Oblatus est quia ipse voluit, & non aperuit os suum: sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tondente se obmutescet, & non aperiet os suum. Augustinus lib. 12. contra Faustum Manichæum cap. 43. referes hanc de Christo Prophetã, Tam aperta, inquit, hæc sunt, vt frustra queratur expositor. Idem de consens. euang. lib. 2. c. 31. & tract. in Ioan. 117. & lib. 2. contra aduers. legis & Proph. Irenæus hb. 4. c. 66. Cypri. in expos. Sym. Chryf. quòd Christ⁹ sit Deus.*

2. *Psal. 37. Qui inquirebāt mala mihi locuti sunt vanita-*

Y 48 res,

tes, & dolos tota die meditabantur. Ego autē tamquā surdus non audiebam, & sicut mutus non aperiens os suum. Et factus sum sicut homo non audiens, & non habens in ore suo redargutiones. Anselmus in speculo cap. 6. Iustin. in Trypho. Cyprian. in exposit. Symb. Aug. hic, Oportebat, vt taceret in passione, nō taciturus in iudicio.

3. Ezech. 3. Et tu fili hominis, ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis, & non egredieris in medio eorum. Et linguam tuam adherere faciam palato tuo: & eris mutus, nec quasi vir obiurgans. Quia domus exasperans est. Marinar. lib. 2.

Iesus ab Herode & curia eius spretus.

C A P. X X.

I. **L** V. c. 23. Spreuit autem illum. Herodes cum exercitu suo, & illisit indutum veste alba, & remisit ad Pilatum.

1. Psal. 30. Factus sum tamquam vas perditum: quoniam audiui vituperationem multorum. Casiodorus.

2. 1. Reg. 21. Et ait Achis ad seruos suos, Vidistis hominem insanum? quare adduxistis eum ad me? An desunt nobis furiosi, quod introduxistis istum vt fureret me presente? August. in Psal. 33. conc. 1. fusè & elegāter. Idem in Psal. 55. in titulo, in illa verba, Cum tenuerunt eum Allophili in Geth. Casiodorus ibidem. Rupertus verò lib. 2. in lib. Reg. c. 8. interpretatur quidem de Christo, sed aliter, vt etiā Rabanus & Isidorus in Glossa.

3. Osee. 10. Et ligantes adduxerunt eum Regi munus in palatium Assyrii. Hoc dumtaxat iuxta septuaginta, quòrum lectionem sequens Iustinus affirmat certam esse Prophetiam de Christo transmissa à Pilato ad Herodem, quem dicit significari per palatium Assyrii, quod esset reuera Assyrius genere: eodem modo Cyprianus in exposit. Symboli. Hieronymus nihil meminit.

Iesus

*Iesus à plebe Iudaorum Barraba electo repudiatus.*

## C A P. XXI.

I. **M**ATH. 27. *Dixit Pilatus, Quem vultis dimittam vobis? Barrabam, an Iesum qui dicitur Christus? At illi dixerunt Barrabam.*

II. **LUC.** 23. *Exclamauit simul vniuersa turba dicens, Tolle hunc, & dimitte nobis Barrabam: qui erat propter seditionem quamdam factam in ciuitate & homicidium missus in carcerem.*

1. **2. Reg.** 20. *Accidit vt ibi esset vir Belial, nomine Seba, filius Bochri, vir Iemineus: & cecinit buccina, & ait, Non est nobis pars in Dauid. Et separatus est omnis Israel à Dauid: secutusque est Seba filium Bochri. Qui Sebam prætulere Dauidi Regi, iisdem Barrabam Christo.*

2. **Hierem.** 2. *Hac dicit Dominus, Quid inuenerunt in me iniquitatis patres vestri, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt post vanitatem, & vani facti sunt?*

3. **Mich.** 6. *Popule meus, quid feci tibi, aut quid molestus fui? responde mihi. Quia eduxi te de terra Aegypti: & de domo seruentium liberaui? Tale quid conqueritur Christus de Iudæis, vt etiam Ecclesia in Parasceue commemorat.*

4. **Ose.** 3. *Diligit Dominus filias Israel, & ipsi respiciunt ad Deos alienos, & diligunt vinacia vuarum. Et hæc Christi querela est.*

*Iesus flagellis casus.*

## C A P. XXII.

I. **I**OAN. 19. *Apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit.*

1. **Iesai.** 50. *Dorsum meum dedi ad flagella. Iuxta translationem Septuaginta: quam Prophetiam de Christo flagellato celebrant Sancti Patres. S. Leo Papa serm. 4 & 15. de Passione Domini. Cyprianus lib. 2. ad Quirinum cap. 13. Irenæus libr. 4. contra hæreses cap. 66. Prosper de Prædict. p. 3. cap. 19. Tertullianus*

Y 5 lib. 3.

lib. 3. contra Marcionem. Iustinus in 2. apolog. pro Christianis. Athanasius ad Epictetum contra hæreticos, & alij sæpe. Euseb. lib. 6. cap. 23.

2. Psal. 37. *Ego in flagella paratus sum, & dolor meus in conspectu meo semper.* August. in Psal. 37. de Christo. Marinar. lib. 2.

3. Iob. 19. *Saltem nunc intelligite, quia Deus non a quo iudicio afflixerit me, & flagellis suis me cinxerit.* Supra c. 8.

4. Iob. 16. *Conscidit me vulnere super vulnus, irruit in me quasi gigas.* Hieronym. de Christo.

5. Esai. 53. *Et Dominus vult contere eum verberere.* Sic recitat Iustinus in colloquio.

6. Psal. 34. *Congregata sunt super me flagella, & ignoraui.* Nempe causam. Hic Hieron. Flagellatum Dominum narrant Euangelia.

7. Psal. 68. *Quæ non rapui, tunc exolvebam.* Anselmus in speculo cap. 10. Irenæus lib. 4. cap. 66.

8. 2. Machab. 6. *Cum plagis perimeretur Eleazarus, ingemuit, & dixit, Domine qui babes sanctam scientiam, manifeste tu scis, quia cum à morte possem liberari, duos corporis sustineo dolores: secundum animam vero propter timorem tuum libenter hæc patior.* Christus propter amorem potius & Patris & hominum.

*Iesus spinis coronatus, percussus & illusus.*

## C A P. XXIII.

I. **M**ATH. 27. *Tunc milites suscipientes Iesum in prætorium, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem, & exuentes eum, chlamydem coccineam circumdederunt ei. Et pléctentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextera eius. Et genuflexo ante eum illudebant, dicentes, Ave Rex Iudaorum. Et expuentes in eum acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius.*

1. Thren. 3. *Tetendit arcum suum, & posuit me quasi signum*

*signum ad sagittam. Misit in renibus meis filias pharetra sua. Factus sum in derisum omni populo meo. Canticum eorum tota die. Replevit me amaritudinibus: inebriavit me absynthio. Et fregit ad numerum dentes meos: cibavit me in cinere.* Marin. 2. lib. Eccles. in offic. pass.

2. Psal. 31. *Die ac nocte grauata est super me manus tua: conuersus in arumna mea, dum configitur spina.* Prosper, de prædic. p. 3. cap. 20.

3. Iob. 16. *Aperuerunt super me ora sua, & exprobrantes percusserunt maxillam meam: satiati sunt pœnis meis. Conclusis me Deus apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit. Ego ille quondam opulentus, repente contritus sum: tenuit ceruicem meam, confregit me, & posuit me sibi quasi in signum.* Ex hoc capite Iob, desumpsit Ecclesia quædam in officio Parasceues. Nam illa verba, Hostis meus terribilibus oculis aspexit me, præcedunt proximè, quæ de se Christus usurpat.

4. Psal. 38. *Opprobrium insipienti dedisti me: obmutui, & non aperui os meum: quia tu fecisti: amoue à me plagas tuas.*

5. Genes. 22. *Aries harebat vepribus, qui immolatus est ab Abraham.* De spinis coronato Domino & mox immolato in cruce interpretatur. B. Prosper de Prædict. p. 3. c. 20. & August. lib. 3. contra Maximin. c. 26.

*Iesus productus à Pilato & ostentui habitus.*

## CAP. XXIV.

I. IOAN. 19. *Exiuit ergo Iesus portans coronam spineam, & purpureum vestimentum. & dicit eis, Ecce homo.*

1. Esai. 53. *Non est species ei neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus. & desiderauimus. Despectum & nouissimum virorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem, & quasi absconditus vultus eius, & despectus: vnde nec*

*nec reputauimus eum.* Athan. de in carnat. Verb. Tertullian. 3. cont. Marcion. August. iam supra indicatus.

2. Psalm. 68. *Propter te sustinui opprobrium: operuit confusio faciem meam. Extraneus factus sum fratribus meis, & peregrinus filijs matris meae.* Totus Psalmus de Christo est: quod declarant ea quae à Paulo referuntur ad Rom. 14. & à Ioanne 2. & 19. capite.

*Iesus ad mortem crucis instantissime postulatus.*

## CAP. XXV.

I. IOAN. 19. *Cum ergo vidissent eum Pontifices, & ministri, clamabant dicentes, Crucifige, crucifige eum.*

II. Luc. 23. *Instabant vocibus magnis, postulantes, ut crucifigeretur, & inualescebant voces eorum.*

III. Matth. 27. *Dicit illis Pilatus, Quid igitur faciam, de Iesu qui dicitur Christus? Dicunt omnes, Crucifigatur. Ait illi Praeses, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant dicentes, Crucifigatur.*

1. Genes. 49. *Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura. In furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum.* Tertullianus aduers. Iudae. & 3. lib. contra Marcionem. Ambros. de Benedict. Patriarch. cap. 3. *Subneruauerunt taurum, legit Tertullianus, & explanat egregie.*

2. Iob. 16. *Collegit furorem suum in me, & comminans mihi infremuit contra me dentibus suis: hostis meus terribilibus oculis me intuitus est.* Ecclesia in offic. Pasionis.

3. Thren. 3. *Vidisti omnem furorem eorum, vniuersas cogitationes eorum aduersum me. Audisti opprobrium eorum Domine: omnes cogitationes eorum aduersum me. Labia insurgentium mihi, & meditationes eorum aduersum me tota die.* Hieronymus copiose. Ecclesia. in offic. Pasionis.

4. Sap.



4. Sap. 2. *Contumelia & tormento interrogemus eum: morte turpissima condemnemus eum.* August. 12. contra Faust. cap. 4. infra cap. 32. & supra cap. 12.

5. Hierem. 11. *Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viventium, & nomen eius non memoretur amplius.* Supra cap. 10. infra cap. 28.

6. Psal. 34. *Aduersantur mihi inique, qui oderunt me gratis: & annuunt oculis.* Irenæ. lib. 4. cap. 66. Eccles. in offic. Pass.

7. Psal. 55. *Miserere mei Deus, quoniam conculcauit me homo, tota die impugnans tribulauit me. Conculcauerunt me inimici mei tota die: quoniam multi bellantes aduersum me.* Commendat Augustinus hunc Psalmum de Passione Christi.

8. Psal. 59. *Dentes eorum arma & sagitta, & lingua eorū gladius acutus.* Leo Papa serm. 8. de Pass. Domini.

*Iesus à Iudæis negatus rex eorum.*

CAP. XXVI.

I. IOAN. 19. *Dicit eis Pilatus, Regem vestrum crucifigam. Responderunt Pontifices, Non habemus Regem nisi Casarem.*

II. Matt. 27. *Vniuersus populus dixit, Sanguis eius super nos, & super filios nostros.*

1. Danie. 9. *Et post hebdomadas sexaginta duas occidetur Christus, & non erit eius populus, qui eum negaturus est.* Tertulli. in libr. aduers. Iudæos. Rupertus in Danie. lib. 1. ca. 15. Hieron. in cap. 9. Daniel. Quod nos legimus, Occidetur Christus, legit August. lib. 22. contra Faustum ca. 86. Deficiet vnctio. eodem modo multi ex veteribus. idcirco testimonium hoc illustrissimum, quod D. Hieronymi versione patefactum est, minus est ab antiquis patribus frequentatum, quàm tantæ rei magnitudo poscebat. supra lib. 5. cap. 2.

2. Psal.

2. *Pfal. 17. Filij alieni mentiti sunt mihi, filij alieni inueterati sunt, & claudicauerunt a semitis suis. Eripies me de contradictionibus populi, constitues me in caput gentium. Populus, quem non cognoui seruiuit mihi. Hierony. in 1. cap. Esai. Cyprian. lib. 1. adu. Iudæ. cap. 21. Augu. 22. cont. Faustum cap. 86. Greg. hom. 6. in Ezech.*

3. *1. Reg. 8. Non te abiecerunt, sed me, ne regnem super eos iuxta omnia opera sua, qua fecerunt à die, qua edu-xi eos de Aegypto, vsque ad diem hanc, sicut dereliquerunt me, & seruiuerunt djs alienis. Egtegiè Prosper de Præd. p. 2. cap. 24. Iratus Dominus dixit Samueli, Non te isti, sed me spreuerunt: vt illud tunc signaretur, quod post dixerunt Pilato, Non habemus Regem nisi Cæsarem, spernentes Iesum Regem.*

4. *Esai. 1. Filios exaltaui & enutriui: ipsi autem spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israel autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate semini nequam, filijs sceleratis. Dereliquerunt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Hierony. hoc loco: Quod iungitur, Blasphemauerunt sanctum Israël, proprie de Iudæis dicitur conclamantibus, Non habemus Regem, nisi Cæsarem. Tertull. contra Iudæos eodem modo. Cyprianus quoque lib. 1. contra Iudæos.*

5. *Esai 63. In dilectione sua & in indulgentia sua ipse redemit eos, & eleuauit eos, & portauit cunctis diebus sæculi: ipsi autem ad iracundiam prouocauerunt, & afflixerunt spiritum sancti eius: & conuersus est eis in inimicum: ipse debellauit eos. Lactan. lib. 4. ca. 12. Castro, Tunc ad iracundiam prouocasse, cum dixerunt, Non habemus Regem, nisi Cæsarem.*

6. *Hierem. 5. Dices ad eos, Sicut dereliquistis me, & seruiistis Deo alieno in terra uestra: sic seruietis alienis in terra non*

*non vestra. Audi popule stulte, qui non habes cor, qui habentes oculos non videtis. Illic præcedit, Negauerunt Dominum dicentes. Non est ipse. Perspicuæ sunt & plurimæ Prophetiæ de hac populi Iudaici in Deum & in Christum eius iniuria.*

7. *Osee. 10. Et dicent, Non est Rex noster. Non enim timemus Dominum: & rex quid faciet nobis? Loquimini verba visionis inutilis, & ferietis fœdus cum mendacio, & germinabit quasi amaritudo iudicium. Rupertus hoc impletum asserit, cum dixerunt, Non habemus Regem, nisi Cæsarem. Marinar. lib. 2.*

*Iesus innocens à Præside iudicatus, & tamen improbitati Iudeorum traditus.*

## CAP. XXVII.

I. **I**OAN. 18 & 19. *Ter dixit Pilatus Iudæis, Nullam inuenio in eo causam. & querebat dimittere eum.*

II. *Luc. 23. Instabant vocibus magnis, vt crucifigeretur. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem eorum.*

III. *Matth. 27. Videns autem Pilatus, quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret, accepta aqua lauit manus: Iesum autem flagellatum tradidit eis, vt crucifigeretur.*

1. *Daniel. 6. Satrapæ & senatores dixerunt Regi Dario, Daniel de filijs captiuitatis Iudæ non curauit de lege tua, & de edicto quod constituitis: sed tribus temporibus per diem orat obsecratione sua. Quod verbum, vt audiuit Rex, satis contristatus, est & pro Daniele posuit cor, vt liberaret eum: & vsque ad occasum Solis laborabat, vt erueret eum. Viri autem intelligentes Regem dixerunt, scito Rex, quia lex Persarum atque Medorum est, vt non liceat immutari. Tunc Rex præcepit, & adduxerunt Danielem, & miserunt eum in lacum leonum. Pulcherrime hanc Christi figuram in Daniele ad necem postulato & obrento contra Regis voluntatem explicat Rupertus libr. 1. in Da*

in Daniel. capit. 11.

2. Daniel. 14. Babylonij indignati sunt vehementer, quod Bel destructus esset: & dixerunt, cum venissent ad Regem, Trade nobis Danielelem, alioqui interficiemus te & domum tuam. Vidit ergo Rex, quod irruerent in eum vehementer, & necessitate compulsus tradidit eis Danielelem. Qui miserunt eum in lacum leonum. Simile est superiori.

3. Hierem. 38. Dixerunt Principes Regi, Rogamus vt occidatur homo iste: siquidem homo iste non querit pacem populo, sed malum. Et dixit Rex Sedechias, Ecce ipse in manibus vestris est: neque enim fas est Regem negare vobis quicquam. Tulerunt ergo Hieremiam, & proiecerunt eum in lacum, in quo non erat aqua, sed lutum. descenditque Hieremias in cœnum. Marinar. lib. 2. supra cap. 7. huius libri posita est Hieronymi regula.

4. Genes. 37. Cogitauerunt fratres Ioseph illum occidere, & mutuo loquebantur, Ecce somniator venit. Venite occidamus. Audiens autem Ruben nitobatur liberare eum de manibus eorum, & dicebat, Non interficiatis animam eius, nec effundatis sanguinem, sed projicite in cisternam. hoc autem dicebat, volens eripere eum de manibus eorum. August. serm. 81. de tempore. libr. 12. contr. Faustum cap. 28. Prosp. lib. 2. de præd. cap. 22.

5. Iob, 34. Dixit Iob; iustus sum, & Deus subuertit iudicium meum: in iudicando enim me mendacium est: violenta sagitta mea absque vilo peccato. Ab Eliu quidem calumniose hæc obijciuntur Iob: verum ab ipso innocentia sua, & iudicij asperitas meritò declarata est. Typum fuisse Christi patientis satis iam supra ex Gregorio & alijs didicimus.

6. Esai. 57. Iustus perit, & non est qui recogitet in corde suo. Iustin. in 2. apolog. & in Tryphon. Cyprian. 2. aduers. Iudæ. cap. 14.

7. Psal.

7. *Pfal. 3. Non timebo millia populi circumdantis me. Exurge Domine adiuua me: quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa.* Calsiadorus. Hieronymus sic, Dominus de Iudæis frementibus & clamantibus, Tolle, tolle, crucifige eum.

8. *Pfal. 34. Exurge & intende iudicio meo, Deus meus, & Dominus meus in causam meam. Iudica me secundum iustitiam tuam Domine Deus meus, & non supergaudeant mihi, non dicant, deuorauimus eum,* Hieronymus. Vox Christi in passione. August. Tribulatus in capite & in corpore, idest, Ecclesia orat.

*Iesus baiulans sibi crucem.*

CAP. XXVIII.

I. **I**OAN. 19. *Susceperunt autem Iesum, & eduxerunt. Et baiulans sibi crucem, exiuit in eum, qui dicitur Caluarie, locum.*

1. *Genes. 22. Tulit quoque Abraham ligna holocausti, & imposuit super Isaac filium suum.* Præclaram de Christi cruce portata significationem tractant Gregorius in Ezech. homil. 6. Tertullianus 3. libr. contra Marcionem, Augustinus in *Psal. 30. conc. 2. & lib. 12. contra Faustum cap. 25.*

2. *Esaï. 9. Factus est principatus eius super humerum eius.* Propter crucem Christi humeris impositam demonstrat Leo Papa sermo. 8. de passione Domini. Tertull. 3. aduers. Marcionem. Cyprian. lib. 2. cap. 21. & in sermon. de Pass. Domini. Ambrosius 4. lib. de Fide, cap. 1. & de Benedict. Patriarch. cap. 6. Iustin. in 2. Apolog.

3. *Esaï. 22. Et dabo clauem Dauid super humerum eius.* Idem principatum Christi & clauem Dauid esse super humerum eius.

4. *Esaï. 53. Vulneratus est propter iniquitates nostras,*  
Z                    *attritus*

*attritus est propter scelera nostra. Disciplina pacis nostra super eum, & liuore sanati sumus.* Leo Papa serm. 4. & 8. de Pass. Domini, paulo aliter iuxta septuaginta; locum Esai. satis multi explicant.

5. Sap. 14. *Benedictum est lignum per quod fit iustitia.* Ambrosius sermon. 8. in Psal. 118. sic, Hoc ad patibulum retulit Domini, quia iustitia est crucis, in qua peccata donauit.

6. Psal. 128. *Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerunt iniquitatem suam.* Hilarius & Augustinus de Ecclesia, Hieronymus etiam Christo applicat.

7. Iudic. 10. *Pracidit Abimelech arboris ramum, impostumque ferens humero, dixit ad socios, Quod me vidistis facere, cito facite.* Hoc illud Euangelicum, Tollat crucem suam, & sequatur me.

8. Genes. 49. *Issachar vidit requiem, quod esset bona, & terram quod optima, & supposuit humerum suum ad portandum, factusque est tributis seruiens.* Ambros. de Benedictionibus Patriarcharum capit. 6. Subiecit, inquit, humerum suum ad laborandum, subiiciens se cruci, vt nostra peccata portaret.

9. Leuit. 16. *Offeret hircum viuentem, & posita vtraque manu super caput eius confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, & delicta atque peccata, qua imprecans capiti eius emittet illum per hominem paratum in desertum. Portabitque hircus omnes iniquitates eorum in terram solitariam.* Cyrillus lib. 9. contra Iulianum optimè in hircu emissario Christum intelligit peccata nostra portantem, libro autem 10. super Leuiticum, & de Christo, sed longe diuerso modo. Augustinus 18. contra Faustum cap. 6. & lib. questionum super Leuit. ca. 55.

10. Exod. 37. *Posit altare portari.* Leo Papa sermon. 4. de Passione Domini, Crux Christi sacramentum

veri

veri & prænuntiati habet altaris.

11. *Eſai. 46. Ego feci, ego feram, ego portabo, & ſaluabo.*

12. *Eſai. 53. Propter ſcelera populi mei ductus eſt ad ſupplicium. Hoc iuxta ſeptuaginta refert de Chriſto crucem baiulante Iuſtinus in colloquio. Athanaſius de Incarnat. Verbi. Proſper de Prædict. part. 2. cap. 21.*

13. *Hierem. 11. Mittamus lignum in pacem eius. Mirabile eſt quanto conſenſu ſancti patres hunc locum explicent de cruce impoſita Chriſto. Tertullianus 3. libr. contra Marcionem. Cyprianus libr. 2. aduerſus Iudæos, capite 20. & in expoſitione Symboli. Athanaſius De Incarnatione Verbi. Hieronymus in Hieremiam. Proſper de Prædictionibus diuinis in parte 3. capite 21. Gregorius Papa in Ezechielem homilia 6. Excepto autem tanto myſterio, ſenſum literæ dicebat vir doctiſſimus Ioannes Boſ eſſe hunc, cibum eius toxico miſceamus, vt pereat. Solent enim veneno edulia infici, vt incautos interimant.*

*Ieſus à piis mulieribus deploratus, ſletumque longè alium denuntians.*

C A P. X X I X.

I. **L** V C. 23. *Sequebatur autem illum multa turba populi, & mulierum, quæ plangebant & lamentabantur eum. Conuerſus autem ad illas Ieſus dixit, Filia Hieruſalem, nolite flere ſuper me, ſed ſuper vos ipſas flete, & ſuper filios veſtros: quoniam ecce venient dies, & cætera.*

1. 2. *Reg. 1. Filia Iſraël ſuper Saul flete, qui veſtiebat vos coccino in delicijs, qui præbebat ornamenta aurea cultui veſtro. Accommodari ſpiritualiter poteſt Chriſto morienti.*

2. *Thren. 3. Defecit gaudium cordis noſtri: verſus eſt in lætium chorus noſter. Cecidit corona capitis noſtri: va nobis*  
Z 2 quia

*quia peccauimus. Propterea mœstum factū est cor nostrum. Ideo contenebrati sunt oculi nostri. Propter montem Sion, quia disperijt. Talia piæ scœminę de Christo; quæ si aptè & grauitè pronūriētur, mirabile est quem fletum & quàm piās lachrymas cœtui Christiano, excitent.*

3. *Ose. 10. Et dicent mōtibus, Operite nos, & collibus, Cadite super nos. Hæc ipsa est Christi cōminatio, Luc. 23.*

4. *Ezech. 5. Pro eo, quod sanctum meum violasti in omnibus offensionibus tuis, ego quoque confringam, & non parceret oculus meus, & non miserebor. Et faciam in medio tui, quod non feci, & quibus similia ultra non faciam propter omnes abominationes tuas. Ideo patres comedent filios suos in medio tui; & filij comedent patres suos, & faciam in te iudicia, & ventilabo omnes reliquias tuas in omnē ventum. In obsidione Hierosolymæ, atque vltima captiuitate populi Iudaici sub Tito impleta sunt hæc in vindictam sceleratissimę necis Christi: lege Eusebium.*

*Iesus cum latronibus ductus & crucifixus.*

## C A P. X X X.

I. **L** V c. 23. *Ducebantur & alij duo nequam cum eo, vt interficerentur. Et crucifixerunt latrones, vnum à dextris, & alterum à sinistris.*

1. *Eesai. 53. Et cum sceleratis reputatus est. Hoc ipse Christus de se Lucæ 22. Marcus de ipso cap. 15. Prosper de Prædictionibus part. 3. cap. 22.*

2. *Genes. 39. Tradidit Ioseph in carcerem, vbi vincti Regis custodiebantur. De qua re sic Prosper part. 1. de Prædict. diuin. cap. 28. Neque illud à sacramento Dominicæ passionis esse æstimo alienum, quod duo Pharaonis spadones cum eo illa passione detrusi sunt: vt trium crucifixorum quodammodo numerus suppleretur. Augustinus sermon. 81. de tempore, Omnes pene actus Ioseph Christi typum præferunt.*

*Iesus*



Iesus in cruce suspensus.

## CAP. XXXI.

I. **L**VC. 23. *Et postquam venerunt in locum, qui vocatur Caluaria, ibi crucifixerunt eum.*

1. Numer. 21. *Fecit Moyses serpentem aneum, & posuit eum pro signo, quem cum percussi aspicerent, sanabantur.* Ipse Dominus Ioan. 3. Cyrillus de Incarnat. Vnigeniti cap. 14. Tertullian. 3. lib. contra Marc. Iustinus in Tryphone. Ambrosius serm. 55. Augustinus 12. contra Faustum cap. 30.

2. Exod. 29. *Incendes super altare in holocaustum odorem suauissimum in conspectu Domini, quia oblatio eius est: fumensque pectusculum, eleuatumque coram Domino sanctificabis, & in partem tuam cedit.* Cyrill. libr. 4. in Leuit. Anselmus in speculo cap. 13.

3. Psal. 140. *Eleuatio manuum mearum sacrificium vespertinum,* Aug. Hoc de Christo dicitur, quia in cruce animam deposuit. Cyprian. lib. 2. ad Quirinum c. 20.

4. Psal. 21. *Foderunt manus meas & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea.* Merito inter præclarissimas Prophetias hæc numeratur à patribus. Athanas. de Incarnat. Verbi. Iustin. in 2. apolog. & in colloquio. Tertull. 3. contra Marcion. August. 12. cont. Faust. ca. 43. Chrysostom. in demonstrat. quòd Christus sit Deus. Basil. in Psal. 21.

5. Zachar. 12. *Et aspicient ad me, quem confixerunt.* Ioannes Apostolus cap. 19. sui Euangelij. Cyprianus 2. aduers. Iud. cap. 20. Vnde liquet ante D. Hieronymum innotuisse Ecclesiæ aliam translationem à septuaginta diuersam, & veritati Hebraicæ cõformem. Sic etiam legit & recitat Euseb. lib. 8. cap. 4.

6. Zachar. 13. *Et dicetur ei, Quid sunt plage istæ in medio manuum tuarum? Et dicet, His plagatus sum in domo*

Z 3

eorum.

*eorum, qui diligebant me. Ecclesia in missa plagarum. Rupertus in Zachar. lib. 5. eleganter. Eusebius libro 8. capit. 4.*

7. *Deut. 28. Erit vita tua pendens ante te, & non credes ei. Qui superficiem literę inspicit, iudicat ineptę hoc Christo crucifixo attribui, cum sermo illic esse videatur de pauore, quo vitam propriam tamquam pereuntem Iudę essent intuituri. Verum admirabilis consensus Patrum merito obtinet, vt altissimum ibi Prophetię spiritum agnoscamus. Quod qui dubitat, legat Irenęum lib. 4. cap. 23. Athanasium de Incarnat. Verbi, Leonem serm. 2. de Passione Domini, Cyprianum lib. 2. aduersus Iudęos cap. 20. & in expositione symboli, maxime vero Augustinum lib. 16. contra Faustum cap. 22. vbi ex professo refellit hęreticum illum eiusmodi Prophetiam irridentem, docens eum fuisse verissimum sensum Moysi.*

8. *Cantic. 7. Dixi, Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius. Tertull. 3. cont. Marcionem. Cyprianus in serm. de Pass. Domini.*

9. *Zachar. 3. Ecce lapis quem dedi coram Iesu: super lapidem vnum septem oculi sunt. Ecce ego calabo sculpturam eius, ait Dominus omnipotens, & auferam iniquitatem terra illius in die vna. Hieronymus. Cyprianus 2. aduers. Iudę. cap. 16. Rupertus in Zachar. lib. 2.*

10. *Habac. 3. Cornua in manibus eius, ibi abscondita est fortitudo eius: ante faciem eius ibit mors: & egredietur Diabolus ante pedes eius. Cyprian. in serm. de Pass. Domini, & lib. 2. cap. 20. August. 18. de Ciuit. cap. 32.*

11. *Genes. 49. Catulus leonis Iuda: ad pradam fili mi ascendisti, requiescens accubuisti vt leo, & quasi leana. August. 12. cont. Faustum cap. 42. Cyprian. de Pass. Domini. Athanas. quęst. 102.*

12. *Ibidem. Ligans ad vineam pallium suum, & ad vitę d fili*

*fili mi asnam suam. Lauabit in vino stolam suam, & in sanguine vuae pallium suum.* Iustinus fuse in Apolog. 1. Irenæus lib. 4. c. 23. August. 12. cont. Faust. cap. 42. Athanas. quæ. 103. & 104. quisquis is Arhanasius fuerit.

13. *Iob. 16. Tenuit ceruicem meam, confregit me, & posuit me sibi in signum. Circumdedit lanceis suis, conuulnerauit lumbos meos: non pepercit, & effudit in terram viscera mea. Conscidit me vulnere super vulnus.* Ac mox infra. *Hac passus sum absque iniquitate manus mea, cum haberem ad Deum mundas preces. Terra ne operias sanguinem meum, neque inueniat in te locum lateodi clamor meus.* Egregia de Christi passione & sanguine Prophetia. Recole quæ de Iob monuimus supra cap. 8.

14. *Psal. 39. Sacrificium & oblationem noluisti: corpus autem aptasti mihi. Holocaustum & pro peccato non postulasti. Tunc dixi, Ecce venio.* Paulus 10. capit. ad Hebræos interpretans hunc locum, Sanctificati, inquit, sumus per oblationem corporis Iesu Christi.

15. *Exod. 12. Edent carnes agni assas igni.* Sanctus Iustinus in colloquio Tryphonis ita, Quod agnus totus assari iubetur, crucifigendum. Christum significat: siquidem agnus ille in crucis formam expansus assatur. Hæc Iustinus.

16. *Gene. 22. Abraham edificauit altare, & desuper ligna composuit: cumque alligasset Isaac filium suum, posuit eum in altari super struem lignorum: extenditque manum, & arripuit gladium, vt immolaret filium suum.* Ambros. lib. de Abraham cap. 8. August. 3. libr. contra Maximum cap. 19. & cap. 26. & serm. 71. de tempore.

17. *Exod. 17. Cum leuaret manus Moyses, vincebat Israël: Aaron autem & Hur sustentabant manus eius ex vtraque parte. Et factum est, vt manus illius non lassarentur, vsque ad occasum Solis: fugauitque Iosue Amalech.* Valde commendant & celebrant mysterium crucis in manibus

nibus Moſis leuatis Iuſtinus in colloqu. Cyprian. 2. aduerſus Iudæos cap. 21. & ſermon. de Paſſ. Domini, Irenæus libr. 4. cap. 56. Tertull. 3. contra Marcionem, Auguſtinus 12. lib. cont. Fauſtum cap. 30. Ambroſ. ſermon. 56.

18. *Eſai. 53. Propter ſcelus populi mei percuſi eum.* Totum caput illud Euangelix potius, quàm Prophe- tæ videtur de Chriſti paſſione & morte, vt etiam D. Auguſtinus ſcripſit.

*Ieſus in cruce irriſus à Sacerdotibus, à militibus, à latronibus, à praterentibus, à populo.*

## C A P. X X X I I.

I. **M**A T T H. 27. *Praterentes autem blaſphemabant eum mouentes capita ſua, & dicentes, Vah qui deſtruis tēplum Dei, & in triduo illud readificas: ſaluus te- metipſum, ſi filius Dei es, deſcende de cruce. Similiter & principes ſacerdotum illudentes cum ſcribis & ſenioribus dicebant, Alios ſaluos fecit, ſe ipſum non poteſt ſaluum facere. Si Rex Iſraël eſt, deſcendat nunc de cruce, & credimus ei: confidit in Deo, liberet eum nunc ſi vult. Dixit enim quia filius Dei ſum. Id ipſum & latrones, qui crucifixi erant cum eo, improperebant ei.*

II. *Luc. 23. Illudebant autem ei & milites.*

1. *Sapient. 2. Circumuēniamus iuſtum, quia inutilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris, & impropereat in nos peccata legis, & diffamat in nos peccata diſciplina noſtra. Promittit ſe ſcientiam Dei habere, & filium Dei ſe nominat. Factus eſt nobis in traductionem cogitationum noſtrarum: grauis eſt nobis etiam ad videndum: quoniam diſſimilis eſt alijs vita illius. Tamquam nugaces eſtimati ſumus ab illo, & abſtinet ſe à vijs noſtris, tamquàm ab immun- ditijs,*

*dirijs & præfert nouissima iustorum, & gloriatur patrem se habere Deum. Videamus ergo si sermones illius veri sunt, & tentemus, quæ ventura sunt illi, & sciemus quæ erunt nouissima eius. Si enim est verus filius Dei, suscipiet illum de manibus contrariorum. Contumelia & tormento interrogemus eam, vt sciamus reuerentiam eius, & probemus patientiam illius. Morte turpissima condemnemus eum: erit enim respectus ex sermonibus illius. Hæc cogitauerunt, & errauerunt: excacauit enim eos malitia eorum. Prophetica hæc verba de nece Christi & impijs vocibus Iudæorum prosequuntur sancti Patres. Cyprianus lib. 2. aduers. Iudæos cap. 14. Augustinus 17. de Ciuitate, cap. 20. & lib. 12. contra Faustum cap. 44. Prosper de Prædic. p. 1. cap. 26. Ecclesia in offic. passionis.*

2. *Psal. 21. Ego autem sum vermis, & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Omnes videntes me, deriserunt me, locuti sunt labijs, & mouerunt caput. Sperauit in Domino, eripiat eum: saluum faciat eum, quoniam vult eum. Iustin. in 2. Apolog. & in colloq. Tertull. contra Iudæos. Basil. Mirabile prorsus etiam verba sapientiae & Psalmi huius in Christum pendentem ab impijs Iudæis vsurpata. Vide Eusebium lib. 10. cap. 8.*

3. *Psal. 68. Saluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ vsque ad animam meam: infixus sum in limo profundi, & non est substantia: veni in altitudinem maris, & tempestas demersit me. Laborauit clamans, rauca factæ sunt fauces meæ: defecerunt oculi mei, dum spero in Deum meum. Multiplicati sunt super capillos capitis mei, qui oderunt me gratis. Confortati sunt qui persecuti sunt me inimici mei iniuste: quæ non rapui, tunc exolvebam. August. Calsiad. Ecclesiæ in offic.*

4. *Ibidem, Tu scis improprium meum, & confusionem meam, & reuerentiam meam. In conspectu tuo sunt omnes, qui tribulant me. Improperium expectauit cor meum, &*

Z 5 mise

*miseriam. Et sustinui, qui simul contristaretur, & non inueni. Ecclesia.*

5. *Psal. 108. Et ego factus sum opprobrium illis: viderunt me, & mouerunt capita sua. Adiuua me Domine Deus meus: saluum me fac secundum misericordiam tuam. Et sciant quia manus tua hac, & tu Domine fecisti eam. Maledicent illi, & tu benedices: quia insurgunt in me confundantur. Irenæus lib. 4. cap. 66. Eutym. August.*

6. *Psal. 88. Tu vero repulisti & despexisti, distulisti Christum tuum. Euertisti testamentum serui tui: profanasti in terra sanctuarium eius. Destruxisti omnes sepes eius: posuisti firmamentum eius formidinem. Diripuerunt eum omnes transeuntes viam: factus est opprobrium vicinis suis. Euseb. lib. 4. cap. 20.*

7. *Psal. 70. Tanquam prodigium factus sum multis, & tu adiutor fortis. Ne projicias me in tempore senectutis, cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me. & cetera.*

8. *Iob. 19. Manus Domini tetigit me. Quare persequi mihi me, sicut Deus, & carnibus meis saturamini? Gregorius.*

9. *Iob. 6. Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui, & calamitas, quam patior, in statera. Quasi arena maris hac grauior appareret. Vnde verba mea dolore sunt plena. Quia sagitta Domini in me sunt, quarum indignatio ebibit spiritum meum: & terrores Domini militant contra me. Rupertus libr. 1. de sapientia cap. 18. hanc stateram fuisse crucem. vbi latè tractat hunc locum de Christo. Ansel. in speculo cap. 15.*

10. *Thren. 2. Plauserunt super te manibus omnes transeuntes viam: sibilauerunt, & mouerunt caput super filiam Hierusalem, Haccine est vrbs, dicentes, perfecti decoris, gaudium vniuersæ terra? Aperuerunt super te ora omnes inimici tui: sibilauerunt & fremuerunt dentibus, & dixerunt, Deuorabimus: en ista est dies quam expectabamus: inuenimus,*

*nimus, vidimus.* Hieronymus refert ad eos, qui in cruce pendentem Dominum irriferunt Matth. 27. sed per accommodationem.

11. *Pfalm. 30. Factus sum tanquam vas perditum, quoniam audiui vituperationem multorum commorantium in circuitu.* Casiodorus.

12. *Genes. 9. Noë nudatus & irrisus à Cham.* Cyprianus episto. libr. 2. epist. 3. Augustinus libr. 12. contra Faustum cap. 23. egregie. Christum in cruce nudatum & ludibrio habitum.

*Vestes Iesu diuise militibus.*

CAP. XXXIII.

I O A N. 19. *Milites ergo cum crucifixissent eum, acceperunt vestimenta eius, & fecerunt quatuor partes, unicuique militi partem, & tunicam. Erat autem tunica desuper contexta per totum. Dixerunt ergo adinucem, Non scindamus eam, sed sortiamur de illa, cuius sit. ut impleretur scriptura dicens.*

1. *Pfalm. 21. Ipsi verò considerauerunt & inspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem.* Iustin. in 2. apolog. Tertullia. contra Iudæos. Euse. lib. 10. cap. 8.

2. *Genes. 37. Nudauerunt Ioseph tunica talari & polymita.* Prosper de prædict. par. 1. cap. 26. August. serm. 81. de tempore.

*Titulus Iesu crucifixi.*

CAP. XXXIV.

I O A N. 19. *Scriptus autem & titulus Pilatus, & imposuit super crucem. Erat autem scriptum, Iesus Nazarenus Rex Iudaorum. & post nonnulla. Respondit Pilatus, Quod scripsi, scripsi.*

1. *Pfal. 58. Ne corrumpas tituli inscriptionem.* Iuxta sep

septuaginta ita extat. Vbi Augustinus agnoscit Prophetiam de tituli crucis inscriptione non ablata. Pulchre autem dicit, Titulus de titulo. quia titulus Psalmi continet mysterium tituli crucifixi. eodem modo Philosophatur super Psalmum 55. & hunc sequutus Cassiodorus in utroque loco.

*Iesus pro crucifigentibus orans.*

CAP. XXXV.

1. **L**VC. 23. *Iesus autem dicebat, Pater dimitte illis non enim sciunt quid faciunt.*

1. *Eesai. 53. Ipse peccata multorum tulit, & pro transgressoribus rogauit. Hieronymus hic. Marinar. libr. 2. Iuxta septuaginta, Propter iniquitates eorum traditus est.*

2. *Hierem. 18. Recordare, quod steterim in conspectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & auerterem indignationem tuam ab eis. Ecclesia in officio Passionis.*

3. *Psal. 108. Pro eo vt me diligere, detrahebant mihi: ego autem orabam. Eccles. in offic. Pass.*

4. *Iob. 42. Ite ad seruum meum Iob, & offerte holocaustum pro vobis: Iob autem seruus meus orabit pro vobis: faciem eius suscipiam, vt non imputetur vobis stultitia. Hieronym. hæc de Christo.*

Ex oppositis. *Genes. 4. Vox sanguinis fratris tui Abel clamat ad me de terra. 2. Paral. 24. Zacharias cum moretetur (occisus in templo) ait, Videat Dominus & requirat. Matth. 22. Vt veniat super vos omnis sanguis iustus, qui effusus est à sanguine Iusti Abel vsque ad sanguinem Zacharia. Paulus verò ita se opponit Heb. 12. Testamenti noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersorem melius loquentem, quàm Abel.*

*Iesus*



*Iesus latroni salutem pollicens.*

CAP. XXXVI.

I. **L**VC. 23. *Et dicebat ad Iesum, Domine memento mei, cum fueris in regno tuo. Et dixit illi Iesus, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso.*

1. *Zachar. 13. In illa die erit fons potens domui Dauid, & habitantibus Hierusalem, in ablutionem peccatoris & menstruata. Supra lib. 5. cap. 2.*

2. *1. Reg. 22. Conuenerunt ad Dauid omnes qui erant in angustia constituti, & oppressi a re alieno, & amaro animo: & factus est eorum princeps.*

3. *Iudic. 11. Congregati sunt ad Sephte viri inopes & atrociantes, & quasi principem sequebantur. Augustin. lib. quæst. in Iudic. cap. 49.*

*Iesu mater iuxta crucem stans.*

CAP. XXXVII.

I. **I**OAN. 19. *Stabant autem iuxta crucem Iesu mater eius, & soror matris eius Maria Cleopha, & Maria Magdalene.*

11. *Luc. 2. Tuam ipsius animam pertransibit gladius.*

1. *2. Reg. 21. Crucifixerunt eos in monte coram Domino. tollens autem Respa filia Ara cilicium substravit sibi supra petram. Erat hæc mater crucifixorum: laudatur autem in scriptura, quòd à patibulis filiorum non recesserit.*

2. *Genes. 21. Abiecit Agar puerum subter vnam arborem, qua ibi erat. Et abiit, seditque è regione procul quantum potest iacere arcus: dixit enim, Non videbo morientem puerum. Et sedens contra eleuauit vocem & fleuit. Et huius materna viscera apparent, quòd sitientem ac morientem puerum deserere quidem non sustinuit, sed*  
videre

videre præ doloris magnitudine non poterat.

3. 2. Macha. 7. *Supra modum autem mater mirabilis, & bonorum memoria digna, qua pereuntes septem filios sub vnus diei tempore conspiciens bono animo ferebat propter spem quam in Deo habebat, repleta sapientia, & feminea cogitationi masculinum animum inserens.* Mirabilis plane constantia matris Machabæorum, sed longe admirabilior matris Iesu, quæ sterisse legitur, id est firmiter atque inconcusse adfuisse filio patenti: idque iuxta crucem. Nam noti eius plerique à longe positi spectabant. Potest verò oratio Machabææ Mariæ congruere, sed alio sensu. Verba sunt hæc.

4. 2. Macha 7. *Fili mi miserere mei, qua te in vtero nouem mensibus portavi, & lac triennio dedi & alui. Peto nate vt aspicias ad cælum, & ad terram, & ad omnia qua in eis sunt.* Christus enim in cruce cælestia & terrestria pacificauit.

5. Psal. 19. *Exaudiat te Dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob. Mittat tibi auxilium de sancto: & de Sion tueatur te. Memor sit omnis sacrificij tui: & holocaustum tuum pingue fiat. Tribuat tibi secundum cor tuum: & omne consilium tuum confirmet. Latabimur in salutari tuo, & in nomine Dei nostri magnificabimur. Impleat Dominus omnes petitiones tuas. Nunc cognoui quoniam saluum fecit Dominus Christum suum. Exaudiat illum de cælo sancto suo.* Beatus Augustinus totum hunc Psalmum Christo in cruce patienti ab Ecclesia cani docet: nec dissimilis est interpretatio Hieronymi. Itaque sancta Virgo omnium maximè hæc precata iuxta crucem intelligi recte potest: eoque intellectu magnam habent verba Psalmi dulcedinem.

6. 2. Paralip. 29. *Erant in officio suo donec compleretur holocaustum.* Non dubium quin sanctissima mater, cuius animam gladius pertransiuit, sacrificium filij pro

pro salute hominum pio studio comitata sit.

*Iesus matrem discipulo commendans.*

CAP. XXXVIII.

I. IOAN. 19. Cum vidisset ergo Iesus matrem & discipulum stantem, quem diligebat, dicit matri suae, *Mulier, ecce filius tuus.* Deinde dicit discipulo, *Ecce mater tua.* Et ex illa hora accepit eam discipulus in sua.

1. Genes. 3. Et vocavit Adam nomen vxoris suae Euam, eo quod mater esset cunctorum viuentium. In Ioanne omnes Mariam in matrem à Iesu nobis datam accepimus. Epiphanius, hæres. 78. Athanasius in sermo. de sancta Deipara.

2. Tob. 4. Cum acceperit Deus animam meam, corpus meum sepeli, & honorem habebis matri tuae omnibus diebus vita eius; memor enim esse debes quae & quanta pericula passa sit propter te. Et nobis hæc in Ioanne dicta existimemus de honore sanctissimæ matris, & gratitudine in eius beneficia.

*Tenebra Iesu patiente.*

CAP. XXXIX.

I. MATTH. 27. A sexta autem hora vsque ad horam nonam tenebrae factae sunt super vniuersam terram.

1. Zachar. 14. Et erit dies vna, quae nota est Domino: non dies neque nox, & in tempore vesperi erit lux. Theodoretus interpretatur de tenebris in Passione Domini offusis. eodem modo Cyprianus in exposit. Symboli late. Euseb. lib. 10. dem. 7. & lib. 6. cap. 18.

2. Amos 8. Et erit in die illa, dicit Dominus, occidet Sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis. Irenæus lib. 4. cap. 66. dicit esse expressam Prophetiam de Christo in cruce posito & Sole obscurato. idem Tertullianus aduers. Iudæos. idem Cyprianus. lib. 2.

lib. 2. aduers. Iudæos cap. 23. & in expositione symboli. idem Hieronymus in cap. 27. Matth. Euseb. lib. 10. demonst. 6.

3. Hierem. 15. *Occidit ei Sol, cum adhuc esset meridies.* Irenæus & hoc commemorat lib. 4. cap. 66. & Cyprianus lib. 2. cap. 23. Hieronymus in 27. Matthæi.

4. Genes. 9. *Bibensque vinum Noe inebriatus est, & nudatus in tabernaculo suo. Quod cum vidisset Cham pater Chanaam (verenda scilicet patris sui esse nudata) nuntiavit duobus fratribus suis foras. At verò Sem & Iaphet pallium imposuerunt humeris suis, & incedentes retrorsum, operuerunt verenda patris sui: faciesque eorum auersæ erant, & patris virilia non viderunt.* Rupertus libr. 4. in Genes. cap. 38. Cyprian. epist. 3. lib. 2. August. 12. cont. Faust. cap. 23. Solem dicit Hieronymus in 27. Matth. retraxisse radios suos, ne aut pendentem Dominum videret, aut impij blasphemantes illius luce fruerentur. Itaque videtur Sol populi Iudaici, quem scriptura vocat Chananæum propter scelera, impudentiam detestatus, velum expandisse super nudum Dominum suum & patrem omnium.

*Iesus se derelictum à Patre exclamans.*

## CAP. XL.

I. **M**ATTH. 27. *Et circa horam nonam, clamauit Iesu voce magna dicens; Eli Eli lama sabacthani? hoc est, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me?*

1. Psalm. 21. *Deus Deus meus, respice in me, quare me dereliquisti.* Psalmus ipse Euangelium est Passionis Christi, cuius proinde initium in cruce consecrauit, vt benedisserit Euseb. lib. 10. cap. 8.

2. Iob. 30. *Comparatus sum luto, & assimilatus sum fauilla & cineri: clamo ad te, & non exaudis me: sto, & non respicis me. Mutatus es mihi in crudelem, & in duritia manus*

*manus tua aduersaris mihi.* Iob & nomine & factis Christum significare sæpenumero monet Gregorius, lib. 1. moral. cap. 25. lib. 2. cap. 22. lib. 3. cap. 11. lib. 6. cap. 1. lib. 17. cap. 1. Rupertus quoque lib. 2. de Spiritu sancto operibus cap. 3. & 10.

3. Iob. 19. *Ecce clamabo vim patiens, & nemo audiet: & vociferabor, & non est qui iudicet.*

4. Psalm. 87. *Quia repleta est malis anima mea, & vita mea inferno appropinquauit. Aestimatus sum descendentibus in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio inter mortuos liber. Et infra, Super me confirmatus est furor tuus: & omnes fluctus tuos induxisti super me. Longe fecisti notos meos à me: posuerunt me abominationem sibi. Traditus sum & non egrediebar: oculi mei languerunt præ inopia. Clamaui ad te Domine tota die: expandi ad te manus meas.* Eutymius, Augustinus, Origenes, & reliqui totum Psalmum exponunt in morte Christi, Cyprianus quoque 2. aduers. Iudæ. cap. 20.

5. Thren. 3. *Ego vir videns paupertatem meam in virga indignationis tua. Me minauit & adduxit in tenebras, & non in lucem. & cætera. & infra, Tetendit arcum suum, & posuit me sibi quasi in signum ad sagittam.* Ecclesia Christo accommodat in officio passionis.

6. Iob. 16. *Posuit me sibi quasi in signum: circumdedit me lanceis suis.* Hæc omnia illud præ se ferunt, quod Paulus tantopere admiratur, & ac merito, Proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illud: quod qui cogitat, bene de Christo crucifixo cogitat.

*Iesus sitiens aceto potatus.*

## C A P. X L I.

I. IOAN. 19. *Postea sciens Iesus quia omnia iam consummata sunt, vt consummaretur scriptura, dicit,*

A a            Sitio.

*Sitio. Vas ergo erat positum aceto plenum: illi autem spon-  
giam plenam aceto, hyssopo circumponentes, obtulerunt  
ori eius.*

*11. Matt. 27. Et dederunt ei bibere vinum cum felle mix-  
tum. Diuersum quidem hoc est ab eo quod narrat  
Ioannes. Nam Matthæus de portione myrrhata obla-  
ta ante crucifixionem loquitur: Ioannes de aceto in  
spongia libato in cruce pendenti. Sed quia Prophe-  
tiæ vtrumque attingunt, vno loco coniunximus.*

*1. Psal. 68. Et dederunt in escam meam fel, & in siti mea  
potauerunt me aceto. Quam Prophetiam impletam  
tunc dicit Ioannes. Tertullian. in lib. contra Iudæos.  
Hieronym. in 27. capit. Matth. Leo in sermon. 4. de  
Passione Domini.*

*2. Deut. Fel draconum, vinum eorum. Cyprianus in ex-  
posit. Symboli. Leo sermon. 4. de pass. Domin. Hie-  
ronym. in 27. Matth.*

*3. Psalm. 21. Aruit tamquam testa virtus mea: & lingua  
mea adhasit faucibus meis: & in puluerem mortis deduxi-  
sti me. Euseb. lib. 10. demonstr. 8. fufe.*

*4. Hierem. 2. Quomodo conuersa es in amaritudinem  
vineæ alienæ? Rupertus 4. lib. in Genes. cap. 38. Hie-  
ronym. in 27. Matth.*

*Iesus consummans omnia.*

## CAP. XLII.

**I**OAN. 19. *Cum ergo accepisset Iesus acetum, dixit,  
Consummatum est.*

*1. Dan. 9. Septuaginta hebdomades abbreviata sunt su-  
per populum tuum, & super urbem sanctam tuam, vt con-  
summetur prauaricatio, & finem accipiat peccatum, &  
deleatur iniquitas, & adducatur iustitia sempiterna, &  
impleatur visio & prophetia, & vngatur sanctus sancto-  
rum. De hoc supra lib. 5. cap. 2. & lib. 8. cap. 26.*

*2. Ibidem. In medio hebdomadis deficiet hostia & sacri-  
fium*

*ficium.* Diximus non nihil in libello nostro secundo de Nouissimis temporibus.

3 Numer. 35. *Debuerat enim profugus vsque ad mortem Pontificis in vrbe residere. Postquam autem ille obierit, homicida reuertetur in terram suam.* Gregor. in Ezech. homil. 6. Cyrilius in collectaneis ex Deuteron. 15. egregiè.

4. Iona. 1. *Et tulerunt Ionam, & miserunt in mare: & stetit mare à feruore suo.* Augustin. epistol. 49. quæst. 6. & Euangelic. quæstion. libr. 1. cap. 7. & 18. de ciuit. capit. 44. De consummatione veteris testamenti in sanguine Christi, latè Apostolus ad Hebræos. capit. 8. 9. & 10.

*Iesus animam patri commendans.*

CAP. XLIII.

I. **L**VC 23. *Et clamans voce magna Iesus ait, Pater in manus tuas commendo spiritum meum.*

1. Psal. 30. *In manus tuas commendo spiritum meum.*

2. Ion. 2. 2. *Circundederunt me vsque ad animam, abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meum, Ad extrema montium descendi, terra vectes concluderunt me in aeternum Et subleuabis de corruptione animam meam. Domine Deus meus. Cum angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum, vt veniat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum.* Hieronymus de Saluatoris morte exponens, affert illud, *Veni in altitudinem maris, tempestas demersit me. Et illud, In manus tuas Domine commendo spiritum meum.*

*Iesus pro nobis mortem gustans.*

CAP. XLIV.

I. **I**ON. 19. *Et inclinato capite tradidit spiritum.*

II. **H**EB. 5. *Qui in diebus carnis sue preces supplicationesque ad eum, qui possit illum saluum facere à morte, cum*

A a 2 clamore

*clamore valido & lachrymis offerens, exauditus est pro sua reuerentia. Et quidem cum esset filius Dei, didicit ex ijs que passus est obedientiam, & consummatus factus est omnibus obtemperantibus sibi causa salutis aeterna.*

1. *Esai. 53. Abscissus est de terra uiuentium: propter scelus populi mei percussus eum. Et infra, Si posuerit pro peccato animam suam, videbit semen longeuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur. Pro eo quod laborauit anima eius, videbit & saturabitur, in scientia sua iustificabit ipse iustus seruos meos multos: & iniquitates eorum ipse portabit: ideo disperdiam ei plurimos, & fortium diuidet spolia: pro eo quod tradidit in mortem animam suam.*

2. *Psal. 30. Defecit in dolore vita mea, & anni mei in gemitibus. Casiodorus de Christo: longas & grauissimas significat passiones.*

3. *Exod. 12. Immolabit agnum vniuersa multitudo filiorum Israël ad vesperam. Irenæus libr. 4. cap. 23. ideo ad vesperam agnum immolari iussum, quod ea hora Christus emisit spiritum.*

4. *Exod. 29. & Numer. 28. Alterum verò agnum offeres ad vesperum per singulos dies iugiter. Christum quidem significat vterque agnus, & qui mane & qui vesperi occiditur: sed mane Christus gentibus traditus est, vesperi animam posuit.*

*Ob mortem Iesu prodigia facta.*

## C A P. X L V.

I. **M**ATTH. 27. *Et ecce velum templi scissum est in duas partes à summo vsque deorsum, & terra mota est, & petra scissa sunt, & monumenta aperta sunt.*

1. *Psal. 17. Circundederunt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Dolores inferni circundederunt me: praoccupauerunt me laquei mortis. In tribulatione*



*latione mea inuocaui Dominum, & ad Deum meum clamaui. Et exaudiuit de templo sancto suo vocem meam, & clamor meus in conspectu eius introiuit in aures eius. Commota est, & contremuit terra, fundamenta montium conturbata sunt, commota sunt, quoniam interest eius. Marinarius lib. 2. concordantiæ Christi, & Prophetarum.*

*Iesus mortuus glorificatus à Gentilibus.*

CAP. XLVI.

I. **M**AR C. 15. *Videns autem Centurio, qui ex aduerso stabat, quia sic clamās expirasset, ait, Verè hic homo filius Dei erat.*

II. *Math. 27. Centurio autem, & qui cum eo erant custodientes Iesum, viso terra motu, & ijs, quæ fiebant, timuerunt valde dicentes, Vere filius Dei erat iste.*

1. *Esai. 65. Quæsierunt me, qui ante non interrogabant: inuenerunt me, qui non quæsierunt me: dixi, Ecce ego, ecce ego, ad gentem quæ non inuocabat nomen meum. Expandi tota die manus meas ad populum incredulum & contradicentem mihi. Paulus Apostolus ad Rom. 10. explicat priorem testimonij huius Prophetici partem de vocatione gentium, posteriorem de duritia Iudeorum. Iustinus in Tryphone. Chrysostomus in oratione, quòd Christus sit Deus.*

2. *Psal. 17. Populus quem non cognoui seruiuit mihi: in auditu auris obediuit mihi. Filij alieni mentiti sunt mihi, claudicauerunt à semitis suis. Satis de hoc lib. 5. cap. 4.*

*Ob necem Iesu Iudæi compuncti.*

CAP. XLVII.

I. **L**V C. 23. *Et omnis turba eorum, qui simul ascendebant ad spectaculum istud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora sua reuertebantur.*

A a 3

1. Zachar.

1. Zachar. 12. Et aspicient me quem confixerunt: & plangent eum planctu, quasi super vnigenitum: & dolebunt super eum, vt doleri solet in morte primogeniti. Ecclesia in officio passionis: tamen si Rupertus & Hieronymus ad diem iudicij magis referant.

2. Genes. 42. Et loquuti sunt adinuicem, Merito hac patimur, quia peccauimus in fratrem nostrum, videntes angustiam anima illius, dum deprecaretur nos, & non audiuius: idcirco venit super nos ista tribulatio. E quibus vnus Ruben ait, Nunquid non dixi vobis, & non audistis me? En sanguis eius exquiritur.

Noti Iesu longe ab ipso remoti.

### CAP. XLVIII.

I. **L**V c. 23. Stabant autem omnes noti eius à longe, & mulieres, quae secutae eam erant, haec videntes.

1. Psal. 87. Longe fecisti notos meos à me: posuerunt me abominationem sibi. Irenaeus lib 4. cap. 66.

2. Psalm. 37. Et qui iuxta me erant, de longe steterunt. Supra cap. 8.

3. Iob. 19. Fratres meos longe fecit à me: & noti mei quasi alieni recesserunt à me. Supra eodem capite.

4. Thren. 1. Longe factus est à me consolator, conuertens animam meam: facti sunt filij mei perdiri, quoniam inuoluit inimicus.

Iesus integer relictus. CAP. XLIX.

I. **I**OAN. 19. Ad Iesum autem cum venissent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregērunt eius crura. Facta sunt enim haec, vt scriptura impleretur.

1. Exod. 12. Os non comminuetis ex eo.

Iesu latus lancea percussum emisit sanguinem & aquam.

### CAP. L.

I. **I**OAN. 19. Sed vnus militum lancea latus eius aperuit: & continuo exiuit sanguis & aqua.

1. Zachar.

1. *Zachar. 12. Aspicient in quem transfixerunt.* Prosper de Prædict. part. 3. cap. 25.

2. *Zachar. 13. In illa die erit fons patens domui David, & habitantibus Hierusalem, in ablutionem peccatoris & menstruata.* Rupertus in Zachariam, de aqua & sanguine lateris Christi.

3. *Iob. 16. Lanceis suis conuulnerauit me.* Ecclesia de Christo. Sed iuxta septuaginta: nam editio nostra aliter habet.

4. *Genes. 6. Ostium arca pones ex latere.* Ostium arcæ interpretatur Augustinus, latus Christi apertum. ita 12. contra Faustum, cap. 16. & aliàs sæpè.

5. *Cant. 2. Columba mea in foraminibus petra, in cauerna maceria.* Foramina plagas manuum & pedum, cauernam vulnus lateris accipit B. Gregorius.

6. *Esaï. 12. Haurietis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris.*

7. *Genes. 2. Fluuus egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradysum.* Paradysum ecclesiam, locum voluptatis cor Christi, fluuium inde egredientem spiritum sanctificationis in aqua & sanguine, id est sacramenta, non male quidam accipiunt.

8. *Genes. 2. Cumque obdormisset Adam, tulit Dominus vnam de costis eius, & repleuit carnem pro ea: & edificauit Dominus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem.* Mysterium Christi in cruce dormientis, atque inde productæ Ecclesiæ ex latere Domini, agnoscunt Gregorius in Ezech. homil. 6. & Augustin. libr. 12. contra Faustum capit. 8. & tractat. 15. in Ioannem.

9. *Esaï. 48. Findetur petra, & fluet aqua.* De Christo compuncto accipit Cyprianus epist. 3. lib. 2. & Hieronymus in Esaïam.

*Iesus consummatus celeriter.*

## CAP. LI.

I. **M**ARC. 15. *Pilatus autem mirabatur si iam obisset, & accersito centurione, interrogauit eum, si iam mortuus esset.*

1. *Exod. 12. Et comedetis agnum festinantes: est enim Phase, idest transitus Domini.* Omnino est mirabile, quot & quanta in Christum perpetrata sint breuissimo tempore; idest non integro die. Mortem enim citam sine vlllo lethali vulnere, sola dolorum magnitudine accersitam, ipse Præses Pilatus admiratus est: quod significat effusio properatus agni: sicut vespertina immolatio, & integritas ossium mysteria alia atque alia in Christi passione declarant.

2. *Esaï. 53. In humilitate iudicium eius sublatum est.* Ita septuaginta, quos Lucas sequitur in Actis cap. 8. Cyprianus libr. 2. aduersus Iudæ. capit. 15. Chrysostom. in demonstrat. quòd Christus sit Deus. Vult autem Esaias Christo omne defensionis tempus defuisse, & præ ipsius humilitate ab impiis properatam esse causam atque transactam.

*Iesus perquam honorificè sepultus.*

## CAP. LII.

I. **M**ATH. 27. *Accepto corpore Iesu, Ioseph inuoluit illud in sindone munda, & posuit illud in monumento suo nauo, sed exciderat in petra.*

II. *Ioan. 19. Venit ergo Ioseph ab Arimathia, & tulit corpus Iesu. Venit autem & Nicodemus ferens mixturam myrrha & aloës quasi libras centum. Acceperunt ergo corpus Iesu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus.*

1. *Esaï. 11. Et erit sepulchrum eius gloriosum.* Cyrillus, Hieronym.

Hieronym. Chrysoſto. homil. 37. in Matth. & quod Chriſtus ſit Deus, latè.

2. Pſal. 87. *Posuerunt me in lacu inferiori, in tenebroſis, & in vmbra mortis.* Eccleſia in offic. paſſ. Chryſ. ſupra.

3. *Ibidem. Aſtimatus ſum cum descendantibus in lacum: factus ſum ſicut homo ſine adiutorio inter mortuos li.*

4. Eſai. 53. *Dabit impios pro ſepultura, & diuitem pro morte ſua.* Cyprianus in expoſit. Symboli, Auguſtin. homilia 36. in 10. tom. Alij de interitu Iudæorum intelligunt in vindictam Chriſti mortis, vt Euseb. lib. 3. cap. 2. Tertullia. contra Iudæos, Chryſoſto. orat. 3. contra Iudæos.

5. Pſal. 4. *In pace in id ipſum dormiam & requieſcam.* Eccleſ. in offic.

6. Pſal. 15. *Caro mea requieſcet in ſpe.* Eccleſ. in offic.

7. Eſai. 57. *A facie malitia collectus eſt iuſtus, veniat pax, requieſcat in cubili ſuo.* Cyprian. in expoſit. ſymb. Iuſtinus in colloquio.

8. Eſai. 57. *Erit in pace ſepultura eius, & ſublata de medio.* Iuxta ſeptuaginta. Iuſtin. in colloquio, & in 2. Apologet. Cyprianus lib. 2. ad Quirinum ca. 14. Tertullian. 3. lib. cont. Marcionem.

9. Thren. 3. *Lapſa eſt in lacum vita mea, & posuerunt lapidem ſuper me.* Cyprian. in expoſ. ſymboli. Hieronymus in Threnos.

*Ieſu mors piè deplorata à ſuis.*

### CAP. LIII.

I. **M**ATTH. 27. *Erat autem ibi Maria Magdalena, & altera Maria ſedentes contra ſepulcrum.*

II. Luc. 23. *Subſecuta autem mulieres, qua cum eo venerant de Galilæa, viderunt monumentum, & quemadmodum poſitum erat corpus eius.* Ex his euangelicis verbis Eccleſia ſumpſit illud, quod apertius canit, *Mulieres*

Aa 5 ſeden

sedentes ad monumentum, lamentabantur flentes Dominum. Quarum pios gemitus & querelas non solum meditari, sed & referre vt decet, magnum habet deuotionis incrementum.

1. Zachar. 12. *Plangent eum planctu super vnigenitum, & dolebunt super eum, vt doleri solet in morte primogeniti. In die illa magnus erit planctus in Hierusalem, sicut planctus Adadremon in campo Maggedon. Et planget terra, familia & familia seorsum.* Marinarius lib. 2. de lamentatione mulierum super Dominum.

2. 2. Paralip 35. *Perrexit Iosias vt dimicaret in campo Mageddo, ibique vulneratus à sagittarijs, dixit pueris suis, Educite me de pralio, quia oppido vulneratus sum. Et asportauerunt eum in Hierusalem, mortuusque est & sepultus in Mansoleo patrum suorum. Et vniuersus Iuda & Hierusalem luxerunt eum, Hieremias maxime: cuius omnes cantores atque cantatrices vsque in presentem diem lamentationes super Iosiam replicant.* Hieronymus in 12. cap. Zacharia. Rupertus ibidem.

3. Thren. 5. *Recordare Domine, quid acciderit nobis: intueri & respice opprobrium nostrum. Hereditas nostra versa est ad alienos, domus nostra ad extraneos. Pupilli facti sumus absque patre: matres nostræ quasi viduæ.* Apostoli & sanctæ mulieres ita lamentari commodi cogitari possunt. Eodem modo.

4. Ibidem. *Defecit gaudium cordis nostri: versus est in luctum chorus noster. Cecidit corona capitis nostri. Vae nobis, quia peccauimus. Propterea mæstum factum est cor nostrum: ideo contenebrati sunt oculi nostri: propter montem Sion, quia disperijt: vulpes ambulauerunt in eo.* Eodem quoque sensu sequentia.

5. 2. Reg. 1. *Montes Gelboë, nec ros nec pluuia veniat super vos, neque sint agri primitiarum: quia ibi abiectus est clypeus fortium, clypeus Saul, quasi non esset vinctus oleo.*

Iesu

Iesu mater Maria filij mortem dolens.

## C A P. LIV.

1. **L**kc. 2 Et tuam ipsius animam pertransibit gladius.  
1. **T**hren. 2. Cui comparabo te, vel cui assimilabo te filia Hierusalem? Cui exaquo te, & consolabor te virgo filia Sion? Magna est enim, velut mare contritio tua: quis medebitur tui?

2. **Ruth. 1.** Ne vocetis me Noëmi, id est, pulchram: sed vocate me Maram, id est, amaram: quia amaritudine valde replevit me omnipotens. Egressa sum plena, & vacuam reduxit me Dominus. Cur ergo vocatis me Noëmi, quam Dominus humiliavit, & afflixit omnipotens? Bonavent. in speculo B. Virg. cap. 3. præc. 1. e.

3. **T**hren. 1. Quomodo sedet sola ciuitas plena populo? facta est quasi vidua domina gentium. Princeps prouinciarum facta est sub tributo. Plorans ploravit in nocte, & lachryma eius in maxillis eius. Non est qui consoletur eam. Accommodate ad Virginem.

4. **Genes. 37.** Vide vtrum tunica filij tui sit, an non? Quam cum agnouisset pater, ait, Tunica filij mei est: fera pessima comedit eum, bestia deuoravit Ioseph, scissis que vestibus indutus est cilicio, lugens filium suum multo tempore. Congregatis autem omnibus filijs eius noluit consolationem accipere: sed ait, Descendam ad filium meum lugens in infernum. Anselmus in suo speculo cap. 14. attingit: quibusdam enim demptis optime Virgini accommodari potest, corpus filij lacerum atque cruentatum tenenti ac circumspectanti.

5. **T**hren. 1. O vos omnes qui transitis per viam, attendite & videte, si est dolor sicut dolor meus: quia vindemiauit me Dominus, vt locutus est in die furoris sui.

6. **2. Reg. 18.** Contristatus itaque Rex ascendit cœnaculum porta, & fleuit, & sic loquebatur vadens, Fili mi Absalom,

*lom, Absalom fili mi: quis mihi tribuat ut ego moriar pro te? Absalom fili mi, fili mi Absalom.* Notum est, quemadmodum commemorari pronuntiarique debeat.

7. *Thren. 2. Haccine est vrbs perfecti decoris, gaudium vniuersa terra? Ad Virginem.*

8. *1. Reg. 4. Et vocauit puerum, Ichabod, dicens, Translata est gloria de Israel, quia capta est arca Dei. Et hic ty-  
pus Mariæ plangentis.*

9. *Thren. 1. Posuit me desolatam, tota die mœrore confectam.*

10. *Tobi. 10. Flebat igitur mater eius irremediabilibus lachrymis atque dicebat, Heu heu me fili mi, lumen oculorum nostrorum, baculum senectutis nostræ, salarium vitæ nostræ, spem posteritatis nostræ omnia in te vno simul habentes, te non debuimus dimittere ire à nobis. Materna pietas satis elucet, atque orbitas.*

11. *Iob. 19. Spoliauit me gloria mea: abstulit coronam de capite meo. Destruxit me vndique, & pereo, & quasi euulsa arbori abstulit spem meam.* Nequaquam improbandi sunt, qui huiusmodi voces Mariæ lugenti accommodant. Legat qui volet virum grauissimum Gregorium in Christo patiente suo. Quod si viciniora volet, adeat Anselmum, qui in lib. de Excellentia Virginis Mariæ cap. 5. ita scribit, eâ alloquens, Quicquid crudelitatis inflatum est corporibus martyrum, leue fuit, aut potius nihil, comparatione tuæ passionis, quæ nimirum sua immensitate transfixit cuncta penetralia tua. Ac mox, Mortuus est, ab oculis tuis, te spectante, sepulchro reclusus. Cætera silentio premo, penitus ignorans vbi vnde aliquid dicendum assumam, ex quo luctus tui modum ô pudicissima Virgo alicui proponere queam. Hæc Diuus Anselmus: atque huius iam libri finis sit.

FINIS LIBRI OCTAUI.

DE





# DE CHRISTO REVELATO

LIBER NONVS.



*P R O O E M I V M.*



**O** s t enarratas Christi Pas-  
siones, sequitur vt postero-  
res eius glorias, vt Petrus  
loquitur, contēplemur, quē-  
admodum & ab Apostolis  
prædicatæ, & prædictæ sunt  
à Prophetis. Hæ sunt Resur-  
rectio, Ascensio, Effusio Spi-  
ritus sancti, Iudicium. De

quibus vltimum hoc æquè in nouo atque vetere te-  
stamento futurum annuntiat: tria illa, exhibita no-  
bis, antiquis prædicta sunt. Quare dum de Iudicij  
mysterio agimus, visum est veteres & nouas scriptu-  
ras ordine commemorare, nullis sanctorum Patrum  
commentationibus adhibitis, propterea quòd con-  
sonantia quidem sermonis perspicua, rei verò exhi-  
bitæ ostensio, oculis, non codicibus committenda  
sit. Erit enim cum omnia, vt prædicta sunt, omnibus  
pateant. interim æquè futura omnes expectamus.

Vtinam

Vtinam digni habeamur, qui aliquando spectemus  
intrepidi, qui nunc timentes expectare iubemur.

*Iesus resurgens ex mortuis tertia die, & suis apparens.*

C A P. I.

I. **M**A R C. 16. Surgens autem Iesus mane prima  
sabbathi, apparuit primo Maria Magdalena.  
Post hac duobus ex his ambulatibus ostensus est in alia ef-  
figie. Nouissime recumbentibus illis vndecim apparuit.

II. 1. Cor. 15. Christus resurrexit tertia die secundū scri-  
pturas, & visus est Cepha, & post hac vndecim. Deinde visus  
est plusquam quingentis fratribus simul. Deinde visus est  
Iacobo, deinde Apostolis omnibus. Nouissime autem omnium  
tanquam abortiuo visus est & mihi.

1. Psalm. 15. Prouidebam Dominum in conspectu meo  
semper, quoniam à dextris est mihi ne commouear. Pro-  
pter hoc latatum est cor meum, & exultauit lingua mea,  
insuper & caro mea requiescet in spe Quoniam non dere-  
linques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum  
videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vite, replebis  
me iucunditate cum facie tua. Petrus hunc locum præ-  
clare explicat Actorum 2. Paulus quoque Actorum  
13. Chrysoft. in demonstrat. quòd Christus sit Deus,  
Cyprianus lib. 2. aduers. Iudæos ca. 24. & in serm. de  
Passione Domini, & in expositione symboli.

2. Psalm. 2. Filius meus es tu: ego hodie genui te. Paulus  
Apostolus de Christi resurrectione explicat, Actorum  
13. lege F. Ludouicum Leonem in 3. lib. de No-  
minibus Christi.

3. Esai. 55. Et dabo vobis sancta David fidelia. Id qui-  
dem iuxta septuaginta, quod eodem in loco Paulus  
de Christi resurrectione interpretatur. Tertullianus  
3. lib. contra Marcionem.

4. Iona. 2. Et preparauit Dominus piscem grandem, vt  
deglu

*deglutiret Ionam. Et erat Ionas in ventre piscis, tribus diebus, & tribus noctibus. Et dixit Dominus pisci, & euomuit Ionam in aridam.* Ipse Christus Matthæi 12. & rursus 16. ac Luc. 11. Irenæus lib. 3. cap. 22. & lib. 5. cap. vltimo. August. epist. 49. quæst. 6.

5. *Esaï. 57. Et erit sepultura eius sublata de medio.* Iuxta septuaginta. Iustinus in colloquio, Tertullianus in 3. contra Marcionem de resurrectione Christi prædictum intelligunt.

6. *Psal. 3. Ego dormiui & soporatus sum, & exurrexi, quia Dominus suscepit me.* Cypranus li. 2. ad Quirinum cap. 14. & in expositione symboli Apostolici. Irenæus lib. 4. ca. 66. Iustinus in colloquio, & in 2. Apolog. Huius quoque scripturæ videtur multis meminisse Ioannes, cum loquitur de templo, hoc est corpore Christi excitato, cap. 2.

7. *Psal. 56. Laqueum parauerunt pedibus meis, & incuruauerunt animam meam. Foderunt ante faciem meam foueam, & inciderunt in eam. Paratum cor meum Deus, paratum cor meum. Cantabo & Psalmum dicam. Exurge gloria mea, exurge psalterium & cithara. Exurgam diluculo.* Hæc vltima initium faciunt Psalmo 107. quæ de Christi resurrectione Patres intelligunt, vbi non solum excitatio à mortuis, sed tempus etiam matutinum describitur.

8. *Genes. 49. Catulus leonis Iuda: ad prædam fili mi ascendisti, requiescens accubuisti vt leo, & quasi leona. quis suscitabit eum?* Iustin. in Tryphon. August. 12. contra Faustum cap. 42. Athanas. quæst. 102. Prosp. de Prædict. par. 3. ca. 30. Euseb. lib. 8. cap. primo.

9. *Iudic. 14. De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo. Quid dulcius melle? quid fortius leone?* August. serm. 108. de tempore, De comedente exiuit cibus, & de forti egressa est dulcedo, quid aliud signi

significat, nisi resurgentem à mortuis.

10. *Ose. 13. De manu mortis liberabo eos, de morte redimam eos: ero mors tua à mors: morsus tuus ero inferne. Consolatio abscondita est ab oculis meis.* Philosophatur in hoc testimonio Paulus abunde 1. Corinth. 15. Gregorius Papa lib. 2. Moral. cap. 8. & homil. 22. in Evangelia. Leo & ipse Papa serm. 8. de Passione Domini. August. serm. 156. de tempore.

11. *Psal. 65. Canticum Psalmi Resurrectionis. Iubilate Deo omnis terra, Psalmum dicite nomini eius, date gloriam laudi eius.* Cassiodorus de Christi Resurrectione interpretatur, Eutymius de resurrectione nostra à peccato, Augustinus de illius resurrectione & nostra pariter.

12. *Psal. 138. Tu cognouisti sessionem meam, & resurrectionem meam. Exurrexi, & adhuc sum tecum. Mirabilis facta est scientia tua ex me.* Ecclesia in Missa Paschæ. Prosper in Psal. 138.

13. *Psal. 40. Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me, & retribuam eis.* Hieronymus, Eutymius.

14. *Num. 10. Cumque eleuaretur arca, dicebat Moses, Surge Domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderunt te à facie tua.* Arcam, Christi corpus supra docuimus.

15. *Psal. 67. Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, & fugiant qui oderunt eum à facie eius. sicut deficit fumus, deficient: sicut fluit cera à facie ignis, sic pereant peccatores à facie Dei. Et iusti epulentur & exultent in conspectu Dei, & delectentur in latitia.* Hilarius in hunc Psalmum sic, Resurrectionis nunc tempus optat, cum Christus potestates triumphauit palam in semetipso. Eodem modo Hieronymus. Augustinus hic, iam factum est, exurrexit Christus, & dispersi sunt inimici eius Iudæi.

16. *Esai.*

16. Esai. 27. *Mulieres venientes à spectaculo, venite & docete eam: non est enim populus habens intelligentiam.* Ita sane septuaginta: quod de viso à mulieribus Domino exponunt Hieronymus lib. 18. in Esai. & Cyprianus in exposit. symboli.

17. Psalm. 138. *Et dixi, Forsitan tenebra conculcabunt me: & nox illuminatio mea in delicijs meis. Quia tenebra non oscurabuntur à te: & nox sicut dies illuminabitur: sicut tenebra eius, ita & lumen eius.* Gregorius, vel potius Ecclesia in benedictione illa præclarissima cerei Paschalis. Hilarius etiam ad Christum refert, sed paulo secus.

18. Genes. 41. *Protinus ad Regis imperium educatum de carcere Ioseph tonderunt, ut veste mutata obtulerunt ei. Et infra, Tollitque Pharao annulum de manu sua, & dedit eum in manu Ioseph, vestruitque eum stola byssina, & collo torquem auream circumposuit: fecitque eum ascendere super currum suum secundum, clamante pracone, ut omnes coram eo genu flecterent, & praepositum esse scirent vniuersa terra Aegypti. Dixit quoque Pharao ad Ioseph, Ego sum Pharao, absque tuo imperio non mouebit quisquam manum aut pedem in omni terra Aegypti. Vertitque nomen eius, & vocauit eum lingua Aegyptiaca, Saluatorum Mundi.* Augustinus 12. contra Faustum capit. 28. Prosper de Prædict. parte 1. capit. 29. Anselmus in speculo capit. 14.

19. Psalm. 29. *Qua utilitas in sanguine meo, dum descendo in corruptionem? Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annuntiabit veritatem tuam? Audiuit Dominus & misertus est mei: Dominus factus est adiutor meus. Conuertisti planctum meum in gaudium mihi: concidisti saccum meum, & circumdedisti me letitia. Ut cantet tibi gloria mea & non compungar.* Casiodorus de Resurrectione. Hieronymus hic, *Quæ utilitas in sanguine*

B b

meo,

meo, si non resurrexero?

20. Dan. 6. *Eductus est Daniel de lacu, & nulla lesio inuenta est in eo, quia credidit Deo suo, iubente autem Rege adducti sunt viri illi, qui accusauerunt Danielem, & in lacum leonum missi sunt ipsi, & filij, & vxores eorum.* Prosper de Prædict. part. 2. cap. 35.

21. Exod. 14. *Iamque aduenerat vigilia matutina, & ecce respiciens Dominus super castra Aegyptiorum per columnam ignis & nubis interfecit exercitum eorum. In benedictione cerei Paschalis.*

22. Psal. 117. *Lapidem quem reprobauerunt adificantes, hic factus est in caput anguli. A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Hac dies quam fecit Dominus, exultemus & latamur in ea.* Ipse Christus Matt. 21. Petrus Act. 4. & 1. Petri 2. Ambros. sermo. 52. Augustin. sermon. 186.

23. Psal. 70. *Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas, & conuersus uiuificasti me, & de abyssis terra iterum reduxisti me.* Hieronym. de Resurrectione: Augustinus quoque, sed aliter.

24. Tob. 11. *Dicebat Tobias, Benedico te Domine Deus Israël: quia tu castigasti me, & tu saluasti me: & ecce ego video Tobiam filium meum.* Hoc ad B. Virginem accommodari potest.

25. Osee 6. *Viuificabit nos post biduum, die tertio resurgemus, (siue ut habet nostra editio) in die tertio suscitabit nos.* Insignis Prophetia, quam tractat Augu. 18. de Ciuit. cap. 18. Prosper de Prædict. part. 3. cap. 29. Cyprianus lib. 2. cap. 25. & in exposit. symboli.

26. Psal. 95. *Dicite in gentibus, quia Dominus regnauit à ligno.* Ita septuaginta, quorum lectionem atque intelligentiam de regno Christi resurgentis per crucem acquisito celebrat Ecclesia in hymno, & aliàs. Tertullianus late 3. contra Marcionem. Iustinus in

2. Apo

2. Apolog. idem in colloquio Tryphōnis dicit, illud, A ligno, à Iudæis inuide esse eratum. Calsiadorus sic legit, & Leo Papa sermon. 4. de Pass. Domini.

27. Iudic. 16. Dormiuit autem Samsō vsque ad medium noctis, & inde consurgens apprehendit ambas porta fores cum postibus suis & sera, impositasque humeris suis porrauit ad verticem montis. Pulchre Gregorius de Resurrectione Christi homil. 21. in Euang.

*Iesus ascendens in cælum.*

CAP. II.

I. **M**ARC. 16. Et Dominus quidem Iesus postquam locutus est eis, assumptus est in cælum, & sedet à dextris Dei.

II. LUC. 24. Eduxit autem eas foras in Bethaniam, & eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factum est, dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cælum.

III. ACT. 1. Et cum hac dixisset, videntibus illis eleuatus est: & nubes suscepit eum ab oculis eorum.

1. Psalm. 67. Currus Dei decem millibus multiplex, milia horantium, Dominus in eis in Sinai in sancta. Ascendisti in altum, cepisti captiuitatem, accepisti dona in hominibus. Refert atque interpretatur Paulus ad Ephes. 4. Prosper de Prædict. part. 3. cap. 31. Iustin. in colloquio. Ambros. sermon. 62. August. sermon. 183. de tempore. Leo sermon. 2. de Pentecost. Gregorius homil. 29. in Euang.

2. Ibi. Iter facite ei qui ascendit super occasum: Dominus nomen illi. Gregor.

3. Ibi. Regna terra cantate Deo: psallite Domino, psallite Deo, qui ascendit super cælum cæli ad orientem. Ecce dabit voci sua vocem virtutis: gloriam Deo super Israël: magnificentia eius & virtus eius in nabibus. Hic Augu-

Bb 2 stius,

stinus, In his verbis non intelligit Christum, qui eius resurrectionem ascensionemque non credit. Nec dissimilia Hilarius;

4.4. Reg. 2. *Cumque pergerent, & incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei diuiserunt utrumque. Et ascendit Elias per turbinem in cælum: Elias autem videbat, & clamabat.* Gregor. in homil. 29. Euangel. Cyprianus in sermon. de Ascensione Domini.

5. Psal. 46. *Ascendit Deus in iubilo, & Dominus in voce tuba: psallite Deo nostro, psallite psallite: Regi nostro, psallite: psallite sapienter. Regnabit Dominus super gentes: Deus sedet super sedem sanctam suam.* Iustin. in colloqu. Chrysof. quòd Deus sit Christus Cyprian. in Expos. Symboli. Euseb. lib. 6. cap. 2.

6. Genes. 5. *Ambulauit Enoch cum Deo: & non apparuit, quia tulit illum Dominus.* Gregor. in homil. de Ascensione.

7. Psal. 109. *Dixit Dominus Domino meo, sede à dextris meis.* Iustin. in 2. Apolog. & Tryph. Cyprian. in expos. symbol. Chrysof. quòd Christus sit Deus.

8. Psal. 23. *Attollite portas principes vestras, & eleuamini porta aeternales, & introibit Rex gloria. Quis est iste Rex gloria? Dominus fortis & potens, Dominus potens in praelio. Ipse est Rex gloria.* Dionysius Areopagita cap. 7. de Cælest. Hierar. in ascensione Domini interpretatur: eodem modo Cyprianus aduersus Iudæos lib. 2. cap. 26. Iustin. in Apolog. 2. & in Tryphone. August. sermon. 178. de tempore.

9. Esai. 63. *Quis est iste, qui venit de Edom, tinctis vestibus de Bosra? iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine virtutis suæ?* Dionys. 7. cap. de Cælest. Hierar. August. serm. 187. de tempore. Iustin. in Tryphon.

10. Mich. 2. *Ascendet enim pandens iter ante eos: diuident*



dent & transibunt portam, & egredientur per eam, & transibit Rex eorum coram eis, & Dominus in capite eorum. Rupertus hic. S. Vincentius in suo sermone.

11. Genes. 30. Nato Ioseph, dixit Iacob socero suo, Dimitte me, vt reuertar in patriam meam, & ad terram meam. Alludit huc Eccles. in officio Ascensionis.

12. Genes. 32. In baculo meo transiui Iordanem istum, & nunc tum duabus turmis regredior. Rupertus in Genesim lib. 8. cap. 3. & 4. pulchrè de Christi ascensione & cruce.

13. 3. Reg. 8. Et intulerunt sacerdotes Domini arcam fœderis Domini in locum suum, in oraculum templi, in sanctum sanctorum subter alas Cherubim. Beda de Christi humanitate exaltata ad dexteram Patris: ita Glossa ordinaria.

14. Psalm. 8. Eleuata est magnificentia tua super cœlos. Ecclesia in offic. Ascensionis. Cassiodorus. Gregorius homil. 29.

15. Psalm. 18. Exultauit vt gigas ad currendam viam; à summo cœlo egressio eius, & occursum eius vsque ad summum eius. Irenæus libr. 4. capit. 66. Iulianus in colloquio. Gregorius homil. 29.

16. Psalm. 103. Ponis nubem ascensum tuum. Prosper in hunc Psalmum visibiliter ait impletum in ascensione Domini. Ecclesia in officio eius diei.

17. Psalm. 17. Ascendit super Cherubim, & volauit, volauit super pennas vëtorum. Et posuit tenebras latibulum suum. Prosper de Prædict. part. 3. cap. 31. Cyprianus in exposit. Symboli. Euseb. lib. 6. cap. 1.

18. 1. Reg. 30. Quacumque rapuerunt Amalecita, omnia reduxit Dauid. Et tulit vniuersos greges, & armenta, & minauit ante faciem suam: dixeruntque, Hæc est præda Dauid. Venit ergo Dauid in Siceleg, & misit dona de præda senioribus Iuda proximis suis dicens, Accipite benedictio-

*nem de prada hostium Domini. Antecedētia hui⁹ historiarū Greg. Christo accommodat homil. 36. in Euang. & lib. 5. Moral. cap. 29.*

*19 Deut. 32. Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos & super eos volitans S. Maximus in sermo. de Ascensione. Ambrosius sermon. 62.*

*20. Iob. 39. Nunquid ad preceptum tuum eleuabitur aquila, & in arduis pones nidum suum. Aquilam Christum scriptura vocat vt Patres volunt.*

*Iesus promissum spiritum sanctum à Patre mittens, & discipulos dono cœlesti implens.*

### C A P. I I I.

I. **A**CT. 2. Factus est repente sonus de cœlo tamquam aduenientis spiritus vehementis, & repleuit totam domum vbi erant sedentes. Et apparuerant illis dissipata lingua tamquam ignis, sedit qua supra singulos eorum: & repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui varijs linguis, prout Spiritus sanctus dabat eloqui illis.

*II. Ioan. 16. Si non abiero, Paracletus non veniet ad vos: si autem abiero, mittam eum ad vos. Cum autem venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnia, &c.*

*1. Ioel. 2. Et erit in nouissimis diebus, effundam de spiritu meo super omnem carnem: & prophetabunt filij vestri, & filia vestra: & iuuenes vestri visiones videbunt, & senes vestri somnia somniabunt. Et quidem super seruos meos & ancillas meas effundam de spiritu meo, & prophetabunt. Petrus Act. 2. Iustin. in Tryph. Chrysost. in demonstrat. quòd Christus sit Deus.*

*2. Exod. 19. Cumque eduxisset eos Moyses in occursum Dei loco castrorum, steterunt ad radices montis. Totus autem mons Synai fumabat, eo quòd descendisset Dominus Deus super eum in igne, & ascenderet fumus ex eo, quasi de*

*de fornace: eratque omnis mons terribilis. Et sonitus buccina paulatim crescebat in maius. Leo Papa sermon. 1. de Pentecost. Cyprian. sermon. de spiritu sancto.*

3. Deut. 4. *Et accessistis ad radices montis qui ardebat usque ad cælum, erantque in eo tenebre, & nubes, & caligo: locutusque est Dominus ad vos de medio ignis. Vocem verborum eius audistis, & formam penitus non vidistis. Et Deut. 33. In dextera eius ignea lex. Rupertus 2. in Deut. cap. 10. Ignea lex est ardentissima charitas. Gregor. homil. 30. in Euang.*

4. Esai. 44. *Effundam aquas super sitientem, & fluenta super aridam: effundam spiritum meum super sementium, & benedictionem meam super stirpem tuam. Et germinabunt inter herbas sicut salices inxta praterfluentes aquas. Iste dicet, Domini ego sum: & ille vocabit in nomine Iacob, & hic scribit manu sua, Domino, & in nomine Israël assimilabitur. Ambros. lib. 1. de Spir. sanct. cap. 7. Gregor. lib. 33. moral. cap. 5. Tertullian. 4. cont. Marcion. Cyrillus hic 4. lib. in Esaiam.*

5. Leuit. 23. *Numerabitis ab altero die Sabbathi, in quo obtulistis manipulum primitiarum, septem hebdomadas plenas usque ad alteram diem expletionis hebdomadae septima, idest, quinquaginta dies: & sic offeretis sacrificium nouum Domino ex omnibus habitaculis vestris. Et vocabitis hunc diem celeberrimum atque sanctissimum. Cyprianus in sermone de Spiritu sanct. Hilarius in Hymnis.*

6. Leuit. 25. *Sactificabis annum quinquagesimum, & vocabis remissionem cunctis habitatoribus terra. Ipse est enim Iubileus. Cyprian. ibidem.*

7. Sophon. 3. *Tunc reddam populis labium electum. Ut inuocent omnes in nomine Domini, & seruiant ei humerovo. Propter donum linguarum ad gentes missum.*

8. Zachar. 12. *In die illa ponam duces Iuda sicut caminum*

Bb 4 ignis

*ignis in ligneis, & sicut facem ignis in fœno. Et denorabunt ad dexteram & ad sinistram omnes populos in circuitu. Et habitabitur rursus Hierusalem in loco suo. Et saluabit Dominus tabernacula Iuda sicut in principio.* Rupertus lib. 5. in Zachariam de igne Spiritus sancti misso in Apostolis. Didacus Scunica Augustinianus bene explicat hunc totum locum.

9. *Iob. 23. Spiritus Domini ornauit cœlos.* Gregor. homilia 30. in Euang. de die Pentecostes.

10. *Psal. 32. Verbo Domini cœli firmati sunt, & spiritu oris eius omnis virtus eorum.* De Apostolis Spiritu Dei roboratis, Gregor. in homil. 30. in Euang. Augustinus in Psal. 32. latè.

11. *Psal. 103. Emittes spiritum tuum, & creabuntur, & renouabis faciem terra.* Eccles. in offic. Pentecost. Prosper de diuinis Prædict. part. 3. cap. 31.

12. *Sapient. 1. Quoniam spiritus Domini repleuit orbem terrarum, & hoc quod continet omnia scientiam habet vocis.* Ecclesia in offic. Pentecostes.

13. *Quinquagesimo die ab egressione de Ægypto data est lex in igne in monte Synai.* De qua re mirabiliter Philosophatur Augustinus 12. lib. contra Faustum cap. 30. & sepe alias: sanctus quoque Leo ferm. 1. de Pentecost.

14. *Ezechiel. 36. Adducam vos in terram vestram: & effundam super vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis vestris. Et dabo vobis cor nouum, & spiritum nouum ponam in medio vestri. Et auferam cor lapideum de carne vestra? & dabo vobis cor carneum. Et spiritum meum ponam in medio vestri, & faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis & opere mini. Et habitabitis in terra quam dedi patribus vestris. Et eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum.* August. lib. 3. de Doctrin. Christiana cap. 34.

Iesus

Iesus in nouissimo die multis prodigijs finem mundi  
 antecedentibus cum maiestate viuos  
 & mortuos indicaturus.

## CAP. IV.

1. **I**ob. 19. Scio quodd redemptor meus viuuit, & in nouissimo die de terra surrecturus sum. Et rursus circundabor pelle mea, & in carne mea videbo Deum saluatorem meum: quem visurus sum ego ipse, & oculi mei conspecturi sunt, & non alius; reposita est hac spes mea in sinu meo.

2. Iob. 19. Fugite ergo à facie gladij, quoniam ultor iniquitatum gladius est, & scitote esse iudicium.

3. Iob. 31. Si contempsi iudicium subire cum seruo meo, & ancilla mea, cum disceptarent aduersum me. Quid enim faciam cum surrexerit ad iudicium Deus? Et cum quieserit, quid respondebo illi?

4. Iob. 14. Sic homo cum dormierit non resurget, donec atteratur calum non euigilabit, nec consurget de somno suo. Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abscondas me, donec pertranseat foror tuus, & constituas mihi tempus in quo recorderis mei?

5. Iob. 9. Deus cuius ira nemo resistere potest, & sub quo curuantur qui portant orbem. Quantus ergo sum ego vt respondeam ei, & loquar verbis meis cum eo? Qui etiam si habuero quippiam iustum, non respōdebo, sed meum iudicem deprecabor. Si fortitudo queritur, robustissimus est; si aequitas iudicij, nemo audet pro me testimonium dicere. Si iustificare me voluero, os meum condemnabit me: si innocentem ostendero, prauum me comprobabit.

6. Psalm. 49. Deus Deorum dominus locutus est, & vocauit terram. A Solis ortu vsque ad occasum: ex Sion species decoris eius. Deus manifeste veniet, Deus noster, & non silebit. Ignis in conspectu eius exardescet, & in circuitu

Bb 5 eius

eius tempestas valida. Aduocauit cælum de sursum, & terram discernere populum suum. Congregate illi sanctos eius, qui ordinent testamentum eius super sacrificia. Et annuntiabunt cali iustitiam eius. quoniam Deus iudex est.

7. Ibidem Existimasti inique quoddam tuum similem. Arguam te, & statuam contra faciem tuam. Intelligite hac qui obliuiscimini Deum: nequando rapiat, & non sit qui eripiat.

8. Psalm. 96. Ignis ante ipsum praecedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Alluxerunt fulgura eius orbi terra: vidit & commota est terra. Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini, à facie eius omnis terra.

9. Psalm. 9. Parauit in iudicio thronum suum, & ipse iudicabit orbem terra in aequitate, iudicabit populos in iustitia.

10. Psal. 17. Pra fulgore in conspectu eius nubes transierunt, grando, & carbones ignis. Et intonuit de cælo Dominus, & Altissimus dedit vocem suam, grando, & carbones ignis. Et misit sagittas suas, & dissipauit eos, fulgura multiplicauit & conturbauit eos.

11. Psalm. 74. Cum accepero tempus, ego iustitias iudicabo. liquefacta est terra, & omnes qui habitant in ea.

12. Eccles. 3. Vidi sub Sole in loco iudicij impietatem, & in loco iustitia iniquitatem. Et dixi in corde meo, Iustum & impium iudicabit Deus, & tempus omnis rei tunc erit.

13. Eccles. 12. Finem loquendi pariter omnes audiamus. Deum time, & mandata eius obserua: hoc est enim omnis homo. Et cuncta quae fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni errato, siue bonum, siue malum sit.

14. Sapien. 4. 5. Venient impij in cogitatione peccatorum suorum timidi, & traducent illos ex aduerso iniquitates ipsorum. Tunc stabunt iusti in magna constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & qui abstulerunt labores il

res il

res illorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione inſperata ſalutis, dicentes intra ſe præ anguſtia gementes: Hi ſunt, quos habuimus aliquando in deriſum: ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei.

15. Sap. 5. Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad ultionem inimicorum. Induet pro thorace iuſtitiam, & accipiet pro galea iudicium certum: ſumet ſcutum inexpugnabile æquitatem; acuet autem diram iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos. Ibunt directæ emiſſiones fulgurum, & tanquam à bene curuato arcu imbriam exterminabuntur, & ad certum locum inſilient. Et in petroſa ira plenz mittentur grandines, excandescet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter. Contra illos ſtabit ſpiritus virtutis, & tanquam turbo venti diuidet eos, & ad eremum perducet omnem terram iniquitatis illorum.

16. Eccleſ. 18. Ante iudicium interroga te ipſum, & in conſpectu Dei inuenies propitiationem.

17. Eſai. 2. Dies Domini exercituum ſuper omnem ſuperbum, & excelſum, & ſuper omnem arrogantem, & humiliabitur. Et ſuper omnes cedros Libani ſublimis, & erectas, & ſuper omnes quercus Baſſan. Et ſuper omnes montes excelſos, & ſuper omnes colles eleuatos, & ſuper omnem turrim excelſam, & ſuper omnem murum munitum. Et ſuper omnes naues Tharſis, & ſuper omne quod viſu putchrum eſt. Et incuruabitur ſublimitas hominum, & humiliabitur altitudo virorum, & eleuabitur Dominus ſolus in die illa, & idola penitus conterentur. Et introibunt in ſpeluncas petrarum, & in voragines terra à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius cum ſurrexerit percutere terram. Quieſcite ergo ab homine, cuius ſpiritus in naribus eius eſt, quia excelſus reputatus eſt ipſe.

18. Eſai. 3. Stat ad iudicandum Dominus, & ſtat ad iudicandum populos. Dominus ad iudicium veniet cum ſenibus

senibus populi sui, & principibus eius.

19. Esai. 13. Dominus & vasa furoris eius vt disperdat omnem terram. Ululate, quia prope est dies Domini: quasi vastitas à potente veniet. Propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis contabescet & conteretur. Torfiones & dolores tenebunt, quasi parturiens dolebunt: vnusquisque ad proximum suum stupebit, facies combusta vultus eorum. Ecce dies Domini veniet crudelis & indignationis plenus & ira furorisque ad ponendam terram in solitudinem & peccatores perdendos de ea. Quoniam stella cali & splendor earum non expandent lumen suum. Obtebratus est Sol in ortu suo, & Luna non splendet lumine suo. Et visitabo super orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum.

20. Esai. 66. Ecce Dominus in igne veniet, & quasi turbo quadriga eius reddere in indignatione furorem suum, & increpationem suam in flamma ignis: quia in igne Dominus dijudicabit, & in gladio suo ad omnem carnem, & multiplicabuntur interfecti à Domino.

21. Ibi. Et egredientur & videbunt cadauera virorum, qui prauaricati sunt in me. vermis eorum non morietur: & ignis eorum non extinguetur: & erunt vsque ad satietatem visionis omni carni.

22. Hierem. 4. Ventrem meum, ventrem meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt in me: non tacebo, quoniam vocem buccinae audiuit anima, clamorem prelij. Contritio super contritionem vocata est, & vastata est omnis terra: repente vastata sunt tabernacula mea, subito pelles mea. Vsquequo videbo fugientem, audiam vocem buccinae?

23. Hierem. 30. Vidi omnis viri manum super lumbum suum quasi parturientis, & conuersa sunt vniuersa facies in auruginem. Va quia magna dies illa, nec est similis eius.

24. Ezech.



24. Ezech. 32. Et operiam, cum extinctus fueris, caelos, & nigrescere faciam stellas eius: Solem nube tegam, & Luna non dabit lumen suum: omnia luminaria caeli muerere faciam super te, & dabo tenebras super terram tuam, dicit Dominus Deus, cum ceciderint vulnerati tui in medio terra.

25. Ezech. 37. Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris populus meus, & inducam vos in terram Israel, & scietis quia ego Dominus cum aperuero sepulchra vestra, & eduxero vos de tumulis vestris populus meus, & dederò spiritum meum in vobis, & vixeritis, & requiescere vos faciam super humam vestram.

26. Ezech. 34. Ecce ego iudico inter pecus & pecus arietum & bircorum. Et saluabo gregem meum, & non erit ultra in rapinam, & iudicabo inter pecus & pecus.

27. Daniel. 7. Aspiciebam donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit: vestimentum eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda: thronus eius flamma ignis, rota eius ignis accensus. Fluius igneus rapidusque egrediebatur à facie eius, millia millium ministrabant ei, & decies millies centena millia assistebant ei: iudicium sedit, & libri aperti sunt. Aspiciebam propter vocem sermonum grandium, quos cornu illud loquebatur: & vidi quòd interfecta esset bestia, & periisset corpus eius, & traditum esset igni ad comburendum.

28. Dan. 11. Et faciet iuxta voluntatem suam Rex, & eleuabitur, & magnificabitur aduersus omnem Deum, & aduersus Deum Deorum loquetur magnifica, & dirigetur, donec impleatur iracundia, perpetrata quippe est definitio. Et Deum patrum suorum non reputabit: & erit in concupiscentijs foeminarum, nec quenquam Deorum curabit, quoniam aduersum omnia consurget. Et veniet in multitudine magna, vt conterat, & interficiat plures. Et figet

taber

tabernaculum suum in Aepadno inter maria super montem inclytum & sanctum: & veniet vsque ad summitatem eius, & nemo auxiliabitur ei.

29. Dan. 12. In tempore autem illo confurget Michaël princeps magnus, qui stat pro filiis populi tui: & veniet tempus quale non fuit ab eo ex quo gentes esse coeperunt vsque ad tempus illud. Et in tempore illo saturabitur populus tuus, omnia qui inuentus fuerit scriptus in libro. Et multi de his qui dormiunt in terra puluere euigilabunt, alij in vitam aeternam, alij in opprobrium vt videant semper.

30. Daniel. 12. Vsque quo suis horum mirabilium? Et audiui virum qui indutus erat lineis, qui stabat super aquas fluminis, cum eleuasset dexteram, & sinistram suam in caelum & iurasset per viuentem in aeternum, quia in tempus & tempora & dimidium temporis. Et cum completa fuerit dispersio manus populi sancti, complebuntur vniuersa haec. Et ega audiui, & non intellexi. Et dixi, Domine mi, quid erit post haec? Et dixit mihi, Vade Daniel, quia clausi sunt signatique sermones vsque ad praefinitum tempus. Eligentur & dealbabuntur, & quasi ignis probabuntur multi: & impie agent impij, neque intelligent omnes impij: porro docti intelligent. Et a tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta. Beatus qui expectat & peruenit vsque ad dies mille trecentos triginta quinque.

31. Osea. 10. Et dicent montibus operite uos, & collibus cadite super nos.

32. Osea. 13. Et ego ero eis quasi leona, sicut pardus in via Assyriorum, occurram eis quasi vrsa raptis catulis, & dirumpam interiora iecoris eorum, & consumam eos, ibi, quasi leo bestia agri scindet eos.

33. Ioel. 1. A, a, a, diei; quia prope est dies Domini, & quasi vastitas a potente veniet.

34. Ioel. 2. Canite tuba in Sion, ululate in monte sancto

sancto meo, conturbentur omnes habitatores terra: quia veniet dies Domini, quia prope est dies tenebrarum & caliginis, dies nubis & turbinis. quasi mane expansam super montes, populus multus & fortis. Similis ei non fuit à principio, & post eum non erit à generatione in generationem. Ante faciem eius ignis vorans: & post eum flamma exurens: quasi paradysus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti, non est qui effugiat eum. Omnes vultus redigentur in ollam.

35. Ibid. A facie eius contremuit terra, moti sunt cæli, Sol & Luna obtenebrati sunt, & stella retraxerunt splendorem suum. Et Dominus dedit vocem suam ante faciem exercitus sui. Quia multa sunt nimis castra eius & fortia & facientia verbum eius: magnus enim dies Domini & terribilis valde, & quis sustinebit eum?

36. Ioel. 3. Congregabo omnes gentes, & dedicam eas in vallem Iosaphat; & disceptabo cum eis ibi super populo meo, & hereditate mea Israel, quos disperferunt in nationibus, & terram meam diuiserunt.

37. Ioel. 3. Consurgant & ascendant gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedebo, vt iudicem omnes gentes in circuitu. Mittite falces, quoniam maturauit messis: venite & descendite, quia plenum est torcular, exuberant torcularia, quia multiplicata est malitia eorum. Populi populi in valle concisionis, quia iuxta est dies Domini in valle concisionis. Sol & Luna obtenebrati sunt: & stella retraxerunt splendorem suum. Et Dominus de Sion rugiet, & de Hierusalem dabit vocem suam: & mouebuntur cæli & terra, & Dominus spes populi sui, & fortitudo filiorum Israel.

38. Amos. 3. Leo rugiet: quis non timebit?

39. Amos. 5. Va desiderantibus diem Domini. ad quid eam vobis? dies Domini ista tenebra, & non lux. Quomodo si fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei versus: & ingrediatur domum, & innitatur manu sua super parietem, &

mor

mordeat eum coluber. Nunquid non tenebra dies Domini ;  
& caligo, & non splendor in ea.

40. Abdi. 1. In die illa, dicit Dominus perdam sapientes  
de Idumaea, & prudentiam de monte Esau. & timebunt  
fortes tui à meridie, vt intereat vir de monte Esau.

41. Miche. 1. Ecce Dominus egredietur de loco suo, &  
descendet & calcabit super excelsa terra. Et scindentur  
montes, subtus eum, & valles scindentur sicut cera à facie  
ignis, sicut aqua qua decurrunt in praeceps.

42. Nahum. 1. Dominus amulator & vlciscens Domi-  
nus, vlciscens Dominus, & habens furorem, vlciscens Do-  
minus in hostes suos, & trascens inimicis suis.

42. Ibid. Ante faciem indignationis eius quis stabit? &  
quis resistet in ira furoris eius? indignatio eius effusa est si-  
cut ignis, & petra dissoluta sunt ab eo.

43. Haba. 3. Audini & conturbatus est venter meus;  
à voce contremuerunt labia mea. ingrediatur putredo  
in osibus meis, & sabter me scateat, vt requiescam in  
die tribulationis, vt ascendam ad populum accinctum no-  
strum.

44. Sophon. 1. Iuxta est dies Domini magnus, iuxta  
est & velox nimis: vox diei Domini amara, tribalabitur  
ibi fortis. Dies ira, dies illa, dies tribulationis & angustia,  
dies calamitatis & miseria, dies tenebrarum & caliginis,  
dies nebula & turbinis, dies tuba & clangoris super ciuita-  
tes munitas, & super angulos excelsos.

45. Agg. 2. Ego mouebo caelum & terram, & sub-  
uertam solium regnorum, & conteram fortitudinem re-  
gni gentium.

46. Zachar. 14. Et egredietur Dominus & pugnabit  
aduersus gentes illas, sicut praliatus est in die certaminis.  
Et stabunt pedes eius in die illa super montem Oliuarum,  
qui est contra Hierusalem ad orientem: & scindetur mons  
Oliuarum ex media parte sui ad orientem, & ad occiden-  
tem

tem praepruptu grandi valde: & separabitur medium montis ad Aquilonem, & medium eius ad meridiem. Et fugietis ad vallem montium eorum, quoniam coniungetur vallis montium vsque ad proximum: & fugietis, sicut fugistis à facie terrae motus in diebus Ozia Regis Iuda. Et veniet Dominus Deus meus, omnesque sancti cum eo: & exit in die illa, non erit lux, sed frigus & gelu. Et erit dies vna, qua nota est, non dies neque nox: & in tempore vesperi erit lux.

47. Malac. 4. Ecce enim dies veniet succensa quasi caminus, & erunt omnes superbi, & omnes faciētes impietatem stipula, & inflamabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, & non relinquent eis radicem & germen.

48. Ibid. Ecce ego mittam vobis Eliam prophetam, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum: ne forte veniam & percutiam terram anathemate.

49. 2. Machab. 7. Potius est ab hominibus morti datos spem spectare à Deo iterum ab ipso resuscitandos: tibi enim resurrectio ad vitam non erit. De Machabæis in ultimo agone positis.

50. 2. Machab. Bene & religiosè de resurrectione cogitans: nisi enim, eos qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluum videretur & vanum orare pro mortuis. Hæc de veteribus libris sufficient, quibus Euangelica & Apostolica scripta consentiunt.

51. Mat. 24. Et predicabitur hoc euangelium regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus: & tunc veniet consummatio.

52. Ibid. Statim autem post tribulationem dierum illorum Sol obscurabitur, & Luna non dabit lumen suum, & stella cadet de caelo, & virtutes caelorum commouebuntur. Et tunc parebit signum filij hominis in caelo. Et tunc plangent omnes tribus terra, & videbunt filium hominis venientem in nubibus caeli cum virtute multa & maiestate. Et

mittet Angelos suos cum tuba & voce magna, & congregabunt electos eius à quatuor ventis, à summis cœlorum vsque ad terminos eorum.

53. Marc. 13. Erunt enim dies illi tribulationes tales, quales non fuerunt ab initio creatura, quam condidit Deus, vsque nunc, neque fient. Et nisi breuiasset Dominus dies, non fieret salua omnis caro: sed propter electos, quos elegit, breuiavit dies.

54. Luc. 21. Et erunt signa in Sole & Luna & stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore & expectatione que superueniet vniverso orbi. Nam virtutes cœlorum mouebuntur, & tunc videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna & maiestate.

55. Ioan. 5. Neque enim pater iudicat quemquam: sed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem.

56. Ibid. Amen amen dico vobis quia venit hora, quando mortui audient vocem filij Dei, & qui audierint viuent. sicut enim Pater habet vitam in semetipso, sic dedit & Filio vitam habere in semetipso: & potestatem dedit etiam iudicium facere, quia filius hominis est. Nolite mirari hoc: quia venit hora, in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem Filij Dei: & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui verò mala egerunt in resurrectionem iudicij.

57. Act. 1. Hic Iesus, qui assumptus est à vobis, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cœlum.

58. Act. 10. Ipse est qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum.

59. Act. 17. Nunc Deus annuntiat hominibus, vt omnes vbique pœnitentiam agant: eo quod statuit diem in quo iudicaturus est orbem in aequitate, in viro in quo statuit, fidem præbens omnibus suscitans eum à mortuis.

60. Rom. 2.

60. Rom. 2. Quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt; & quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur.

61. Ibid. Testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationum accusantium, aut etiam defendentium, in die cum iudicabit Deus occulta hominum secundum Euangelium meum per Iesum Christum.

62. 1. Cor. 15. Ecce mysterium vobis dico. omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momento, in ictu oculi, in nauissima tuba. (canet enim tuba.) & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur.

63. 1. Cor. 3. Vniuscuiusque opus manifestum erit: dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur: & vniuscuiusque opus quale sit, ignis probabit.

64. 2. Cor. 5. Et ideo contendimus siue absentes siue praesentes, placere illi. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat vniuscuique propria corporis, prout gessit, siue bonum, siue malum.

65. 1. Thess. 5. De temporibus autem & momentis, fratres, non indigetis ut scribamus vobis. Ipsi enim diligenter scitis, quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet. Cum enim dixerint pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in utero habenti, & non effugient.

66. 1. Thess. 4. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui viuimus, qui residui sumus, in aduentu Domini non praueniemus eos qui dormierunt. Quoniam ipse Dominus in iussu & in voce Archangeli & in tuba Dei descendet de caelo, & mortui qui in Christo sunt resurgent primi: deinde nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Christo in aera, & sic semper cum Domino erimus.

67. 2. Thess. 2. Neque terreamini neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tanquam per nos missam, quasi instet dies Domini. Ne quis vos seducat vilo

modo : quoniam nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat ostendens se tanquam sit Deus. Num retinetis quia cū adhuc essem apud vos hac dicebam vobis ? Et nunc quid detineat scitis, vt reueletur in suo tempore (nam mysterium iam operatur iniquitatis : tantum vt qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat ) Et tunc reuelabitur ille iniquus : quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui eum, cuius est aduentus secundum operationem Satanae in omni virtute, & signis, & prodigijs mēdacibus, & in omni seductione iniquitatis iis qui pereunt.

68. 2.Tim.3. Hoc autem scito, quodd in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines se ipsos amantes, cupidi, elati, superbi, & cætera ; & voluptatum amatores magis quam Dei, habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes.

69. 2.Tim.4. Corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex: non solum autem mihi, sed & ijs qui diligunt aduentum eius.

70. Heb.9. Statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium.

71. Heb.10. Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia, terribilis autem quadam expectatio iudicij & ignis emulatio, quæ consumptura est aduersarios. Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Quia iudicabit Dominus populum suum.

72. Iacobi.5. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum, vt non iudicemini. Ecce iudex ante ianuam assistit.

73. 1.Pet.4. Tempus est vt iudicium incipiat à domo Dei. Si autem primum à nobis, quis finis eorum, qui non credunt Dei Euangelio ? Et si iustus vix saluabitur, impius & peccator



éator vbi parebunt?

74. 2.Pet.3. Venient in nouissimis diebus in deceptione illufores iuxta proprias concupiscentias ambulantes, dicentes, Vbi est promiffio aut aduentus eius? Ex quo enim patres dormierunt, omnia fic per feuerat ab initio creatura. Vnum vero hoc non lateat vos chariffimi, quia vnus dies apud Dominum ficut anni mille, & mille anni ficut dies vnus. Non tardat Dominus promiffionem fuam, ficut quidam exiftimant, fed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, fed omnes ad penitentiam reuerti. Adueniet autem dies Domini vt fur, in quo cæli magno impetu tranfient. elementa verd calore foluentur, terra autem & qua in ea funt opera exurentur. Cum igitur hæc omnia diffoluenda funt, quales oportet vos efle in fanctis conuerfationibus, & pietatibus? Nouos vero cælos & nouam terram, in quibus iuftitia habitat, fecundum promiffum ipfius expectamus.

75. 1.Ioan.2. Chariffimi, nouiffima hora eft: & ficut audiftis, quia Antichriftus venit, & nunc Antichrifti multi facti funt.

76. Iuda.1. Angelos verd, qui non feruauerunt fuum principatum, fed dereliquerunt fuum domicilium, in iudicium magni diei vinculis æternis fub caligine referuauit.

77. Apoc.6. Et vidi cum aperuiffet figillum sextum, & ecce terramotus magnus factus eft: & Sol factus eft niger tanquam fuccus cilicinus, & Luna rota facta eft ficut fanguis; & ftella de cælo cociderunt fuper terram, ficut ficus emittit groffos fuos cum à vento magno mouetur: & cælum recessit ficut liber inuolutus, & omnis mons & infula de locis fuis mota funt: & reges terra, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis feruus, abfconderunt fe in speluncis, & in petris montium, & dicunt montibus & petris: Cadite fuper nos, & abfcondite nos à facie fedentis fuper thronum, & ab ira agni: quoniam venit dies magnus ira ipforum, & quis poterit ftare?

78. Apoc. 10. Et Angelus, quem vidi stantem super mare, & super terram, leuauit manum suam ad cælum, & iurauit per viuentem in secula seculorum. Quia tempus non erit amplius, sed in diebus septimi Angeli cum ceperit tuba canere, consummabitur mysterium Dei.

79. Apoc. 11. Ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus: & dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducētis sexaginta amicti saccis. Et cum finierint testimonium suum, bestia, quæ ascendit de abyssu, faciet aduersus illos bellum, & vincet illos, & occidet eos, & cætera quæ profequitur de Elia, & Enoch, & Antichristo, vsque ad cap. 14.

80. Apoc. 14. Et vidi alterum Angelum volantem per medium cælum, habentem euangelium æternum, vt euangelizaret sedentibus super terram, dicens voce magna, Timete Dominum, & date illi honorē, quia venit hora iudicij eius.

81. Apoc. 20. Et vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra, & cælum, & locus non est inuētus eis. Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes ante thronum: & libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est vita: & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum, & iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum. Et infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda. Et qui non inuentus est in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis. Et vidi cælum nouum, & terram nouam.

F I N I S.

I O S E



IOSEPHI  
ACOSTAE  
EX SOCIETATE  
IESU,  
DE TEMPORIBVS  
NOVISSIMIS  
LIBRI QVATOR.

ILLVSTRISSIMO ET REVEREN-  
dissimo D.D. *Augustino Valerio S.R.E. Pres-  
bytero Cardinali amplissimo, & Veronensium  
Episcopo.*

Iosephus Acosta è Societate Iesu. S. D.



T de Nouissimis tempo-  
ribus, Cardinalis amplif-  
sime, hoc est de vltima  
ætate generis humani, de  
signis prænuntiisq; Iudi-  
cij, de Antichristi imma-  
ni tyrannide, de mundi  
ipfius interitu, quæ passim à plerisq; tractatur,

non nihil mihi quoque commentandum existimarem; duabus sum maximè rebus adductus. Primum quod cum in manus forte venissent cōmentarij quidam de ea re, siue scholia in Apocalypsim, & quid cēserem de iis rogatus essem, reperi nō pauca, quæ & mihi noua visa sunt, & me ipsa nouitate mouerūt atque excitarūt, vt, quibus doctrina probata & sana fundamentis niteretur, studiosius inquirerem. Quam operam dum præsto, & Patrum veterum ac recentium, qui mihi fuere ad manum, libros euoluo, multoque plura inuenio ac maiora, vt ferè fit, communis sententiæ robora, quā putaram, ne is meus labor, qui aliis neque ingratus esset fortassis, neque inutilis futurus, mihi periret, stylo committendū existimaui. Habent hæc longam reuera inquisitionem, & difficultatibus sanctarum scripturarum enodandis, vbi tantæ res latent, nō mediocrem vsum diligentiamq; deprecant. Sed diuinæ literæ, quas perscrutari Christus nos iubet, attentius lectæ, tum inter sese collatæ, Patrum demum piis doctissimisque lucubrationibus illustratæ, dici non potest, quam iucundos quam vberes fructus ferant. Inde intelligimus, quæ sit regula fidei, ad quam peruenimus, & in qua inconcussè permaneamus necesse est: inde, quousq; liceat cuique in suo sensu abundare, & quænam illa sit sapiēdi sobrietas,

*Ioan. 5.*

*Philip. 3.*

*Rom. 12.*

unde,  
abundare, &c.

brietas, quam tantopere commendat Aposto-  
 lus. Accessit ad eam, quam exposui, eodem tē-  
 pore altera quoque causa. Cum enim per dies  
 superioris aduentus, narrationem Iudicij, fu-  
 nestamque illam tragœdiam temporis vlti-  
 mi, Limēsi populo explicare instituissem, ani-  
 maduerti, fructum præ reliquis concionibus  
 copiosiore ex commemoratione proficisci  
 rerum verè, vt à Daniele vocantur, admirabi-  
 lium: quæ & libentius audiuntur, & tenacius  
 hærent, & pungunt vehementius animos ho-  
 minum. Etenim ad Dei salutarem timorem  
 incutiendum, omnesque has mundi malefal-  
 lentis ineptias procul abigendas, magnopere  
 conducit vel simplex ipsa narratio calamita-  
 tum, persecutionum, signorum, illius pertur-  
 bationis omniũ rerũ, denique cladis supræmæ,  
 qua deficiens iam & labascens, totus tandem  
 concidet mundus. Quales enim oportet nos  
 esse, & quanta sanctitate, vt Petrus admonet,  
 hæc expectantes? Et quamuis diuerso longè  
 stylo ab illo exhortatorio & populari (qui est  
 quidem ad persuadendum magis accõmoda-  
 tus, sed hanc tractatum dictionẽ minus de-  
 cet) à nobis hinc eadem historia tradatur, ta-  
 men in ipsa disputatione fit sæpe, vt rerum  
 pondere & vi, animus ad illa tã præclara ex-  
 citetur, seq; ipsum intuens, quid spei vita acta  
 polliceatur, interroget. Mihi certè, quod libè-

Dan. 12.

2. Petri. 3.

ter fateor, hæc cogitatio, cum ista ipsa scriberem vel per legerem, non parum adiumenti afferre visa est. Illud autem eadem hæc lecturos, si qui fuerint, admonendos puto, vt quæcumque minus placuerint, videant, quæ vel scripturæ vel Patrum auctoritate nitantur, & tunc probent, quæ probamus, aut improbent. Nihil enim in rebus vsque adeo ab humano iudicio remotis, afferendum fuit, quod non ad illam, quam dixi, Regulam conferretur. Extant verò tot ac tanta de Nouissimis temporibus apud maiores nostros, & quo antiquiores, Apostolisq; vicinioreo plura, magisque explicata, vt nihil aliud de iis opinari deceat, quam esse ab ipsis Apostolis, inter arcana, quæ sermone magis quam literis continentur, Ecclesiæ tradita. Quod puto ob id factum, quòd res essent, quæ nisi probatis prudentibusque viris non bene committerentur: quemadmodum Paulus quoque de iis scribès ad Thessalonicenses insinuat. Quòd si à prificis scriptoribus non nulla prodita literis legimus, quæ merito respuat catholica Ecclesia, neque nos conturbare debent, neque cæterorum, quæ plurima piè doctèque tradunt, auctoritatem eleuare aut etiam conuellere. Ea est enim humani ingenij ratio, vt quamuis diligenter audiat, tamẽ dum accepta ab aliis, aliis tradit, nisi familiarissimo instinctu diuinitus

roga

ente.  
radit, ni

rogatur, quod solis canonicis scriptoribus datum est, multa de suo ponat, atque ut ipse intellexit, ita traditum à superioribus putet. Vnde emerfisse scimus multorū antiquorum varia dogmata, quæ iure improbāda sint, cum auctorum tamen suorum opinio in Ecclesia Dei clara habeatur. Est igitur certa Regula, ad quam, ut nummi ad libellam, traditiones maiorum probandæ sunt, Ecclesiæ Catholice cōsensus. Quæ quidem huic receptæ sunt, atque ipsa antiquitate & vniuersitate iam cōfirmatæ, sine dubio pro Apostolicis diuinisque traditionibus habēdæ sunt, quamuis scriptura non sit expressa: quas verò non satis firmo consensu tenet, in quibusque Catholici Patres alij aliter sapiunt, in iis erit cuique in suo sensu abundandi locus. Nam quæ illa reiicit apertèque improbat, in iis nullius scriptoris autoritas tanti faciendæ est, ut mouere nos debeat. Itaque si in \* Iustino Martyre, si in Irenæ, in Hippolyto, in Lactantio, cæterisvè huius classis priscis scriptoribus, alijs qua occurrunt de mundi certa duratione, de resurrectione prima, de regno temporali Sanctorum millenario, de Antichristi non humana sed Diabolica persona, quæ nullo modo sana fides recipit, non protinus illorum virorum commentarios non magni facere oportet, cum sit solius Canonice scripturæ proprium,

\* Iustin<sup>o</sup>  
in Dialo  
go cum  
Tryphon.  
Irenæus  
in 5. libr.  
aduersus  
hæreses.  
Lactanti<sup>o</sup>  
in 7. insti-  
tutionū  
de Mille-  
nario Re-  
gno, &  
prima  
Resurre-  
ctione  
muta  
tradunt.  
Hippoly-  
tus in li.  
de cōsum-  
matione  
mundi,  
Antichri-  
stum fore  
ipsū Dia-  
bolum  
phanta-  
stica fa-  
cie homi-  
nis testis.

proprium, vt nihil possit falsitatis obrepere. Hi verò plurima sane, vt ab Apostolica ætate acceperunt, ita posteris tradidere: at interdum, quod humanum est, dum literæ, quæ occidit, nimis hærent, minus sunt spiritum affecuti. Quod in Apocalypsi Ioannis maximè contingit, in qua copiosissimè de extremis temporibus scribitur. Verùm ita crassior ille sensus,

2. Cor. 3. Iudaicæque intelligentiæ proprius à diuinarum literarum dignitate repellendus est, vt veritas maneat tamen & consistat historica: ne, dum nimis spiritualiter omnia intelligimus, nihil intelligamus. Id vitij in Origene Origenisque similibus, vt nihil historiæ relinquentes, omnia allegorizet, vix possum dicere, quæ valde me offendat: quòd videã & futurorum prophetias, quæ sunt diuinitus inspiratæ, prophetica maiestate priuari, & studium eas inuestigantis eludi. Videntur mihi hinc Millennarij, inde Origenistæ, via dissimili non dissimile fecisse naufragium: si quidem alij velut terram nimis prementes, ad loca confragosa illiduntur: alios in altum plus equo euectos, ventorum vis marisque vorago merfos rapit. Hoc propterea monui, quòd in Daniele, in sermone Dominico in monte Oliueti habito, in Pauli epistolis ad Thessalonicenses & Corinthios, & quod caput est omnium, in ipsa Apocalypsi Ioannis, manifestè de Nouissimorum

tempo



temporum historia scripta, quæ quidem sunt huius vniuersæ tractationis tanquam promptuaria diuina, tam multa multi allegorizent, vt nihil propemodum certi relinquunt, quod de futuris prædictum capere possimus. Quæ res magnitudinem diuini spiritus, altè omnia prospicientis & annuntiatis suis, ad indignas angustias redigit. Itaque enitendum est, vt neque commenta vana fabulasque sectemur, neque verò quæ secundum sensum historicum rectè nobis prædicta accipere possumus, negligenter prætereamus. Id nos esse assecutos, haud quaquam pollicemur ( qui enim sumus ad tantam rem ? ) optasse certè & expetiisse, non diffitemur. Quicquid autè de argumento proposito mihi scribere in mentem venit, in quatuor distribui libros. Quorum in primo, communiter agitur de tempore iudicij extremi, propinquum nescit, nec ne, ac de iis signis quæ per totum Ecclesiæ decursum antecedunt. In secundo iam propriè, de Aduentu Antichristi eiusque potètia, & sæuissima omnium, quæ vnquã fuisse, Ecclesiæ Christi persecutione. In tertio de beatorum illius temporis Christi militum constantia & coronis, de Elia venturo, ac de Antichristi denique ipsius interitu. In quarto eodemque postremò, de reliquo tempore vsque ad Aduentum Domini, de signis de mundi fine, atque Iudicio. Hæc si  
 pro

*modo : quoniam nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat ostendens se tanquam sit Deus. Num retinetis quia cū adhuc essem apud vos hac dicebam vobis? Et nunc quid detineat scitis, vt reueletur in suo tempore (nam mysterium iam operatur iniquitatis: tantum vt qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat) Et tunc reuelabitur ille iniquus: quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & destruet illustratione aduentus sui eum, cuius est aduentus secundum operationem Satane in omni virtute, & signis, & prodigijs mēdacibus, & in omni seductione iniquitatis iis qui pereunt.*

68. 2. Tim. 3. Hoc autem scito, quod in nouissimis diebus instabunt tempora periculosa, & erunt homines se ipsos amantes, cupidi, elati, superbi, & cætera; & voluptatum amatores magis quam Dei, habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes.

69. 2. Tim. 4. Corona iustitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex: non solum autem mihi, sed & ijs qui diligunt aduentum eius.

70. Heb. 9. Statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium.

71. Heb. 10. Voluntarie enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia, terribilis autem quadam expectatio iudicij & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. Horrendum est incidere in manus Dei viuientis. Quia iudicabit Dominus populum suum.

72. Iacobi. 5. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum, vt non iudicemini. Ecce iudex ante ianuam astitit.

73. 1. Pet. 4. Tempus est vt iudicium incipiat à domo Dei. Si autem primum à nobis, quis finis eorum, qui non credunt Dei Euangelio? Et si iustus vix saluabitur, impius & peccator

*ator vbi parebunt?*

74. 2.Pet.3. Venient in nouissimis diebus in deceptione illusores iuxta proprias concupiscentias ambulantes, dicentes, Vbi est promissio aut aduentus eius? Ex quo enim patres dormierunt, omnia sic perseuerat ab initio creatura. Vnum vero hoc non lateat vos charissimi, quia vnus dies apud Dominum sicut anni mille, & nulle anni sicut dies vnus. Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad poenitentiam reuerti. Adueniet autem dies Domini vt fur, in quo cœli magno impetu transient, elementa verò calore soluentur, terra autem & quæ in ea sunt opera exurentur. Cum igitur hæc omnia dissoluenda sint, quales oportet vos esse in sanctis conuersationibus, & pietatibus? Nouos vero cœlos & nouam terram, in quibus iustitia habitat, secundum promissum ipsius expectamus.

75. 1.Ioan. 2. Charissimi, nouissima hora est: & sicut audistis, quia Antichristus venit, & nunc Antichristi multi facti sunt.

76. Iuda. 1. Angelos verò, qui non seruauerunt suum principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni diei vinculis aternis sub caligine reseruauit.

77. Apoc. 6. Et vidi cum aperuisset sigillum sextum, & ecce terramotus magnus factus est: & Sol factus est niger tanquam saccus cilicinus, & Luna tota facta est sicut sanguis; & stellæ de cœlo ceciderunt super terram, sicut ficus emittit grossos suos cum à vento magno mouetur: & cœlum recessit sicut liber inuolutus, & omnis mons & insula de locis suis mota sunt: & reges terræ, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruus, absconderunt se in speluncis, & in petris montium, & dicunt montibus & petris: Cadite super nos, & abscondite nos à facie sedentis super thronum, & ab ira agni: quoniam venit dies magnus iræ ipsorum, & quis poterit stare?

78. Apoc. 10. Et Angelus, quem vidi stantem super mare & super terram, leuauit manum suam ad cælum, & iurauit per viuentem in secula seculorum. Quia tempus non erit amplius, sed in diebus septimi Angeli cum ceperit tuba canere, consummabitur mysterium Dei.

79. Apoc. 11. Ciuitatem sanctam calcabunt mensibus quadraginta duobus: & dabo duobus testibus meis, & prophetabunt diebus mille ducētis sexaginta amicti saccis. Et cum finierint testimonium suum, bestia, quæ ascendit de abyssu, faciet aduersus illos bellum, & vincet illos, & occidet eos, & cætera quæ prosequitur de Elia, & Enoch, & Antichristo, vsque ad cap. 14.

80. Apoc. 14. Et vidi alterum Angelum volantem per medium cælum, habentem euangelium æternum, vt euangelizaret sedentibus super terram, dicens voce magna, Timete Dominum, & date illi honorē, quia venit hora iudicij eius.

81. Apoc. 20. Et vidi thronum magnum candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra, & cælum, & locus non est inuētus eis. Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes ante thronum: & libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est vita: & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum, & iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum. Et infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda. Et qui non inuentus est in libro vita scriptus, missus est in stagnum ignis. Et vidi cælum nouum, & terram nouam.

F I N I S.

I O S E



IOSEPHI  
ACOSTAE  
EX SOCIETATE  
IESV,  
DE TEMPORIBVS  
NOVISSIMIS  
LIBRI QVATVOR.

ILLVSTRISSIMO ET REVEREN-  
dissimo D.D. *Augustino Valerio S.R.E. Pres-  
bytero Cardinali amplissimo, & Veronensium  
Episcopo.*

Iosephus Acosta è Societate Iesu. S.D.



T de Nouissimis tempo-  
ribus, Cardinalis amplif-  
sime, hoc est de vltima  
ætate generis humani, de  
signis prænuntiisq; Iudi-  
cij, de Antichristi imma-  
ni tyrannide, de mundi  
ipius interitu, quæ passim à plerisq; tractatur,

non nihil mihi quoque commentandum existimarem; duabus sum maximè rebus adductus. Primum quod cum in manus forte venissent cōmentarij quidam de ea re, siue scholia in Apocalypsim, & quid cēserem de iis rogatus essem, reperi nō pauca, quæ & mihi noua visa sunt, & me ipsa nouitate mouerūt atque excitarūt, vt, quibus doctrina probata & sana fundamentis niteretur, studiosius inquirerem. Quam operam dum præsto, & Patrum veterum ac recentium, qui mihi fuere ad manum, libros euolo, multoque plura inuenio ac maiora, vt ferè fit, communis sententiæ robora, quā putaram, ne is meus labor, qui aliis neque ingratus esset fortassis, neque inutilis futurus, mihi periret, stylo committendū existimaui. Habent hæc longam reuera inquisitionem, & difficultatibus sanctarum scripturarum enodandis, vbi tantæ res latent, nō mediocrem vsus diligentiamq; deprecant. Sed diuinæ literæ, quas perscrutari Christus nos iubet, attentius lectæ, tum inter sese collatæ, Patrum demum piis doctissimisque lucubrationibus illustratæ, dici non potest, quam iucundos quam vberes fructus ferant. Indè intelligimus, quæ sit regula fidei, ad quam peruenimus, & in qua inconcussè permaneamus necesse est: inde, quousq; liceat cuique in suo sensu abundare, & quænam illa sit sapiēdi sobrietas,

*Ioan. 5.*

*Philip. 3.*

*Rom. 12.*

brietas, quam tantopere commendat Aposto-  
 lus. Accessit ad eam, quam exposui, eodem tē-  
 pore altera quoque causa. Cum enim per dies  
 superioris aduentus, narrationem Iudicij, fu-  
 nestamque illam tragœdiam temporis vlti-  
 mi, Limēsi populo explicare instituissem, ani-  
 maduerti, fructum præ reliquis concionibus  
 copiosorem ex commemoratione proficisci  
 rerum verè, vt à Daniele vocantur, admirabi-  
 lium: quæ & libentius audiuntur, & tenacius  
 hærent, & pungunt vehementius animos ho-  
 minum. Etenim ad Dei salutarem timorem  
 incutiendum, omnesque has mundi malefal-  
 lentis ineptias procul abigendas, magnopere  
 conducit vel simplex ipsa narratio calamita-  
 tum, persecutionum, signorum, illius pertur-  
 bationis omniũ rerũ, denique cladis supremæ,  
 qua deficiens iam & labascens, totus tandem  
 concidet mundus. Quales enim oportet nos  
 esse, & quanta sanctitate, vt Petrus admonet,  
 hæc expectantes? Et quamuis diuerso longè  
 stylo ab illo exhortatorio & populari (qui est  
 quidem ad persuadendum magis accõmoda-  
 tus, sed hanc tractatum dictionē minus de-  
 cet) à nobis hinc eadem historia tradatur, ta-  
 men in ipsa disputatione fit sæpe, vt rerum  
 pondere & vi, animus ad illa tã præclara ex-  
 citetur, seq; ipsum intuens, quid spei vita acta  
 polliceatur, interroget. Mihi certè, quod libè-

Dan. 12.

2. Petr. 3.

ter fateor, hæc cogitatio, cum ista ipsa scribē-  
 rem vel per legerem, non parum adiumenti  
 afferre visa est. Illud autem eadem hæc lectu-  
 ros, si qui fuerint, admonendos puto, vt quæ-  
 cumque minus placuerint, videant, qua vel  
 scripturæ vel Patrum auctoritate nitantur, &  
 tunc probent, quæ probamus, aut improbent.  
 Nihil enim in rebus vsque adeo ab humano  
 iudicio remotis, afferendum fuit, quod non  
 ad illam, quam dixi, Regulam conferretur.  
 Exrant verò tot ac tanta de Nouissimis tem-  
 poribus apud maiores nostros, & quo anti-  
 quiores, Apostolisq; viciniore eo plura, ma-  
 gisque explicata, vt nihil aliud de iis opinari  
 deceat, quam esse ab ipsis Apostolis, inter ar-  
 cana, quæ sermone magis quam literis con-  
 tinentur, Ecclesiæ tradita. Quod puto ob id  
 factum, quòd res essent, quæ nisi probatis pru-  
 dentibusque viris non bene committerentur:  
 quemadmodum Paulus quoque de iis scribēs  
 ad Thessalonicenses insinuat. Quòd si à pris-  
 cis scriptoribus non nulla prodita literis legi-  
 mus, quæ merito respuat catholica Ecclesia,  
 neque nos conturbare debent, neque cætero-  
 rum, quæ plurima piè doctèque tradunt, au-  
 toritatem eleuare aut etiam conuellere. Ea est  
 enim humani ingenij ratio, vt quamuis dili-  
 genter audiat, tamē dum accepta ab aliis, aliis  
 tradit, nisi familiarissimo instinctu diuinitus  
 roga



rogatur, quod solis canonicis scriptoribus datum est, multa de suo ponat, atque ut ipse intellexit, ita traditum à superioribus putet. Vnde emerfisse scimus multorū antiquorum varia dogmata, quæ iure improbāda sint, cum auctorum tamen suorum opinio in Ecclesia Dei clara habeatur. Est igitur certa Regula, ad quam, ut nummi ad libellam, traditiones maiorum probandæ sunt, Ecclesiæ Catholice cōsensus. Quæ quidem huic receptæ sunt, atque ipsa antiquitate & vniuersitate iam cōfirmatæ, sine dubio pro Apostolicis diuinisque traditionibus habēdæ sunt, quamuis scriptura non sit expressa: quas verò non satis firmo consensu tenet, in quibusque Catholici Patres alij aliter sapiunt, in iis erit cuique in suo sensu abundandi locus. Nam quæ illa reiicit apertèque improbat, in iis nullius scriptoris autoritas tanti facienda est, ut mouere nos debeat. Itaq; si in \* Iustino Martyre, si in Irenæ, in Hippolyto, in Lactantio, cæterisvè huius classis priscis scriptoribus, aliqua occurrunt de mundi certa duratione, de resurrectione prima, de regno temporali Sanctorum millenario, de Antichristi non humana sed Diabolica persona, quæ nullo modo sana fides recipit, non protinus illorum virorum commentarios non magni facere oportet, cum sit solius Canonice scripturæ proprium,

\* Iustin<sup>o</sup>  
in Dialo  
go cum  
Tryphon.  
Irenæus  
in 5. libr.  
aduersus  
hæreses.  
Lactanti<sup>o</sup>  
in 7. insti-  
tutionū  
de Mille-  
nario Re-  
gno, &  
prima  
Resurre-  
ctione  
multa  
tradunt.  
Hippoly-  
tus in li.  
de cōsum-  
matione  
mundi,  
Antichri-  
stum fore  
ipsū Dia-  
bolum  
phanta-  
stica fac-  
cie homi-  
nis testis.

proprium, vt nihil possit falsitatis obrepere. Hi verò plurima sane, vt ab Apostolica ætate acceperūt, ita posteris tradidere: at interdum, quod humanum est, dum literæ, quæ occidit, nimis hærent, minus sunt spiritum assecuti. Quod in Apocalypsi Ioannis maximè contingit, in qua copiosissimè de extremis temporibus scribitur. Verùm ita crassior ille sensus,

*2. Cor. 3.* Iudaicæque intelligentiæ proprius à diuinarum literarum dignitate repellendus est, vt veritas maneat tamen & consistat historica: ne, dum nimis spiritualiter omnia intelligimus, nihil intelligamus. Id vitij in Origene Origenisque similibus, vt nihil historiæ relinquentes, omnia allegorizēt, vix possum dicere, quã valde me offendat: quòd videã & futurorum prophetias, quæ sunt diuinitus inspiratæ, prophetica maiestate priuari, & studium eas inuestigantis eludi. Videntur mihi hinc Millennarij, inde Origenistæ, via dissimili non dissimile fecisse naufragium: si quidem alij velut terram nimis prementes, ad loca confragosa illiduntur: alios in altum plus equo euectos, ventorum vis marisque vorago mersos rapit. Hoc propterea monui, quòd in Daniele, in sermone Dominico in mōte Oliueti **habito**, in Pauli epistolis ad Thessalonicenses & Corinthios, & quod caput est omniũ, in ipsa Apocalypsi Ioannis, manifestè de Nouissimorum

tempo

temporum historia scripta, quæ quidem sunt huius vniuersæ tractationis tanquam promptuaria diuina, tam multa multi allegorizent, vt nihil propemodum certi relinquunt, quod de futuris prædictum capere possimus. Quæ res magnitudinem diuini spiritus, altè omnia prospicientis & annuntiatis suis, ad indignas angustias redigit. Itaque enitendum est, vt neque commenta vana fabulasque sectemur, neque verò quæ secundum sensum historicum rectè nobis prædicta accipere possumus, negligenter prætereamus. Id nos esse assecutos, haud quaquam pollicemur (qui enim sumus ad tantam rem?) optasse certè & expetiisse, non diffitemur. Quicquid autè de argumento proposito mihi scribere in mentem venit, in quatuor distribui libros. Quorum in primo, communiter agitur de tempore iudicij extremi, propinquum nescit, nec ne, ac de iis signis quæ per totum Ecclesiæ decursum antecedunt. In secundo iam propriè, de Aduentu Antichristi eiusque potètiâ, & sæuissima omnium, quæ vnquã fuere, Ecclesiæ Christi persecutione. In tertio de beatorum illius temporis Christi militum constantia & coronis, de Elia venturo, ac de Antichristi denique ipsius interitu. In quarto eodemque postremò, de reliquo tempore vsque ad Aduentum Domini, de signis de mundi fine, atque Iudicio. Hæc si

pro

pro dignitate fuissent, ac rerum magnitudine exponenda, plurimorum voluminum opus esset. Nos præcipua tantum, ex diuinis libris carpentes, atque vbi ambiguum aliquid existit, pro nostro modo discutientes; & sine cuiusquam sententiæ præiudicio, quæ visa sunt meliora secuti, quoddam velut compendium ordinatæ narrationis effecimus. Hic si quid rectè accommodatèque dictum sit, supremo sapientiæ fonti acceptum referre par est: sin pro humana ignorantia, veri nos assecutio in rebus per quam obscuris effugerit, libenter vel audiemus nunc ex doctioribus, vel rerum aliquando ipsarum experimèto docebimur. Has igitur nostras exiguas lucubrationes quales quales eæ sunt, tibi Illustrissime Præsul dicare cõstitui, nõ solùm quia de nostra societate optimè meritus sis, & me ipsum tua humanitate, & benignitate omnino tibi deuinxeris, sed etiã quod cùm in omni sciẽtiarum genere excellas, hi nostri labores & securitatẽ, & præterea auctoritatẽ, sub tãti Præsulis patrocinio obtinebunt. Accipe igitur Cardinalis Illustrissime hoc studij mei munus quod propense offero, & ita accipe, vt & gratissimũ in te animũ agnoscas, & si fuerit, vt sine dubio erit tua ista amplissima eruditione & dignitate multo inferius, tu tamen pro tua benignitate, & eo quẽ dixi in me amore, clementer ignoscas. Vale.

D E



# DE TEMPORIBVS NOVISSIMIS

LIBER PRIMVS.



SACRIS LITERIS TRADI,  
*Diem Iudicij appropinquare.*

*Caput Primum.*



**X**TREMI Iudicij diem instare, omnis nos diuina scriptura admonet. Apostolorū princeps Petrus: omniū, inquit, finis appropinquauit. Iacobus itidem: patientes estote & vos, & confirmate corda uestra, quoniam aduētus Domini appropinquauit. Paulus quoque fines sæculorum uenisse commemorat: Ioannes uerò nō diē solum, ut reliquis Apostolorum chorus, instare, sed horā etiam nouissimam esse uult. Quid ipse Christus Dominus? Nonne ultimam mundi generationem uenisse perspicuè docet, illis uerbis? Amen dico uobis; quia non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc fiât quòd de extremo iudicio, ac non de Hierosolymitano tantū excidio, intelligi oportere, & celebrior expositio Patrū, & ipse

*1. Pet. 4.  
Iacob. 5.*

*1. Cor. 10.  
1. Ioan. 3.*

*Mat. 24.*

& ipse Euangelij contextus aperte demonstrat. Neque Apostolica & Euangelica tantum, verum etiam prophetica oraçula diei illius celeritatē denuntiant.

*Sopho. 1.* Sophonias quidem ita clamat: iuxta est dies Domini magnus iuxta est, & velox nimis. Ioel autē quasi eiusdem temporis prophetiā tradit, vt Petrus interpretatus est, & Spiritus sancti descensum in Discipulos,

*Joel 2.*  
*Ath. 2.*  
*Ezech. 7.* & signa nouissima Dominici aduētus Ezechiel verò tanquam rem presentem enuntiat: Finis venit, venit finis super quatuor plagas terræ, Esaias etiā, quod repentina clade oppressi solent, vlulare nos monet, quòd prope sit dies Domini crudelis, indignationisque plenus. Deinde innumerabilia sunt argumenta, quibus nos Spiritus sanctus sollicitat, vt diem illum expectemus breui ad futurū. Etsi enim sæpe scriptura proprias populi Israëlitiçi, aut gentiū quarundam euerfiones tractat, sæpe etiā diem cuique mortalium vltimum designat; tamē illud sine dubio simul, imo potius agit, vt diem vniuersæ creaturæ supremū, ob oculos nobis ponat; quòd præsentium breuitate exclusi, auidius æterna cogitemus. Itaq; cū quartur. Quando nam finis Mundi huius futurus sit, absolutissimè atq; verissimè respòdere Christianus potest: valde cito.

*Psal. 13.*

*Quod plerique sanctorum Patrum Mundi finem adesse iam opinati sint: & quomodo eorum sententia accipi debeat. CAP. II.*

*Grego. in hom. 1. in Euāg. & li. 8. epif. 41. & ho mil. 4. in Euang.*

**Q**Uo minus mirandum est, si plerique Sanctorum Patrum, tum diuina huius tantæ celeritatis significatione commoti, tum signorum à Domino prædictorum, magna demonstratione excitari, suis temporibus ita crediderint finem mūdi vicinū, vt se se tanquam spectaculo iam futuro pararent. Beatus sancte Gregori⁹, admirabilis, si quis alius, districti iudicij cōtēplator ac prædicator, cū sui sæculi calamitates quæ

quæ plurimæ acciderunt, expenderet, pestilentias, inquam, fames, seditiones, bella cruenta, Romani imperij ruinas, magnos terræ tremores, cæteraque horribilia, non dubitavit sæpe numero pronuntiare non tam impendere proximè, quam planè adesse Mundi exitum. Quid Ambrosius? ipsum audi elegantissimè differentè: Verborum cælestium, inquit, nulli magis, quàm nos testes sumus, quos Mundi finis inuenit. Quanta enim prælia, & quas opiniones accipimus præliorum? Hanni in Alanos, Alani in Gothos, Gothi in Tayfalos & Sarmatas insurrexerunt. Quæ omnium fames? lues bouum pariter atque hominum? & cætera quæ prosequitur. His superior Hilarius, quòd Arianorum sub Constantio rabiem, ac furorem in Ecclesiam catholicam esset expertus, tribulationè eam dixit, de qua esset prædictum nullam futuram esse maiorem. Itaque sine dubio diem vltimum proximum esse. In tractatu contra Arianos & Augétium, ita scribit: Quid autem illud sit, quod ignorandum vltra non sit, breuiter exponam. Secundum placitam Deo plenitudinè, coarctata sunt tempora. Incircumscripcta enim ratio eorum, cælestibus libris docetur, ac necesse est in ipsam nos ætatè Antichristi incidisse. Quin etiam Sanctissimus Martyr Cyprianus, plusquam mille ducentis ab hinc annis, ad hunc modum scripsit: Scire debetis & pro certo credere ac tenere, pressuræ diè super caput esse cœpisse: & occasum sæculi, & Antichristi tempus appropinquasse: vt parati omnes ad prælium stemus. Nec putemus talia esse quæ veniunt, qualia fuerint illa, quæ præterierunt. Eodem ferè modo, si quis obferuet, loquuntur reliqui Patres. Porrò Sanctus Vincentius Valentinus, magnus sui sæculi Apostolus, e-  
tiã reuelatione diuina admonitus, ac Romani Pon-

*Ambros.  
libr. 10. in  
Lucam.*

*Hilar. in  
Constantium.*

*Hilar. in  
lib. cõtra  
Aria. &  
Augen-  
tium.*

*Cypr. lib.  
4. epif. 6.  
Idem lib.  
3. epif. 1.*

*Iustin. in  
Dia. cum  
Tryp. scri-  
bit Anti-  
christum  
iam esse  
pro forib.*

D d tificis

tificis auctoritate fretus, superiore ætate, festinantis diuini iudicij attonitū orbē expectatione cōpleuit.

*Leo ser.  
8. de ie-  
iunio 10.  
mensis  
Hiere. in  
24. cap.  
Matthai  
Surius in  
vita 5.  
Vincētij.  
Mar. 13.  
Añ. 1.*

Quas patrū conclamationes quidam considerantes, simul mundi cursum tanto post tempore eundē cernentes, humana putant existimatione deceptos. Sed vt nulla est illorū virorū iniuria, si latuisse eos pute-  
mus, quod Apostolos quoque, atque ipsos adeò An-  
gelos, Dominus celatum voluit, ita profectò præci-  
pitem de re sibi ignota sententiam tulisse, nullo mo-  
do decet existimare. Quid igitur? Iudicij quidē diem  
citò venturum ita prædicabant, vt in diuinis literis  
legerant, atque ita se comparabant, ac populos sibi  
cōmissos instruebant, vt tāquam breui, omnium re-  
rum harum caducarum interitū spectaturi, Deo quæ  
vitæ rationem reddituri, hæc vana contemnerent, ad  
illa æterna aspirarent, fidem moresque integros cu-  
stodirent; denique sobriè, ac iustè, ac piè viuētes, ex-  
pectarent beatam spem, & aduentum gloriæ magni  
Dei. Qua quidē prædicatione nihil neque salutaris,  
neque verius afferri potest. Ad hanc, vt Scholasticè  
dixerim, practicam fururi citò iudicij doctrinam, si  
ex humanis coniecturis aliquid suspicionis accesserit,  
quod re vera iam iam mundus properaret ad exitum,  
donādum certè est patribus, neque vllò modo  
falsitatis coarguendum. Neque enim diē, neque an-  
num, neque verò sæculū definierūt: neque vllò mo-  
do, pro comperto, & certo tradidere, quoto à priore  
Domini aduentu anno, rursus iudex mundi venturus  
esset. Sed quod ad mores corrigendos attinet, pro-  
nuntiant illi quidem seriò, diem Iudicij non longè  
abesse: quod ad signorum obseruationē spectat, pio  
quodam timore perculsi, celerem mundi finem sus-  
picantur: verum vt in re arcana, sententiam suam ab  
omni certa temporum definitione suspendunt.

*Ad Tit.  
2.*

*Con*



*Cōtra temeritatem eorum, qui certum annum, aut tempus  
iudicij predicare audent.* CAP. III.

**Q**VI verò ultra progressi, diem aut annum, aut etiam seculum Mundo perituro definiunt, magno illi temeritatis periculo, quod penitus ignorant, docere conantur. Nam quemadmodum quicunque hactenus ea de re pronuntiare ausi sunt, egregie delusos cernimus, ita istos quoque, vel falli, vel fallere nullo modo dubitandum est, qui de posteritate nostra calculum adhibent. Prophetant enim de corde suo, & nihil vident. Augustinus quidem narrat quosdam, post Christum natum, asseruisse annos superesse quadringentos, alios, quingentos, alios, mille: quorum omnium pulchrè irridet audaciam. Hieronymus vero Iudam scriptorem Ecclesiasticum erroris argui scribit, quod adventum Antichristi circa sua tempora futurum esse dixerit. Hebræorum quoque nonnulli, rationibus nescio quibus, sane frigidis, mundi ætatem sex annorum millibus ab ipso sito exordio ad finem usque determinant. Cui sententiæ & Lactantius, Irenæus, atque alij, ex nostris quidam acquiescunt. Quid? quod Beguinarum, & Begardorum princeps Petrus Ioannis, inter cæteros suos pestilentes errores, etiam illius notatur, quod affirmarit, Anno millesimo tercentesimo trigesimo quinto Antichristum Regni sui finem habiturum, deceptus fortasse computatione dierum Daniëlis mille trecentorum triginta quinque, tamquam diem pro anno acciperet, ut Ezechielem imitaretur. Iam verò ali<sup>9</sup> nō inferior Propheta in annum millesimum tercetesimum, quadragesimum Antichristi tēpus extendit: cuius scilicet anni ipso die Pētescostes, Antichristi discipuli, mūdo essent apparituri. Nec defuere

*Aug. lib.  
18. de ci-  
uit. c. 53.*

*Gene-  
brardus  
in sua  
Chrono-  
graphia.  
ca. 1. La-  
ctan. lib.  
7. ca. 14.  
Irena. li.  
5. cap. 28.*

*Direct.  
Inquir. p.  
2. qn. 15.  
ponitur  
error 49.*

D d 2 nostro

nostro quoque sæculo, qui computatione adhibita quam volunt, diem vltimum in annum sexagesimum nonum supra sexcentimum & millesimum conferant. Alij celerius, alij paulò tardius vaticinantur futurū. Quis hic, si sapiat, tenere se possit, quin ad istorum arrogatē scientiam fremat, aut rideat potius? Christus ab Apostolis de hac quæstione rogatus, eam curiositatem cōpescendam putauit, & dixit: Non est vestrum nosse tempora, vel momenta, quæ Pater posuit in sua potestate: quib⁹ verbis, vt Augustinus habet egregiè, omnium de hac re calculantium digitos resoluit, & quiescere iussit: & tamen pergunt homines docere velle, quod vel Apostolis discere non est datū? Neque cogitant, quanta auctoritate à Domino pronūtiatum sit: De die autem illo nemo scit, neque Angeli in cœlo, neque filius, nisi Pater. Quid potest vel superbius, vel insani⁹ cogitari, quā vt rem vsque adeò occultam, quæ ipsos etiā summos Angelos lateat, polliceantur nullius pretij homines certā, atque expeditā? Quin potius audimus sapientem præclare monētem. In pluribus operibus Dei, ne fueris curiosus: non est enim tibi necessarium ea, quæ abscondita sunt, videre oculis tuis. Sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper. Vigilare sanè præcepit, & semper paratos esse, lumbos succingere, candelas tenere inflāmatas, atque ita prōptos, & alacres expectare Domini aduentum: horam huius aduentus inquirere, nō præcepit. Quod si quam Deus occultā voluit, horam nos decernere velim⁹, quid aliud futurum existimamus, quàm vt maximè errātes, vel intempestiuo pauore perturbemur, vel pernicioso otio torpeamus? Est verò vtrumque non parui discriminis. Quam ob rem Theffalonicenses futurū suæ ætate finem Mundi opinantes, Paulus Apostolus vehementer ab ea sententia

*Dan. 12.**Exec. 4.**Direct.**Inq. p. 2.**q. 11. nu-**meratur**is primus**error**Bartho-**lomei Ia-**nonesij**Maiori-**centis.**Act. 1.**Aug. lib.**18. de ci-**uit. c. 53.**Mar. 13.**Eccli. 3.**Mat. 24.**Mar. 13.**Luc. 12.**2. The. 2.*

in Theffalonicenses, Pa-

tentia reuocat in posteriore epistola ita scribēs: Rogamus autem vos fratres per aduentum Domini nostri Iesu Christi, & nostræ cōgregationis in ipsum, vt nō citò moueamini à vestro sensu, neque terreamini, neque per spiritum, neque per sermonem, neque per epistolam tāquam per nos missam, quasi instet dies Domini. Ne quis vos seducat vllō modo. Quoniā, nisi venerit discessio primum &c. En quanto verborum pondere præproperam de die Domini futuro, sententiā Apostolus corrigit: neque vlla ratione patitur quēquam ea de re, certè aliquid polliceri, siue is reuelationem sibi factā prætexat, siue supputatione temporū ex Daniēle aliunde vē adhibeat (hoc enim vocat sermonē, illud spiritum) siue etiā ipsius Apostoli verba non rectè intellecta cōmemoret, quod se Apostolos nouissimos dicat, quòd in se fines sæculorum deuenisse, quòd illis demū, qui viui peruenient ad diē Domini, sese annumeret, dicēs: Nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur in nubibus obuiam Christo: & non præueniemus eos, qui dormierunt in Christo. Quibus ex verbis errandi occasionem cepisse Thessalonicenses, verisimile est, quasi Paulo superstitite futurus esset mundi finis, quòd is se viventē occursturū Domino narrare videatur. Cuius refellēdi erroris causa potissimū, scriptrā posteriōrē ad Thessalonicēses epistol. auctores nobiles tradūt.

*Quid damni sit, de celeritate Iudicij definire.*

### CAP. IIII.

**S**ED meritò quarunt, cum Dominus, atque illius Apostoli omnes, ipsique etiam Prophetae, toties celeritatem aduentus, & iudicij Domini committentur, quid damni fuerit, iam nostra ætate futurum prædicare. Cur enim tātō opere Paulus fatagit, ne moueamur à nostro sensu, neque terreamur, quasi instet

D d 3 dies

1. Cor. 4.

1. Corin.

10.

1. Thess.

4.

Hiero. in

epist. ad

Mineruiū

& Ale-

xād. An-

selmus in

2. c. 2. ad

Thessal.

2. The. 2.

10-

11 instet

dies

dies Domini? Nonne terror iste plenus salutis est? Non ne curam, & solitudinē incurrit maximam, vt properemus sanctè in occursum Christi? At veritas *Rom. 3.* Dei nullo modo indiget nostro mēdacio. Iubet quidem nos Christus paratus omni tempore expectare *Mar. 13.* ipsius aduētum: sed ex veritatis regula id agente pio timore, dum nostrā hinc ignorantia, inde rei magnitudinem contemplamur: nequaquā verò ex falsa p̄sumptione hominum, rei sibi ignotæ tanquam certò compertæ, terrore nos conturbantium. Etenim qui hac parte plus sapere volūt, quam oportet sapere, atque diem Domini definite contendunt, etiam fidem postquam in discrimen adducunt. *Augu. in epist. 80. ad Hesychium.* Augustinum audi, si placet. Qui dicit, ait ille, Dominum citius esse venturum, periculosus fallitur. Si enim nō ita euenerit, incipient homines aduentum Domini, nō tardum putare, sed nullum: qui est magnus interitus animarum. Audis ne ex sententia tanti Patris, in temeraria diei Domini asseritione magnum periclitari interitū animarum? Nam aut fidei Christianæ insultabunt infideles, aut fidem hominis talia mentientis, irridebunt Christiani, aut etiā de futuris diffident, quando præterita, quæ crediderāt, falsa viderint. Deinde ipsi humana vitæ non parum incōmodat importunus eiusmodi terror. Vt enim diem cuique extremum Deus occultum esse statuit magno cōsilio: quòd mortales, cum se quotidie mori posse cognoscerent, rectius viuerent, cum neque certò mortuos scirent, viuere possent, & quæ sunt vtilia hominibus, cogitare (quis enim aut liberorum, aut familiarum, aut ciuium cōmoda curaret, certus citissimæ mortis?) ita profectò ne mūdum istum vehemētius amaremus, quàm par est, periturum omninò accipimus: ne verò vel publica obire, vel priuatis consulere, quātum genus hominum requirit,

requirit, cessemus, incerta illi<sup>9</sup> duratione, vel potius dilato interitu inducimur. Itaq; tenet nos inter metum, & spem, vel mundi, vel noster finis incertus, sic diuina prouidentia humanæ viæ pondera librâte, vt neque ad caduca ista, æternis neglectis, vehementius afficiamur: neque verò ab iis ipsis, quârum est opus, curâdis, immoderata interit<sup>9</sup> formidine abripiamur.

*Qua ratione aduentus Domini verè appropinquare dicatur in sacris literis, & nihilominus sit longanimiter expectandus.* C A P. V.

**A**T T A M E N humanum ingenium per se curiosum, & ea maximè sciēdi auidum, quæ sunt ab ipsi<sup>9</sup> facultate remotissima, excitatur adhuc amplius illa tam crebra literarū diuinarum, de aduentus Domini celeritate, contestatione; vt quærat tandem exitum rei. Mille iam & quingenti anni abierunt, ex quo Christus statim se vêturum pollicitus est: Ecce, inquit, venio cito. Et viri Galilæi quemadmodū vidistis eum euntem in cœlum, sic veniet. Quam lōga porrò est hora hæc, quam Beatus Ioānes ante tot annorū centurias, nouissimā dixit? Re vera deficit sensus humanus, parūque abest, quin fides periclitetur. Nam patientiæ & iustæ sollicitudinis iacturam, inter has tantas Domini moras, plerique seruatorum planè fecerunt. Ita Iudicij dies passim cogitatur, atque Troiani excidij fabula: tāquam ad nos minimè pertineat, qui post mille quingentos annos, eadē prædicâtes & cōminantes tot viros legimus, & nihilominus eadem etiā homines agentes intuemur. Sed profectò fidelis est Dominus in omnibus verbis suis, & sanctus in omnib<sup>9</sup> operibus suis, atque omnia opera illius misericordia & veritas, & principium sermonum eius veritas. Quam, quoniâ difficilem hac parte

*Apoc. 22  
Ab. 1.*

*Psa. 144.  
Psal. 24.  
Psal. 118.*

D d 4 apud

apud homines futuram Dei verbum prævidebat, iis omnibus commemoratis, quæ de mundi fine & suo aduentu prolixè dixerat, non dubitauit illud robur adiicere: Cælû & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. Et quoniã spiritus ille cęlestis à sæculo in sæculû respicit, & cum sit subtilissimus, omnia penetrat, omnia prospicit, etiã in hac re fragilitati cogitationis humanæ pulchrè cõsuluit, longè ante morbum diuino antidoto præparato. Legamus Apostolum Petrum: Veniẽt, inquit, in nouissimis diebus in deceptione illusores, iuxta proprias concupiscentias ambulantes, dicentes: Vbi est promissio, aut aduentus eius? Ex quo enim Patres dormierunt, omnia sic persauerãt ab initio creaturæ. Ad quã obiectiõẽ paulo post, ita respondet. Vnum vero hoc non lateat vos charissimi, quoniã vn<sup>o</sup> dies apud Dominũ quasi mille anni, & mille anni sicut dies vnus. Non tardat Dominus promissionem suam, sicut quidam existimant, sed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, sed omnes ad pœnitentiã reuerti. Satis hinc discimus alias esse mensuras diuinorum operum, & temporis nostri. Nos mortales, quibus vita est vapor ad modicũ parens, centũ annos longissimum sæculum cõputamus: & citò nostrum & serò nostrũ inter has metimur angustias, instar fornicarũ repentium, quibus longũ est iter, quod vno spatio tuo cõsumas.

*Iacob. 4.* Alius est longè diuinitatis altè omnia prospicientis incessus, & breue est illi quod nobis longissimum, cuius sunt iuxta Prophetã, itinera æternitatis. Quoniã mille anni, ait, ante oculos tuos, tãquam dies hesternæ, quæ præterit, & custodia in nocte quę pro nihilo habetur, eorũ anni erunt. Iam si mille anni Deo dies vna eaque iam præterita, quomodo non citò fit, quod ante vnã talẽ hebdomadã fit? Non igitur fallit Deus,

Deus, sed nos potius non intelligimus assuefacti humanis angustijs, & diuinam magnitudinem minimè cogitantes. Eadem breuitatis significatio etiam in priore Domini aduentu data est à Prophetis. Et Esaias quidem: Prope est, inquit, vt veniat tempus eius, *Esai. 14.* & dies eius non elongabuntur. *Agg. 2.* Aggeus verò; Adhuc vnum modicum est, & ego commouebo cælum, & terram, & mare, & aridã & veniet desideratus cunctis gentibus. Huius, Modicum, annos plusquã quadringentos complectitur; illius, Prope, fermè septingentos: qua summa si ad mortalem hanc aetate conferatur, que ad summum octoginta annorum curriculo clauditur, prolixa videbitur: sin ad æternum illum summi Dei diem, breuissimum pũctum. Neque id tacuit scriptura diuina: que cum aliàs sepè propinquum diceret Saluatoris aduentum, tamen in Abacuch magis ad nostrum sensum accommodatè loquitur: Qui adhuc visus procul, & apparebit in finem, & non mentietur. Si moram fecerit, expecta illum, *Abac. 2.* quia veniens veniet, & non tardabit. Ecce qui incredulus est, non erit recta anima eius in semetipso. Iustus autem in fide sua viuet. Quæ Prophetæ verba vsurpans Apostolus in epistola ad Hebræos, & cum superiore Aggæi testimonio cõiungens, atque ad posteriorem Domini aduentũ accommodans, satis nos instruit, idem esse. & longum nobis, & Deo citum: & moram quidem facientem esse sustinendũ, & tamen opportunè venturum, neque moram facturum. Nam sicut in nostris peccatis perferendis diuque expectandis, valde est longanimis Deus; ita vicissim in illius promissionibus percipiendis vult nos quoque esse longanimes. Et hoc est quod dicit: Iustus meus *Heb. 6.* ex fide viuet: quòd si subtraxerit se, non placebit animæ meæ. Abraham certè Dei pollicitationes conse-

quutus est longanimiter ferens. Quam ob rem commemorato in Euangelio suo illo ultimo aduentu, de quo est nobis suscepta disputatio, non ignorans ple-rosque longum habituros, quod ille velut breue expectare præcepit, atque eam ob causam impiè acturos desperatione concepta, admonet nos Magister optimus in huc modum: Si autem dixerit malus ser-uus ille in corde suo: Moram facit Dominus meus venire, & cæperit percutere conseruos suos, man-ducet autem & bibat cum ebriosis, veniet Dominus serui illius, in die qua non sperat, & boni qua igno-rat, & diuidet eum, partemque eius ponet cum hypo-critis. Superbiam atque luxuriam malorū pastorum describit ex occulta quadam infidelitate venientem, supplicium quoque meritò redditum morte inopi-nata, locumque attributum cum ijs qui ore tenus  
*Matth.*  
 24.  
*3. Timot.*  
 3.  
*Ioan. 10.*  
*Zach. 1.*  
 Christiani sunt, habentes speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes, quòd pastorum quidem ti-tulos præferrent, rebus ipsis lupi essent, aut idola pa-storum. Hæc eo disputata sunt, vt intelligatur, quam-uis multis annorum centurijs ab inde distantem, ta-men verè prorsus appropinquantem Christi aduen-tum diuinitus esse annuntiatum.

*Quod dies iudicij propterea cuique propinquus sit,  
 quòd mortis dies non longè absit.*

## C A P. VI.

**A**T his, & si diuina autoritate pressus non audet contradicere, non satis tamen hominis animus conquiescit. Quid enim? si Deo breue est, quod homini per quam longum, cum alloquitur Deus hominem: non ne humanæ se intelligentiæ accómmodare debet? Quid verò sibi vult verbis nostris nobiscum agere, & tamen vim verborum suo non nostro, sensu tenere



tenere? Planè qui apud homines homo ita ageret, is decipere & fallere videretur. Ad hæc, quid rationis habet, propter paucos quosdam homines, quos dies ille supremus hic agentes in carne inuenturus est, ceteros omnes antecedentes, qui infinitis partibus istos superant numero, veluti attonitos atque suspensos tenere velle eius rei expectatione, quæ ad ipsos minime pertinet? Neque enim signa illa terrificæ, & tribulationem maximam Antichristi, & ignem illû in omnia grassantem, & reliqua horribilia visuri sumus, si priusquàm fiunt, è viuis decedimus. Ad hunc nempe modum humana ignorantia interdum disputat secum; & quamuis voce non audeat, in corde tamen, vt in Euangelio dicitur, Domini sententiam piger seruus accusat. At intelligamus oportet, ac firmissimè in animo collocemus, Deum non vera solum, sed etiam vtilia, nostrumque singulis per quam necessaria tradere. Neque ad illos solum, omnia illa extremi iudicij oracula spectare, qui vltimi omnium mortalium finem sæculi visuri sunt: sed ad nos, ipsos propriè, atque ad omnium mortalium vnumquemque maximè pertinere. Imminet cuique nostrum iudicium certum, dies incerta: & quod de generali ad omnes aduentu suo Christus admonet, de particulari ad singulos etiam intelligi vult. D. Augustinum præclarè hæc eadem tractantem audiamus. In quo, inquit, quemque inuenerit suus nouissimus dies, in hoc eum comprehendet Mundi nouissimus dies: quoniam qualis in die isto quisque moritur, talis in die illo iudicabitur. Et paulo post, cur itaque omnibus dicit, quod ad eos solos pertineat, qui tunc erunt, nisi quia eo modo ad omnes pertinet, quo modo dixi? Tunc enim vnique veniet dies ille, cum venerit ei dies, vt talis hinc exeat, qualis iudicandus est

*Math.*

24.

*D. Aug.  
epist. 80.  
ad Hesy-  
chium.*

est illo die. Ac per hoc vigilare debet omnis Christianus, ne imparatum inueniat eum Domini aduentus. ~~Imparatum~~ autem inueniet ille dies, quem imparatum inuenerit suæ vitæ huius vltimus dies. Hæc ille. Ac si diligentius attendamus, inueniemus profectò, cum Christus de suo aduentu & iudicio loquitur, ita verba sua attemperasse, vt non solum generalem Mundi finem, sed singularem etiam cuiusque oculos poneret. Quare ita sermonem illum vniuersum claudit, vt non minus de hora mortis extrema, quam de Mundi fine intelligi velit. Sic enim finit apud Marcum: *Marc. 13.* Vigilare ergo: Nescitis enim quando dominus domus veniat, serò an media nocte, an galli cantu, an manè; ne cum venerit repente, inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus *Matt. 25.* dico: Vigilate. Eodem modo Matthæus paulo amplius dilatata parabola seruorum domini reditum præstolantium. Apud Lucam quoque legimus: *Luc. 21.* Attendite autem vobis, ne forte grauentur corda vestra in crapula & ebrietate & cybis huius vitæ, & superueniat in vos repentina dies illa. Hic si quærimus, quam diem intelligat Dominus, cum monet, ne nobis repentina superueniat, æquè sanè & diem obitus nostri, & diem mundi vltimam significatam accipimus. Quod Paulus bene confirmat, cum dicit diem *1. Thess. 3.* Domini sicut furem in nocte venturam. Vos autem, ait, fratres non estis in tenebris, vt vos dies illa tanquam fur comprehendat. Ita in Apocalypsi, quod de vltimo mundi die in quodam loco Dominus dicit: *Apor. 16.* Ecce venio sicut fur: idem conueniens Episcopum *Apor. 3.* Ecclesiæ Sardis comminatur: Si ergo non vigilaue-  
ris, veniam ad te tanquam fur, & nescies qua hora veniam ad te. Addam illud, in diuinis literis sæpe pro eodem haberi iudicium singulare cuiusque, & vniuer

Vniuersale omnium, neque tanquam duo iudicia narrari, sed tanquam vnum atque idem. Diem Domini, ait Hieronymus, diem intellige iudicij, siue diem exitus vniuscuiusque de tempore. Quod enim in die iudicij futurū est omnibus, hoc in singulis die mortis impletur. Nam quamuis tempora diuersa sint, causa tamen eadem est atque sententia: vt illud solum differre videatur, quod hic singuli iudicantur, illic omnium simul iudicia promulgantur. Est vero perquam familiare scripturæ sacræ, quando aliquid apparet, velut cum ipsum fit, vno sermone celebrare, & tanquā vnum idemque censere. Ita prior Christi aduentus & occultus in Virginis utero, & apertus ex Virginis utero, tanquam idem aduentus in mundum, Paulo teste, & à Prophetis canitur, & ab Angelis adoratur. Quem morem Ecclesia seruans, in Christi natali saepe repetit, Verbum carnem factum, tanquam simul incarnatum & natum celebret: tamen si honorem Mariæ in Annuntiatione proprio nomine veneretur. Vt ergo prior Christi aduentus ad saluandum Mundum, vnus atque idem à scriptura traditur, atque ab Ecclesia celebratur, & occultus in virginis utero, & apertus ex Virginis utero, sicut iam dixi: ita posteriorem illius aduentum ad iudicandum mundum, sacræ literæ tradunt, & cum singulos velut occultè ac seorsum iudicat, & cum simul omnium iudicium vniuersa creatura presente, atque spectante pronuntiat. Eam ob causam dicit: Qui

*Hiero. in  
Ioel. c. 2.*

*Heb. 1.  
Psal. 36.*

*Ioan. 3.*

sit,

sit, quam vita æterna atque animæ immortalitas ( nã  
 fruuntur iam nunc beatæ Sanctorum animæ vita æ-  
 terna, corporum autem resurrectionem vsque ad sæ-  
 culi occasum opperiantur ) tamen in diuinis literis  
 vtrumque pro eodem habetur passim, propterea  
 quod ab eodem fonte emanet, ac se se vtrumque ne-  
 xu quodam mutuo consequatur. Dei enim perfecta  
 sunt opera; & qui saluator est hominis, totum homi-  
 nem facit sanum. Appellari autem in scriptura resur-  
 rectionis nomine, animæ immortalitatem & vitam  
 æternam, ex Christi disputatione perspicuum est, qui  
 ostendere volens Sadducæos errare, quod negarent  
 resurrectionem mortuorum, ex diuino testimonio  
 probat: Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, &  
 Deus Iacob. Deus autem non est Deus mortuorum  
 sed viuorum. Et certè poterant intelligi illi patres  
 anima viuentes, quamuis corpore resurrecturi non  
 crederentur, quemadmodum Philosophi, Platonici  
 præsertim atque Peripatetici, facile concederēt. Sed  
 agebat cum Sadducæis Christus, qui resurrectionem  
 corporum ob id negabant, quod animorum immor-  
 talitatem non reciperent, quemadmodum Lucas  
 quoque in Actis Apostolorum significat. Sadducæi,  
 inquit, dicunt non esse resurrectionem neque Ange-  
 lum neque spiritum. Vitam igitur restare alteram  
 multò hac meliorem, in qua agerent illi p'atres tan-  
 topere Deo chari, rectè Christus ostendit, quod il-  
 los hoc sæculo iam defunctos, adhuc tamen suos  
 Deus vocaret, nequaquam certè cum mortuis com-  
 mercium habiturus Deus viuens. Ex eadem intelli-  
 gentia auctori secundi Machabeorum libri licuit di-  
 cere de Iuda Machabeo offerere donaria pro ijs qui  
 bello ceciderant, quòd bene & religiosè de Resur-  
 rectione mortuorum cogitaret. Nisi enim eos qui  
 cecide

*Deu. 32.**Ioan. 7.**Matth.**32.**Exod. 3.**Act. 23.**1. Matth.**12.*

ceciderant resurrecturos speraret, superfluum videretur & vanum orare pro mortuis. Atqui non esse vanum, quispiam dixerit, orare pro mortuis etiam si resurrecturi non sint: vt enim corpora extincta iaceant, tamen animas à peccatis solui, & vita beata frui. Sed, vt dixi, pro eodem vtrumque habetur, & vitam existere beatam animarum & mortuorum resurrectionem: hoc est, concessa prima resurrectione, vt scriptura loquitur, secundam pariter concedi. Eodem modo argumentatur Paulus Apostolus: Si mortui non resurgunt, neque Christus resurrexit, si Christus non resurrexit, inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides vestra. Quibus adiungit. Quod si in hac vita tantum sperantes sumus, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Quid ita Paule? An si corporum resurrectio nõ sit, nulla erunt præmia tua? nihil re solum corpore, animo regnare cum Christo? Nihil peregrinantiem à corpore, præsentem esse ad Dominum? Nihil per speciem in Deum rapi? Non negat ista Paulus, neque id agit, vt solius animæ fœlicitas non superet omnes vitæ huius labores, atque ærumnas. Sed negata mortuorum resurrectione, etiam vitam beatam animarum tolli, vita verò illa concessa, etiam mortuorum resurrectionem vicissim stare, Paulus intelligit. Atque hinc sublata resurrectione, omnibus miseris inferiores esse Apostolos sapienter colligit, qui præsentis labores veros perferrent, ad præmia futura falsa respicerent. Ex his aliisque scripturis apertè monstratur quod dixi, resurrectionem futuram corporum cum præsentem vitam beatam sanctorum animarum pro eodem haberi, atque vtrumque vno communi resurrectionis siue regenerationis nomine appellari. Nam & Philosophiæ consentaneum est, vbi vnum propter alterum, ibi non duo, sed

Apo. 20.

1. Cor. 15.

2. Cor. 5.

sed vnum dici. Ac videtur mihi huius in scripturis sanctis locutionis non satis animaduersa ratio non paucis errandi occasionem præbuisse, qui quod in illis literis, iustorum præmia & mercedem in regeneratione, in resurrectione, in aduentu Domini, in fine sæculi reddi persæpe legerent, præcipuam beatitudinis partem, quæ Dei visione constat, vsque ad mundi finem differri opinati sunt. quod præterea nõ nulli sanctorum Patrum sentire videri queant, Augustinus præsertim, ijs qui morem loquendi illorum scripturæ congruentem minus perspexerint: cum re vera haud quaquam illorum sententia sit, puras & Sanctas animas diuinæ esse visionis expertes. Sed de beatitudine animarum scripturæ patrumque sententias explicare; non est huius temporis. Illud nobis modo maneat, de quo satis est disputatum tam timorem diuini Iudicij, quam spem retributionis æternæ, secundum sanctarum scripturarum fidem, pariter hominis cuiusque, & in vniuersi orbis fine proponi.

*Quod Diem iudicij sibi imminere vnusquisque cogitare debeat.*

CAP. VII.

**Q**VAM ob rem si prudenter cogitamus, ita nos comparare debemus, vt nobis iam iam imminere atque adeo incumbere iudicij vltimum diem arbitremur. Nam quod ad nos attinet, tunc nobis mundus iste finitur, cum vita finitur. Signa quoque illa mundi occumbentis in ipsa nostra morte non desunt. Neque enim frustra nos adhortatur Salomõs  
*Eccli. 12.* Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tuæ, antequam veniat tēpus afflictionis, & appropinquent anni de quibus dicas, non mihi placent: antequam tenebrescat sol & luna & lumen & stellæ, & reuertantur

tantur nubes post pluuiam quando commouebuntur custodes domus, & nutabunt viri fortissimi. Quæ quidem cum cōsequentibus, de interitu cuiusque dici manifestum est, & tamen ad Mundi interitum, vt etiam Hieronymus animaduertit, spectare videntur. Nam quemadmodum sol rationis humanæ obscuretur, stellæ sensuum decidant, luna cogitationis obueletur; cerebri imber viuificus vacuis veluti nubibus non stillat, ipsa ossa, quæ domum hanc mortalem custodiunt tamquam firma præsidia, commota titubēt ac vacillent, cætera denique fiant quæ ab Ecclesiaste ibi commemorantur, & à Gregorio illo antiquo ad Mundanæ fabricæ ruinam accommodantur, huc artexere, & longum est & minimè necessarium. Tribulationem quoque tunc fore maximum, cum princeps mundi huius adest sæuiens quòd modicum tempus habeat, nemo nescit. Antichristum si quis requirat huius finis prænuntium, Ioannes etiam multos Antichristos ostendet, quot quot sanè Christi fidem & charitatem in nobis oppugnant. Vnde scire possumus nobis nouissimam esse horam. Quæ à me non eo commemorata sunt, vt quæcumque à Salvatore de signis, de die vltimo, de iudicio extremo prænuntiata sunt, eadem aut totidem de die cuiusque vltimo intelligi debere existimem ( quid enim ea commentatione insulsius? ) sed vt potius allata sunt, vt cum alius sit dies vltimus Mundi, alius cuique vltimus, tamen intelligant, sibi que persuadeant homines, quantum ad vnum quemque pertinet, diem Iudicij esse propinquum, atque ideo ab ipsa Veritate non solum verè, sed etiam vtiliter de celeritate vltimi ipsius aduētus fuisse pronuntiatum. Quemadmodum enim si maris inexpertus, & multū nauis nauclerum interroget,

*Hiero. in  
commen-  
tar. 18.  
Eccles.*

*Gregor.  
Tauma-  
turgus in  
paraphr.  
Ecclesia-  
stis.*

*Ioan. 2.*

E e an

an

an longa futura sit navigatio, illeque vt animum addat iam pene exanimato, breuem eam futuram esse respondeat, cum alioqui vectori mox perquam prolixa videatur, non certè mentitur, quamuis interrogantis sensum lateat responsionis modus, cum re vera navigatio pro consuetudine nauigantium non longa sit, interim etiam salutis hominis potius quam curiositati consulit: ita mihi videntur Dominus noster desiderantibus Apostolis ipsius aduentum tempusque exquirèntibus, breui futurum & verè respondisse & salubriter, quòd salutis nostræ potius quam curiositatis rationem habendam duxerit. Est enim eius diei scientia periculosa, ignorantia turissima.

*Ob quas causas præter iudicium particulare singulorum,  
Iudicium vniuersale omnium Deus constituerit.*

C A P. V I I I.

**C**V R verò, cum causæ omnium hominum, cum primum singuli migrant è vita, terminentur, voluerit tamen Deus iudiciū vniuersale constitui, in quo non aliæ sententiæ, sed eadem proferendæ sint, quamquam diuina iudicia timere potius iubemur quam perscrutari, tamen est, vtiles atque conducit, paucis quæ diuinæ literæ insinuant, considerare.

*Psal. 50.* Primum igitur, vt iustificetur Deus & vincat, omni creatura, cœlesti, humana, atque inferna tum spectante tum comprobante, publicè omnium simul causæ narrandæ sunt, & expromenda iudicia. Hanc Dei omnipotentis laudem commendat Ioannes in Apocalypsi, cum narrat vidisse se atque audisse diuinos cytharædos pulsantes cytharas atque cantâtes:

*Apoc. 15.* Magna & mirabilia sunt opera tua Domine Deus omnipotens, iustæ & veræ sunt viæ tuæ Domine, Rex sæculorum. Quis non timebit te Domine, & magnificabit nomen tuum? quoniam solus pius es, quoniam



quoniam omnes gētes venient & adorabunt in conspectu tuo, quoniam iudicia tua manifesta sunt. Et in Psalmo: Cognoscetur Dominus iudicia faciens: *Psalm. 9.*  
 & in alio Psalmo: Ut faciant in eis iudicium conscriptum. Deinde ad Sanctorum gloriam augendam, & ignominiam impiorum publica Summi Iudicis sententia opus est. Sic enim Magistratus etiam terreni, quam priuatim per notarium reo sententiam intromauerunt, eam per præconem in maximo civium conventu reum spectate, publicè proferri & executioni mandari iubent. Atque hoc præcipuè in magno Fidei Inquisitorum iudicio cernimus, vbi quæ intra secretos parietes definita sunt, omnium auribus atque oculis cum summa reorum ignominia produuntur. Absoluti quoque cum magna honoris significatione vicatim circumferuntur. Hoc Paulus monet, cum dicit: Nolite ante tempus iudicare, donec veniat dies Domini, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit unicuique à Deo. Namque ut dixit Sapiens: *1. Cor. 4.*  
 Omnia in futurum servantur incerta, eo quod uniuersa æquè eueniant iusto & malo, bono & impio. Eam gloriam iustorum ex Dei commendatione Cyprianus, ignominiam contra & terrorem impiorum Basilii eloquentissimè persequuntur. Postremò quoniam natura hominis è corpore constat, atque animo, ac animus inuisibilis est, corpus visibile, necesse fuit iudicium quidem animarum, cum è corpore exeunt, veluti secretum & inuisibile habere; sed cum redditæ corporibus fuerint, & totus homo resurrexerit, qui totum hominem redemit, totum iudicare debet, idque secundum hominis naturam visibiliter & corporaliter. Idcirco Christus manifestus adueniet, sicut fulgur, toti mundo conspicuus. *Eccli. 9.*  
*Cypri. in orati. de mortalitate.*  
*Basil. in Psal. 33.*  
*Mat. 24.*  
*Apoc. 1.*

Et 2 Et

*Dan. 7.*  
*Apo. 20.*  
*Tit. 2.*  
*Eccli. 13.*

Et videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Hoc & Daniel loquitur & Apocalypsis Ioánis, & Euangelia omnia, & scripturæ omnis propemodum pagina. Nihil enim ad vitam sobriè & iustè, & piè transigendam potentius cogitatione assidua aduentus magni Dei. Quam ob rem Sapientissimus Ecclesiastes hanc esse voluit vltimam suæ concionis periodum: Finem, inquit, loquendi pariter omnes audiamus. Deum time, & mandata eius custodi. Hoc est omnis homo. Cunctas res adducet Deus in iudiciû pro omni abscondito, siue bonû siue malû fuerit.

*Quomodo sit intelligendum non præterituram hanc generationem donec omnia fiant.* CAP. IX.

*Mat. 24.*

**S**ED quid illud est, quod Christus cõtestans diem Iudicij, affirmat: Amen dico vobis non præteribit generatio hæc donec omnia hæc fiant? Multæ enim generationes abiisse videntur ex illo, nec tamen illa omnia completa sunt. Quidam ad Hierosolymorum euersionem verba ea referenda putant: ac tunc expedita est propositio, cû anni non plus quam quadraginta vsque ad Vespasiani & Titi obsidionem intercesserint. Sunt qui ad mundi finem referentes, generationem accipiunt, Iudæorum progeniem, quam non esse abolendam vsque ad illa suprema tempora, scripturæ tradunt. Alij etiam aliter explicant. Sed de Mundi fine illa prædici, ex ipsa Matthæi serie perspicuum est: Iudæorum verò gentem eo vsque durare, tametsi verû sit, tamen ad rem, de qua agitur, hoc est ad confirmandam eius doctrinæ certitudinem, non admodum videtur conducere. Ergo more scripturæ, generatio ætatem ibi designat, ætatem inquam non hominis alicuius, sed mundi ipsius, de quo erat Sermo. Esse autem vltimam Mundi ætatem

ætatem sub Euāgelica lege, omnes sciunt: at quamdiu ea duratura sit, nouit nemo. Nam vt Augustinus philosophatur, est quidem nunc Mundi senectus, sexta nempe inter eius ætates: Sed fieri potest, atque interdum solet, vt senectus sola tantundem spatij comprehendat, quantum reliquæ ferè ætates. Etenim à sexagesimo anno senectus inchoat: potest verò permanere, vt idem autor computat, vsque ad totos sexaginta, cum annos centum viginti, adeptos senes quosdam ipsi viderimus. Ita fit, vt ex Augustini computatione, & mundi generatio siue ætas vltima hæc sit, cui nihil succedet nisi interitus: & tamen non per annos tantum mille quingentos, sed etiam quater mille si dureret, vna atque eadem ætas sit. Neque vero si ita fieret, (quod quamuis nesciam, haud tamen credo) quicquam de veritate Euangelica deperiret. Illud enim certum fixumque esse voluit, qui hanc generationem non præterituram dixit, donec omnia fierent, quòd nulla esset legis Euangelicæ futura mutatio, nulla posteritas Apostolicæ exterminatio, vsque dum promissum electis regnum cœlitus reuelaretur.

*Aug. lib. 83. q. 58. paulo ante finem.*

*August. ibid. & Thom. in addit. q. 88. art. 3. ad 3.*

*Historiam nouissimorum temporum tractare, maxima esse utilitatis.*

### C A P. X.

**Q**UONIAM superiore disputatione iudicium Dei appropinquare iam, secundum sanctarum litterarum fidem, copiosè demonstratum est, tamen si quanta ea appropinquatio sit, certa enumeratione dierum aut annorum à nullo mortalium definiri queat: deinceps videndum est, quid nouissimis temporibus futurum sit, quid de Ecclesiæ tentationibus, quid de Antichristi persecutione & regno,

E e 3 . quid

quid de Mundi ruina, extremisque prodigiis & rerum omnium perturbatione, eadem arcanæ literæ tradant. Vt neque fingamus incerta, neque certa, quoad licet, prætereamus. Confert vero magnopere harum rerum mirabilium commemoratio, quas spiritus sanctus nõ otiosa amplificatione per quam frequenter commendat, tum iis qui illa visuri non sunt, tum verò illis maximè, qui in ea tempora acerbissima incident. Nam quibus diuina misericordia ita cauit, vt antequam illa saua atque horrenda experiantur, decedant ex hac vita mortali, cogitare decet, se tam magnis laboribus & periculis impares esse: nescientes autem, vtrum eo vsque sint peruenturi, & propria imbecillitatis consciij simul, quo ad licet, parare se debent, simul sempiternam maiestatem precari, vt sese nequaquam tãtis rebus idoneos, opportunè subtrahat, neque in maximã tentationem inducat. Hoc fortassis admonitos nos Christus voluit, cum narrata omni illa terribili temporis vltimi historia, apud Lucam suos alloquitur: Vigilare itaque omni tempore orantes, vt digni habeamini, fugere ista omnia, quæ futura sunt. Effugiet sanè gloriosius, qui vincet: atqui declinando etiam effugere hostem potentiolem, genus victoriæ est. Neque dubitandum est, quod Bernardus & Augustinus præclare scribunt, electorum plurimos impendētibus tentationibus præripere, quibus cessuri sine dubio essent, ad ipsam altissimæ prædestinationis gratiam pertinere. Sicut de illo scriptura refert, quem dicit placuisse Deo, & quia placita erat Deo anima illius, propter hoc properasse educere illum de medio iniquitatum. Raptus enim est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Quod nonnullis Sanctorum, cruciatuum acerbitati tolerandæ

*Luc. 21.*

*Bern. ser. de S. Innocentibus. Augu. lib de Bono per seuer. ca. 8. & de Prædest. sanct. ca. 14. Sap. 4.*

toleranda minus idoneis, contigisse historiae produnt, ut celerem à Deo peterent atque impetrarent vitae exitum. Sed futuros extremo tempore sanctos, quos fore Apostolis simillimos, illustrissimos atque fortissimos viros tamquam Ecclesiae aciem claudentes, quos disciplina militaris primis manipularibus ferè exaequat, Augustinus & Anselmus meritò tradunt, illos Dei milites, in quos Christiani praelij extremum pondus incumbet, cum solutus Satanus, immenso furore saeviet, illos inquam Christi fidelissimos seruos diuina prouidentia praecipuè armandos, & communiendos insuperabili sacrarum scripturarum auctoritate curauit. Nihil enim potentius Dei verbo. Hæc, inquit, locutus sum vobis, ut cum venerit hora eorum reminiscamini, quia ego dixi vobis. Et ipse Christus passionem aditurus ita sese confirmat: Quod scriptum est oportet impleri in me. Et rursus: Quomodo implebuntur scripturae? Omnino nulla alia res aduersus omnes Antichristi, Diabolique praestigias, & truculentissimam tyrannidem, perinde Christi athletas armabit, atque caelestis doctrinae inuictissima auctoritas. Meritò autem ubi suprema omnium est futura tentatio, vberiora atque praecleariora diuinæ scripturae remedia opposita sunt: quibus etiam perfugarum ac desertorum vacordia apertissimè coarguatur. Iraque caelestia hæc mirabilia, ut Daniel loquitur, & referre iucundum est, & illustrare, quantum nobis supernè conceditur, minime inutile.

*Augu. de Ciuit. lib. 20. ca. 8. Ansel. in 1. The. 4.*

*Ioan. 16.*

*Luc. 12. Mat. 26.*

*Dan. 12.*

*Ad intelligendas diuinas scripturas, quæ sit regula maxime necessaria.*

C A P. X I.

**P**RIVS verò quam de nouissimis temporibus dicamus, enodanda est, quæ plerisque torquere

Ee 4

solet,

solet, quæstio. An quæ in Euangeliis à Domino in monte Oliueti Apostolis prædicta legimus, ea vel omnia, vel plurima, de excidio potius Hierosolymitano, non de Mundi interitu intelligenda sint. Nam & Sanctorum Patrum varia expositio, & ipsorum Euangelistarum collatæ inter se sententiæ, non parum obscuritatis habent. Itaque quibusdam ea omnia, de euerfione vrbs illius & gentis, accipienda videntur, quæ Dominus signa prædixit: idque vt efficiant, accommodant euangelica verba de Sole quoque & Luna obtenebratis, cæteraque portenta, ad historiam sæculi illius, à Iosepho scriptore narratam, calamitosam sanè atque omnium, quæ illi populo contigerunt, funestissimam. Alij non negât quidem Domini sermonem denique ad extrema mûdi mala cõuersum, sed in fine atque exiliter: plurima verò & præcipua de Iudæorum clade dicta esse contendunt. Mitto causas auctoritatesque, quibus se se illi, vel illi tuentur. Ac nisi mea me fallit mēs, longè vtrique ab instituto Domini aberrant. Et si enim nõnulla in eo sermone propriè de Hierosolymæ destructione, Saluatorē monuisse certû est, tamen pleraque de Mundi fine sine dubio prædicta sunt: multa præterea, ita temperata oratione intermixta sunt, quæ & illâ vrbs iam factâ, & hanc aliquando futurâ Orbis extremâ ruinâ simul insinuarēt. Qui mos prophetis prædictionibus familiarissimus est. Solet enim scriptura diuina, quod etiâ Sãcti Patres Hieronym⁹ atq; auctor imperfecti operis in Matthæũ diligēter tradût, & quiuis, vel mediocriter in Canonicis libris excitat⁹ facilè animaduertit, sũpta ex aliquo humano & particulari euētū occasiõe, ad diuina & vniuersalia oracula erũpere: Idq; ita téperat atq; cõmiscet propheticus spiritus, vt eodē cõtextu iã vtrũq; attingat,

*Hiero. in  
II. Dan.  
Auctor.  
imper. ho  
mil. 49.  
in Matt.*

gat, iã alterum tantũ: modo quod est veluti mater  
 sermonis insinuet, modo quod est forma atque insti-  
 tutus præcipuè scopus, designet. Hãc ad intelligẽdas  
 scripturas Regulam, à Ticonio de genere & specie  
 appellatam, meritò commendat valde Augustinus:  
 cuius ignoratione, adeo perplexus ac sibi pene re-  
 pugnans sermo sacer sæpenumero occurrit, vt vix,  
 aut nullo modo possit intelligi. Exempla sunt po-  
 nenda breuiter, pauca de plurimis. In Psalmo sep-  
 tuagesimo primo materia siue occasio sermonis est  
 Salomon, quod vel titulus ipse prodit. Et in Psalmo,  
 quamuis multa in Salomonem congruant, tamen  
 multa eaque præcipua soli Christo accommodari  
 possunt; pleraque vtrique sanè conueniunt, sed Chri-  
 sto perfectè, Salomoni ex parte. Nam benedicen-  
 tur in ipso omnes tribus terræ, & replebitur maiesta-  
 te eius omnis terra. Et permanebit cum Sole, & an-  
 te Lunam. Et dominabitur à mari vsque ad mare, &  
 à flumine vsque ad terminos orbis terrarum. Hãc  
 inquam & talia Salomoni non possunt conuenire.  
 Hoc exemplo vtitur Hieronymus, quod apertè quo-  
 que Paulus maiore auctoritate confirmat. Nam quis  
 nesciat illustre illud Nathan Prophetæ ad Dauid va-  
 ticiniũ secundum literam de Salomone esse prola-  
 tum? Cumque completi, inquit, fuerint dies tui, &  
 dormieris cum patribus tuis, suscitabo semen tuum  
 post te, quod egredietur de vtero tuo, & firmabo re-  
 gnum eius. Hoc de Salomone melius accipitur, nam  
 Christus heri & hodie ipse, & in sæcula, & non cum  
 dormierit Dauid. Iam de vtroque simul & Salomo-  
 ne & Christo, ipse ædificauit domum nomini meo,  
 hic spiritualem, & æternam in cælis, ille huius ty-  
 pum, templum Hierosolymitanum. Iam quod sequi-  
 tur de Christo apertè enuntiarur. Et stabiliam thro-

*Aug. 3. l.  
 de Doct.  
 Christ. c.  
 34.*

*Psal. 71.*

*Hiero. in  
 Dan. 11.*

*2. Reg. 7.*

*Heb. 13.*

num Regni eius vsque in sempiternum. Ego ero ei in patrem & ipse erit mihi in filium. Hoc testimonio Apostolus vtitur, vt Christi supra Angelos excellentiam probet, quo etiam Angelus ipse Gabriel alludit, cum dicit, & dabit illi Dominus Deus sedem David Patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Iam quæ sequuntur: qui si inique aliquid gesserit, arguam eum in virga virorum, & in plagis filiorum hominum; misericordiam autem meam non auferam ab eo, sicut abstuli à Saul; quamquam D. Augustinus etiam de Christo accipienda vult secundum corpus id est Ecclesiam, quam interdum peccantem Deus coarguit quidem, sed non penitus demolitur: tamen planius mihi de ipso Salomone sonat, qui peccauit quidem, & coercitus à Deo est, veruntamen sceptrum eius non est dissipatum, vt Saulis fuit. Eadem tamen & de Christo & Salomone suo modo intelligi possunt. Altissimus est spiritus & omnia prospiciens: potest ineffabili quodam, ac sibi proprio Sermone semotissima iungere, & vno veluti ictu mille sæculis discrepantia tangere: & simul hoc atque illud alijs atque alijs hominibus loqui. Vt si eadem Græca Græcis vnū, Barbara Barbaris aliud significãtia, is qui vtriusque non ignarus est linguæ, diuersa tamen velit significare: diuersa sanè intelligentia in diuersis, tamen ex vna atque eadem mente, eaque verissima proficiatur necesse est. Ad hunc modum de extremo iudicio & mundi fine, sub alia occasione non Euangelicæ tantum literæ, vnde nobis erat proposita quæstio, sed etiã Prophetæ passim vaticinantur. Et cum aliò initio prospectent, aliò tamen iacula sua conuertunt. Et minantur quidem vrbi, aut prouinciæ cuidam, feriunt verò vniuersum mortalium genus. Nam qui apud

Esaiam

*Heb. 1.*  
*Luc. 1.*

*Aug. 10.*  
*de Ciuit.*  
*c. 8. & 9.*

*Esai. 13.*



Esaia legit, onus Babylonis, quod vidit Esaias filius Amos, profectò Chaldaeorum exitium prædici non falsò intelliget: quod perspicuè etiam in fine capitis Propheta ipse demòstrat. Ecce, inquit, ego suscitabo super eos Medos, qui argentum non querant, nec aurum velint, & erit Babylon illa gloriosa in regnis, incluta superbia Chaldaeorum, sicut subuertit Dominus Sodomam, & Gomorrhã, & cætera vsque ad finem. Quam ob rem Hieronymus cæterique interpretes vaticinium hoc de Chaldei Regni euerfione, quæ sub Dario primum, mox sub Cyro contigit, meritò accipiunt. At cū progressus paulisper fueris, occurret res lôgè maior euerfione Chaldaica. Nam vbi ad ea vêtum est: Dominus & vasa furoris eius, vt disperdat omnem terrã: Ululate, quia prope est dies Domini; quis hîc de vniuersi clade agi non intelligat? Cum verò additur: Omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis cõtabescet, & conteretur: torsiones & dolores tenebunt, quasi parturiens dolebunt, vnusquisque ad proximum suum stupebit, facies cõbustæ vultus eorum, cui iam dubium est eadem esse hæc, atque illa Euangelica: Arescentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi: quod ipse propheticus sermo statim aper tissimè declarat: Ecce dies Domini veniet, crudelis & indignationis plenus, & iræ furorisque ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores eius conterendos de ea. Quoniam stellæ cæli & splendor earum non expandent lumen suum, obtenebratus est Sol in ortu suo, & Luna non splendet in lumine suo, & visitabo super orbis mala. Hæc si de extremo iudicij die non dicuntur, nihil de eo in scriptura dici, eadem fronte contendì potest. Eadem arte apud Ezechielem, cum aduersus Pharaonem

*Ibidem.**Luc. 21.**Esaï. 13.**Eze. 32.*

vindi

Ioël. 3.

vindicta proferatur, apud Ioël verò aduersus Tyrum & Sidonem, tamen de Mundi totius fine concluditur, cum apud illum dicitur: Operiam cum extinctus fueris cælos, & nigrescere faciam stellas eius, Solem nube tegam, & Luna non dabit lumen suum. Omnia luminaria cæli mœrere faciam super te, quæ de Antichristi atque illius corporis interitu verissimè dicta accipiuntur; apud Ioël autem apertius est, cum adiungitur: Consurgant & ascendant gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedebo, vt iudicē omnes gentes in circuitu. Et illæ, Sol & Luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerunt splendorem suum, & Dominus de Sion rugiet; & cætera. Hęc pauca exempla de plurimis satis declarant, familiare esse ac veluti propriū in diuinis literis, vt proponant quidem tanquam tractanda minora quædam, progressum verò exitumque sermonis ad altiora conuertant, simulque & hęc, & illa mirabili ratione contextant. Quod in Christi regno & impiorum hominum perditione, de qua agimus, frequentissimum est.

*Quod sermonis domini in monte Oliueti habiti scopus fit vniuersi orbis, potius quam vrbs vnius interitum prædicere.*

## CAP. XII.

**Q**UAE eò vberius commemorata sunt, quo Evangelica de Ecclesiæ decursu, & tentatione vltima, & prodigijs, & mundi fine narratio, fiat illustrior. Igitur totius sermonis in monte Oliueti habiti sumpta est occasio ex templi atque vrbs Hierosolymitanæ excidio à Domino prædicto. Cum enim discipuli templi molem illam immanem, & elegantem structuram admirarentur, ac Dominum tanquā prætereuntem & contemnentem, ad spectandum curio

curiosius inuitarent, repressa est omnis illa curiositas, inopinata sententia: Videtis hæc omnia? Amen *Mat. 24.*  
**D**ico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem, qui non destruat. Hoc tanto terrore percussi, mox **C**hristum in monte Oliueti sedentem, & è regione templi prospectantem discipuli adeunt, simul Hierosolymæ euerfionem, simul mundi interitum discere cupientes. Nam vtrumque illos quæsisse (quod de vtroque Dominum locutum intellexissent) manifestum est ex Matthæo. Lucas quidem ita: præceptor, *Luc. 21.*  
 quando hæc erunt, & quod signum cum fieri incipient? vt de sola Hierusalem interrogare videantur. Marcus adhuc non ita apertè. Dic nobis quando ista *Marc. 13.*  
 fient? & quod signum erit, quando hæc omnia incipient consummari. Matthæus verò perspicuè de *Mat. 24.*  
 mundi fine quæsisse demonstrat: Dic nobis quando hæc erunt, & quod signum aduentus tui, & consummationis sæculi? sumpta ergo hinc occasione, permixta quidem est Christi oratio, & quædam de excidie Hierosolymitano, quædam de orbis fine pronúriat. Sed quæ ad illam propriè urbem, & gentem Iudæorum pertinent, pauca omnino sunt, atque ea sigillatim expressa apud Lucam ex illo loco: Cum autem videritis circumdari ab exercitu Hierusalem vsque ad illa verba, & Hierusalem calcabitur à gentibus donec impleantur tempora nationum. Nam quæ proximè consequuntur. Et erunt signa in Sole & Luna & Stellis, & in terris pressura gentium, præconfusione sonitus maris & cætera, manifestissimè de sæculi consummatione sunt dicta, sicut etiam ab Ecclesia proponuntur. Exceptis ergo illis paucis, cætera omnia quæ tum in hoc, tum in cæteris Euangelistis leguntur, aut de solo Mundi fine intelligenda sunt, aut communia sunt vtrique calamitati, speciali illi,

illi, & huic generali, multo que magis de orbis quam de vrbis interitu dicta accipi debent. Hoc vt diuinus spiritus indicaret, per os Matthæi interrogationem discipulorum distincte de sæculi consummatione & Domini aduentu expressit. Quare non est dubitandum, quin ea quæ ibi Matthæus à Christo disputata huius interrogationis occasione persequitur, omnia eo referenda sint, quamuis ex ijs nonnulla etiam Iudaicæ ruiæ, cōgruere possint, ac ferè eadem à Luca de obsidione & desolatione Hierosolymæ narrentur. Ita sanè tum veterum tum recentiorum optimi quique interpretes censent: imò vt equidem sentio, ipse Matthæus, ipso proponēdi modo. Quam ob rem quod non nulli expositores vel veteres vel recentiores laborant, vt maximam partem eorum quæ scripta sunt à Matthæo, non de sæculi consummatione, sed de Iudææ exitio intelligenda contendant, videtur sanè mihi is labor magis difficilis quàm necessarius. Quod vero aliquando ipse etiam vidi, vt quæ in aduentus exordio Ecclesia proponit de extremo iudicio ex Euangelio Lucæ: erunt signa in sole & luna, & cætera, ea ad literam de Hierosolymitana clade concionator exponenda susciperet, omnino ineptum est & absurdum. Ac sæpe numero vsu venit, vt nimij quidam sensus literalis inuestigatores, dum spiritum parui faciunt, etiam literam ipsam amittant. Nam diuini eloquij litera sensusque ipse totus, spiritus est, quem qui non primo semper in loco ponendum intelligit, is non Dei, sed hominis sui similis eloquia se tractare demonstrat, atque adeo ab ipsa scripturæ mente plurimum aberrat, necesse est.

*In cæteris quoque scripturis plurima de vltimi  
temporis euentibus propriè prædici.*

## CAP. XIII.

**A**D eandem quoque legē iam satis explicatam, pleraque alia loca de nouissimis temporibus; Antichristi potissimum aduentu, intelligenda sine dubio sunt, quamuis scriptura aliunde occasionem ceperit, aut etiam simul alia intermiscet. Nam quæ in præclara illa Danielis propheta de regibus continentur, vbi venit ad vltimum, hærete poterit lector, de quonam Rege illa tot & tanta dicantur. Neque enim videtur cōsequens, vt, cum Græcorum narret imperia, vno tenore ad Antichristum peruolet; & multa illic referantur, quæ ad Antiochum illustrem siue Epiphaniem non obscure spectent: & tamen de Antiocho omnia dici, nullo modo paritur aut historiæ fides, aut ratio verborum. Quid igitur? certe vt Cyprianus Martyr optime dixit, in Antiocho est Antichristus expressus: cum alterum radicem peccati, alterum hominem peccati, scriptura appellet. Itaque pleraque illius Prophetiæ cōmunia sunt & Antiocho & Antichristo: sed huic præcipuè, illi tanquam huius typo deseruiunt. Quemadmodū quæ Esaias in Regem Babylonis, Ezechiel vero in principem Tyti vaticinatur, de hominū quidem illorum superbia diuinitus cōtrita, si quis accipiat, non aberarit: sed nisi Principem tenebrarum, serpentem antiquum, in Deum rebellantem, ac diuina proinde virtute, de præclarissima sede deturbatum ad infimum baratrum simul cogitet; plurima nō insipide solum, verum etiā mendaciter iactata putabit. Quæ rursus in Ioann. Apocalypsi de bestia & pseudopropheta cōmemorantur, ad vniuersitatē sanè impiorū Ecclesiā perse-

Dan. 11.

Cypri. li.  
de exort.ad Marij  
1. Mach.1.  
2. Theff.2.  
Esai. 14.

Ezec. 28.

Apoc. 13.

persequentium, non inepte referuntur: sed tamē persona ipsa Antichristi in seipsa perspicuē exponitur: quæ intelligentia historiæ si remoueat, omnis illa tam excelsa reuelatio magni pretij erit, cum facile sit visiones, ad mysticas atque allegoricas virtutum & vitiorum interpretationes accommodare. Atque eo more, nisi videatur audacius dictum, facile omnes & prophetare possumus, & interpretari sermones, quæ inter magna spiritus dona Paulus numerat. *1. Cor. 14* Ac meo quidem iudicio, multo est melius, quæ ita sunt obscure prædicta, vt nisi iam completa explicari non possint ab humano ingenio, ea sacro silentio venerari: quam vt dum omnium intelligentiam pollicemur, ita exponere, vt quiduis cuius possit aptari. Nō equidem nego typicas atque motales eius generis commentationes esse perutiles, atque à Sanctis Patribus valde vsurpatis: sed tamen illustrissimas scripturæ Prophetias, quales in Daniele, & Ioannis Apocalypsi legimus, nullo modo existimare debemus, nisi de rebus factisque insignibus à Spiritu Sancto esse probatas. Quod si quis diligentius reuocet ad memoriam, quæcumque sunt ab Evangelistis, Matthæoque præsertim, testimonia ex veteri testamento repetita, profecto animaduertet, prophetias de rebus factisque peculiaribus Christi præferri; quas, nisi facta ipsa illic præsignata succederent, vix homines intelligere possent. Itaque opus fuit admonitione diuina, vt eodem exemplo cætera de Christo scriptura peruestigare disceremus. Qualia sunt: exempli gratia ex Ægypto vocaui filium meum. & : Vox in Rama audita est, ploratus & ululatus. & Terra: Zabulon & terra Nephtali vidit lucem magnam. & : acceperunt tringinta argenteos pretium appretiati. Et illa Ioannis: Os non comminuetis ex eo. & :  
*Matt. 2.* intelligere possent. Itaque opus fuit admonitione diuina,  
*Ose. 11.* vt eodem exemplo cætera de Christo scriptura  
*Matt. 2.* peruestigare disceremus. Qualia sunt: exempli  
*Hier. 31.* gratia ex Ægypto vocaui filium meum. & : Vox in  
*Matt. 4.* Rama audita est, ploratus & ululatus. & Terra: Zabulon  
*Esa. 9.* & terra Nephtali vidit lucem magnam. & :  
*Matt. 27.* acceperunt tringinta argenteos pretium appretiati.  
*Zach. 11.* Et illa Ioannis: Os non comminuetis ex eo. & :  
*Ioan. 19.*  
*Exod. 12.* Et illa Ioannis: Os non comminuetis ex eo. & :  
 Vide

Videbunt in quem transfixerunt: ex actis quoque Apostolorum: Quare fremuerunt gentes. & astiterunt: Reges, de Herode & Pilato. & Ego hodie genui de Christi resurrectione. Quae quidem omnia auctoritate divina, peculiaria quaedam facta significasse traduntur. Vrgitur à Prophetis de primo aduentu, sic de secundo Christi, itemque de Ecclesia tribulatione & Mundi fine, & ab ipso Christo, & à Prophetis, atque Apostolis nullo modo dubitandum est Prophetata esse quam plurima, quibus insigniora quaedam facta, euentusque notentur.

Ioan. 19.  
Zach. 12.  
Act. 4.  
Psalm. 2.  
Act. 13.  
Psalm. 2.

*Summa sermonis in monte Oliueti habiti: vbi quatuor signa ponuntur, quae longo intervallo antecedunt saeculi consummationem.*

### CAP. XIII.

**Q**UAE vs expositis, non est difficile videre, quae in Euangelio de hoc mysterio dicuntur, ad triplicem temporis differentiam pertinere. Multa in ipso Christianae Ecclesiae decursu completa sunt, complenturque quotidie: non nulla ad tempora nouissimum spectant, quibus peractis, certissime veniet dies Domini: reliqua iam pertinent ad ipsum Mundi finem, & aduentum Domini, cum iudicaturus est viuos & mortuos. Hac nos ordine persequemur, quantum ex diuinis licetis, & approbata Patrum auctoritate poterimus consequi. Primum igitur non est putandum in ea concione, quam Dominus in monte Oliueti habuit ad suos, solum de ipsis temporibus vltimis, & signis nouissimis agi: quod falso sibi multi fortasse persuadent, propterea quod ex percontatione discipulorum de consummatione saeculi & aduentu Domini institutus est sermo. Sed totus pene Ecclesiae decursus vsque ad finem positus est ob oculos: signaque

F f ca

ca prædicta sunt, quæ non solû sæculi consummatione  
 proxime indicat, sed quæ etiam longo intervallo  
 antecedunt. Etenim exceptis his, quæ manifestè de  
 Hierosolymitana calamitate pronuntiata sunt, quæ  
 intra quadraginta annos expleta esse nemo ignorat,  
 reliquû quoque Ecclesiæ progressû, & oppugnatio-  
 nes & labores & pericula, quæ & passa est olim, &  
 modo patitur, & ad nos usque usque tempora patien-  
 tur, mirabiliter in Euangelicis verbis agnoscere pos-  
 sumus. Nam & persecutiones Tyrannorû passionef-  
 que martyrum, & hæreticorum falsa dogmata atque  
 schismata, & temporales calamitates ob bella &  
 Mundi ætumnas, paucis verbis descripta cernimus.  
 Persecutiones quidem Regu & furorem impiorum  
 in seruos Christi, usque ad immanes cruciatus & ne-  
 cem, designatur, cum dicit: Tradet vos in tribulatio-  
 ne, & occident vos & eritis odio omnibus gentibus  
 propter nomen meum, & tunc scilicet delizabuntur multi  
 (quod dixit propter eos qui negauerunt Christum, &  
 magis gloriam sæculi dilexerunt) & inuicem tradent,  
 & odio habebunt inuicem. Quæ etiam Lucas aper-  
 tius expressit: Ante hæc omnia, inquit, iniicient vo-  
 bis manus suas, & persequetur tradentes in synagoga  
 & custodias, trahetes ad reges & præfides, & ca-  
 tera omnia, quæ ab Apostolorum tempore usque ad  
 Constantinû potissimum, Ecclesiæ vniuersa perpeffa  
 est. Færationes vero Ecclesiæ incertanas, quæ ad secu-  
 dum signum spectant, hoc est Hæreticorû impostu-  
 ram & fallacias, quibus omni quidem ætate Ecclesiæ  
 oppugnatur, sed post tyrannorû & Cesarû sauitiam  
 rebus iam pacatis maxime & grauisime oppugnari  
 coepit, cum Ariana pestis orbem peruaserit, popula-  
 taque sit, & cætera labes Eunomij, Macedonij, Dio-  
 scori, & reliquorum, acerrime vexarunt catholicos, in



in verbis Evangelicis facile agnosces, vbi Christus serio admonet: Videte ne quis vos seducat; multi enim venient in nomine meo dicentes, ego sum Christus, quod sanè omnes hæreseon auctores dicunt, cum veritatis se dices profitentur, sibi que Christianos fidem potius quam ipsi Christo habere volunt, quapropter ab Apostolo Ioanne ij iure Antichristi vocatur. Et hoc rursus repetit: Multi pseudopropheta surgent & seduceent multos. Tertium signum posuit de bellis & tumultibus gentium: quæ quamuis ex quo homines esse cœperunt, nulla non ætas videbit, sed tamen post tempora Christiana maxime orbem terrarum infestarunt, vt coactus sit Augustinus calumniis respondere, eas calamitates legi Christiana tribuentium. Et reuera irruptiones gentium septentrionalium, & magnæ declinationes imperij, regnorumque omnium conturbationes, maximo hæresum furori successerunt, præcipueque barbarica bella viguere, quâdo in Italia Romani imperij ruina contigit sæculo illo Sanctissimorû Patrum, Leonis, Augustini, Hieronymi. Hæc ita prædixit Christus: audituri enim estis prælia & opiniones præliorû, confurget enim gens in gentem & regnum in regnum. Quartum signû datum est de elementorû ac creaturæ irrationalis perturbatione & prodigiis. Et erunt, inquit, pestilentia & fames, & magni terræmotus per loca, & terrores de cælo, & signa magna erunt. Hæc omnia vberimè affluxisse, & totum terrarum orbem vel deuastasse vel terruisse, plurimæ historiæ produnt. Gregorius vero Papa tanta suis temporibus fuisse attestatur, vt non dubitaret asserere illa ipsa signa apertius in orbe cerni, quam in sacro codice legi. Ac videntur mihi sancti Patres suorum quisque temporum signa obseruasse, atque ex his diè iudicij

Mat. 24.

2. Ioan. 1.

Aug. lib. 2. Retra. ca. 43. & libr. 3. de ciuit. ca. 30. 9. & 31.

Mat. 24.

Luc. 21.

Greg ho. mi. 1. in Euang.

propinquum annuntiasse. Cyprianus persecutiones tyrannorum immanes. Hilarius Arianorum heresim potentissimam, Leo fortassis Hunnorum cæterorumque septentrionalium inauditas irruptiones, Gregorius, ut dixi, pestilentias, & terrę motus, famisque generalem luem: atque ita re vera ut quisque dixit, à Domino prædicta signa est intuitus. Neque hoc tamen ita intelligi velim, quasi determinatis illis temporibus hæc signa exhibita expletaque sint, ac non potius quotidie exhibeantur, exhibendaque sint usque ad mundi interitum. Sed primum in Iudæa & Hierosolyma quę Christ⁹ dixit, completa videmus. Deinde in ipso Romano Imperio & Ecclesia, quę caput est orbis, quamuis quatuor illa semper concurrerint, tamen diuersis ætatibus alterum alteri clarius emicuit. Tum vero cætera regna & ecclesias eadem & expertas esse, & experiri quotidie non est dubium. Omnes enim alloquitur & complectitur cæleste oraculum. Neque vero putandum est hæc ipsa non fore, ac multo etiam vehementiora in ipso Ecclesię extremo agone. Quis enim dubitat, bella, & terrę motus, & cruciatus necesseque & hereses grauissimè in fine mundi desæuituras? Sed tamen illud certissimum est, quod paulo superius dixi, hæc non esse proposita à Christo tamquam nouissimi temporis signa, sed quę futurum quidem mundi interitum indicent, non tamen ex propinquo. Hoc ipse Euangelicus sermo monuit, cum iis narratis adiunxit. Hæc omnia initia sunt dolorum, & rursus: Videte ne turbemini; oportet enim hæc fieri, sed nondum est finis, quod de illis quatuor æquè dici, de Tyrannis, inquam, de hæresibus, de bellis, de tempestatibus, ex Matthæo & Luca & Marco animaduertere in promptu est.

*Quomodo*

*Quomodo signa consummationis sæculi à Salvatore dicantur, quæ longè ante suum interitum patitur*  
 Mundus. CAP. XV.

**C**V R autem hæc ipsa mundi occasus signa, & dicantur & sint, cū tot sæculis antecederent, quin imò ante ipsam Domini disputationem, familiaria esse mundo mala, omnes hominum atates perspexerint meritò quæri potest. Etenim tãquam signa esse narrata, & pro signis data, dubitare nõ possumus, qui Apostolorum interrogata meminimus: Dic nobis, *Mat. 24.* inquit, quando hæc erunt: & quod signum aduentus tui & consummationis sæculi. Huic proposito omnis Christi seruit oratio. Deinde maiores nostri, ita acceperunt, ac posteris tradiderunt. Itaque nefas est aliter sentire quemquam. Nam quod eadem iam expleta sint maxima ex parte, neque præcipuè ultimam sæculi ruinã attingant, ex ipsa serie Evangelica *Mat. 24. Luc. 21.* liquido constat, cū perspicuè distinguat hæc ab aliis: & hæc quidem dicit initia, neque statim fore finem: de aliis contra pronunciet, cū illa extiterint, rem esse in iantibus, & continuo iudicium affore. Ergo si hæc tanto tempore mundi ruinã antecedunt, & sunt omnium ferè temporum cõmunia, quomodo consummationis sæculi signa sunt? Sed sicut in homine ægrotante perspiciunt medici, atque pronuntiant certæ mortis indicia; quæ non omnia tamen eiusdem generis sunt: sed alia quidem è propinquo, alia non ita citam mortẽ ostendunt, sed certam omnino: ita sese res habet in mundi huius laborantis occasu. Est autẽ periti sapiētisque medici etiam ex longo intervallo morbi vim malitiamque cognoscere, & ubi morã in periculo sit, iis ad quos pertinet, vt sibi opportunè consulant, maturè admonere, atque vt ægroti interitum

tum de conuersione sibi persuadeat, morbi vicissitudines & prognostica, siue, ut ipsi vocant, critica indicare. Nam qui illa extrema omnibus nota, oculos iam caligantes, pulsus intercurrentem, anhelitus præclusum, cætera que mortem non tam futuram quam præsentem desclarentia, tantum modo agnosceret, ac præfaretur, is nullius præcij artifex haberetur. Primis ho-

*Genes. 2.* minibus comminatus Deus est, quacumque die co-

*Genes. 5.* mederent lignum vetitum, morte morituros. Vixerunt verò ex eo plusquam nongentos annos. Et tamen

non animam solum, sed etiam corpus illo ipso die

mors comprehendit, quia ex eo cæperunt esse mortales. Nuditas enim, & labor, & fames, & lassitudo,

& cætera ærumnæ, quas continuo sunt experti, quid

aliud fuere, quam cæta prænuntij mortis? Ergo &

mundus hic totus ægrotat, & planè ad interitum pro-

petat. Nam quod laborent omnia, salutemque suam

quodammodo peccato hominis læsam, ad cuius obse-

quium creata sunt, reparari sibi desiderent, docet e-

gregiè Apostolus. Vanitati, inquit, creatura subiecta

est, non volens, sed propter eum, qui subiecit eam in

spe, quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute cor-

ruptionis in libertatè gloriæ filiorum Dei. Scimus enim

quod omnis creatura ingemiscit & parturit usque

adhuc. Quæ non de humana, sed de reliqua creatura

dici, manifestè monstrant sequentia, hanc autem, quam

videmus, vicissitudinem & irrequietum motum cæ-

lorum & luminarium, itemque inferioris spheræ ge-

nerabilium & corruptibilium ortum atque interitum,

sapienter vocat tum vanitatem, tum seruitutem cor-

ruptionis: propterea quod veluti in circulum commeent

omnia, & nullo loco consistant, ac veluti torno aliquo

ram præclara illa corpora usquequaque circumuoluan-

tur. Et quidquid Philosophia hominum suscipiat at-

que

que

que

que

que

que

que

que admiretur æternum illum motum, atque hanc rerum caducarum vicissitudinem, tamen Apostolica sapientia vanitati seruituti que deputat totum istum circuitum, & nascendi atque occidendi necessitatem. Statum verò illum post iudicij tempus, quietum, tranquillum, placidum, cœlesti creatura copiosissimè illustrata, elemētari nequaquam inter se mutuo pugnante, sed amica & pacata, meritò libertatis & gloriæ titulis exornat. Ergo vt hominis, sic mundi istius cogitandus est & morbus & interitus, & resurrectio. Quoniam verò non solum sapientum huius sæculi, quorum Deus sapientiam stultam fecit, disputationes mundum hunc æternum futurum asseruerunt, sed ipse multo amplius affectus hominum mundanorum, mundana ista tamquam & suprema & immortalia admiratur, & sequitur, quo fit, vt vera illa atque æterna bona his infimis hærens, vel fastidiat vel desperet, idcirco amator hominum Deus homo, tanto pere mundi mala, pericula, labores, quos diuinitus fore decreuit, apud nos dilucidè exposuit, vt horum commemoratione ab istis perituris animos vitæ æternæ idoneos auelleret. Itaque bella, pestes, fames, terræ tremores, tempestates, diluua, cœlestes iræ, ac terrores, atdores immodici, lunæ solisque defectus insignes, & maculæ, & sanguis sæpè visus, cæteraque portenta, quæuis non insueta, indicant tamen iis, qui apertos diuinitus oculos habent, tamquam frequentes mundi senescentis morbi, non semper eundem futurum, sed certè periturum. Præclare hoc dixit Ambrosius: Ergo, inquit, quia in occasu sæculi sumus, præcedunt quædam ægritudines mundi: ægritudo mundi est fames, ægritudo mundi est pestilentia, ægritudo mundi est persecutio. Hæc ille. Cùm igitur hæc omnia dissoluenda sint, ait Petrus, quales oportet vos

1. Cor. 1.

Ambros.  
libr. 10. in  
Luc.

2. Petr. 3.

esse in sanctis cōuersationibus & pietatib<sup>9</sup>, expectātes & properantes in aduentum diei Domini, per quem cœli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescēt. Nouos verò cœlos & nouam terram, & promissā ipsius expectamūs, in quibus iustitia habitat. Sunt igitur consummationis sæculi signa, quæ à Domino prædictæ sunt calamitates, quas tamen si alia parcius, alia vberius, omnes tamen ætates expertæ sunt, quæ mala iam pridem laborantem mundum, aliquando tandem occubiturum certo quidem enuntiant, sed quantum senescenti & laboranti superfit, quoniam anni illius soli sunt noti Deo, cuncta hæc signa minime produunt.

*Omnium signorum certissimum esse predicationem  
Euangelij in toto orbe completam.*

C A P. X V I.

*Augu. in  
epist. 78.  
& 80.  
Th. in 4.  
dis. 43. q.  
1. art. 1.*

**Q**VAM ob rem sapientissimè Augustinus dixit: Quod maximè probat Thomas, ex istis omnibus nequaquam conici fatis posse, diei extremi propinquitatem. Quod si inter omnia ea, quæ Saluator prædixit, signum aliquod certum quærendum est, nullum esse certius, quàm vbi Euangelium in toto terrarum orbe prædicatum sit. Sapienter prorsus, vt omnia, B. Pater: qui in hoc de festinatione iudicij argumento, prudentius & subtilius mihi videtur præceteris esse versatus. Omnium igitur firmissimum signum consummationis sæculi, erit consummata Euangelij in toto orbe prædicatio. Consulamus Euangelium Matthæi, vbi sic loquitur Dominus: Et prædicabitur hoc Euangelium Regni in vniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc veniet consummatio. Scio equidem Sanctos Patres Hilarium atque Chrysostomum hunc locum ita explicare; vt de consummatione Hierosolymæ, hoc est

*Mat. 24.  
Hila ca-  
no. 25 in  
Matth.  
Chrysof.  
hom. 76.  
in Matt.*

est de obsidione à Tito & Vespasiano facta intelligi velint. Itaque censent Euangelium fuisse toti terrarum orbi promulgatum tempore Apostolorum: quod testimonio Pauli confirmant scribentis ad Colossenses: In verbo veritatis Euangelij, quod peruenit ad vos, sicut & in vniuerso Mundo est & fructificat & crescit. Itemque ad Romanos: Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum. Nam si vnus Paulus, ait Chrysostomus, ex Hierosolymis vsque Illyricum & vsque in Hispaniam prædicauit Euangelium, quid putamus reliquos omnes Apostolos & discipulos perfecisse? Hanc igitur Euangelij diuulgationem in orbe iam factam, consequuta est vrbs illius & templi vltima clades. Alij contra affirmant, illo tempore nõ fuisse Euangelium euulgatum vniuerso orbi: sed cæptum euulgari tantum modo: quare de orbis fine, non vrbs, Dominum illa dixisse. Mihi vero illud est certum, signum hoc si nõ solum, at præcipuè & proprie de sæculi consummatione esse intelligendum. Etenim ab Apostolis certo quodam modo, vniuerso orbi prædicatum esse Euangelium, non admodum contra dicam, cum orbis per Synecdochen intelligi frequenter soleat, potissima illius portio, quæque hominibus vulgo nota est: quale est illud: Exijt edictum vt describeretur vniuersus orbis. & quod de fame futura in vniuerso orbe Ioseph, vaticinatus est, & quod in libro Esther scriptum est, diem illum festum in toto orbe celebrari, & innumera eiusdem generis, qui & sacris & profanis scriptoribus communis est loquendi modus. Atque hoc eodem sensu Paulus profectò dixit, Euangelium in toto mūdo esse iam & fructificare. Itaque qui illa Domini verba etiã Hierosolymitanæ vrbs excidio

Col. r.

Rom. 10.

Luc. 1.

Gen. 41.

Esther. 9.

Theo. in

Matt. ca.

24.

Iansen. in

Concor.

c. 122.

Augu. e-

pist. 78.

Op. 80.

Hier. in

Matth.

24.

*Damas. ca. 27. lib. 4. de fide Ortho. Præf. in epist. ad Russ. & cap. 4. ad obi. Call. Autor imper. Hom. 48. Ambros. lib. 10. in Luc. Catechismus Pij Quinti in illud Ver. Symboli, Inde vrturus est iudicare &c. eodẽ modo tra dis.*

accommodare voluerit, ei ego non valde obstitam. Attamen illi audiendi nullo modo sunt, qui contem-  
 dunt nequaquam illa de mundi consummatione de-  
 debere intelligi, quod Theophylactus, & Cornelius  
 Iansenius vix eruditissimus, faciunt. Nã, vt omittam  
 grauisimorum patrum autoritatem, Augustini, Hie-  
 ronymi, Ioannis Damasceni, Prosperi Aquitanici,  
 Autoris operis imperfecti in Matthæum; Ambrosij,  
 aliorumque complurium, constanter asserentium  
 Christum de consummatione Sæculi esse locutum,  
 idque adeo vt optimi illorum velint nullum alium à  
 Christo signum euentius esse prolatum, quo ap-  
 propinquatio iudicij cognosci queat: ipse planè  
 Euangelicus contextus mentem Domini dilucide  
 nobis explicat. Cum enim Matthæus ita sit orsus;  
 Sedente autem eo super montem Oliueti, accesserunt  
 ad eum discipuli secreto dicentes: Dic nobis  
 quando hæc erunt: & quod signum aduentus tui &  
 consummationis sæculi? profecto cum mox respon-  
 sionem Domini narrans Euangelista simpliciter di-  
 cit, & tunc veniet consummatio, non aliam consum-  
 mationem quam sæculi, de qua erat posita quæstio, si  
 contextus ordo seruari debet, innuere potest. Quin  
 etiam si nulla mentio præcessisset consummationis  
 sæculi, tamen vbi Christus absolutè enuntiat, veniet  
 consummatio, nequaquam intelligi potest, nisi illa  
 quæ absoluta est consummatio, non huius aut illius  
 vrbis aut gentis, sed vniuersi humani generis. Quis  
 enim non ita acciperet si ita audiret? Cum vero &  
 sæculi expressa mentio sit, dubitandi locus relinqui-  
 tur nullus. Præterea quid est: Prædicabitur hoc E-  
 uangelium Regni in vniuerso orbe in testimonium,  
 omnibus gentibus? quid inquam est, illud, In testi-  
 monium omnibus gentibus? Meo quidem iudicio  
 nihil



nihil aliud, quã Dei causam iustificari oportere prius cum omnibus gentibus quam veniat omnium gentium consummatio. Quid enim alioqui ad Iudaici populi cladem refert, testimoniũ à Deo sumi in omnes gentes? Sed de Iudæorum tribubus, quæ erant in dispersione, nõ dubito Dei causam fuisse iustificatam ante euerfionem templi, cum Apostoli vbique gentium Iudæos primum conuenirent, neque essent in vltiora terrarum loca semoti, quam sint ab Apostolis penetrata. Ita adducor, vt opiner, illa Pauli, *Rom. 10.* sed dico nunquid non audierunt? & quidem in omnem terram exiuit sonus eorum & in fines orbis terræ verba eorum, contra Iudæorum perfidiam precipuè esse dicta, quòd esset inexcusabilis prorsus eorũ omnium in Christum infidelitas. Id quod cõsequens oratio videtur apertius notare, cum auditur, sed dico: Nunquid Israël non cognouit? Primus Moyfes dicit: Ego ad emulationẽ vos adducam in non gentẽ & reliqua. Quid si de prædicatione Euangelij non solum Iudæis facta, sed etiã omnibus gentibus faciẽda, Paulus locutus est, volens gẽtes omnes inexcusabiles fore. nihil profecto melius intelligi potest, quã quod D. Augustin. exponit, illud de Apostolis simul atque Apostolicis viris, qui in toto Ecclesiæ decursu gentibus annuntiant Euangelij pacem esse accipiendum. Ita fit, vt omnes audiant, cũ sonus cælestis præconij exeat in omnes terminos terræ. de qua re quoniam satis in libris de procuranda salute Indorũ disputauimus, nihil amplius dicẽdum est, vno excepto, *Lib. 1. ca. 2.* quod cum tanta portio orbis patuerit, tot gentium nationes nostra ætate repertæ sint, quibus ne syllaba quidem legis Euangelicę innotuerat, cumque verba illa Saluatoris per proprietatẽ & planum sensum de re tãta, quantũ videmus in harum gentiũ vocatione, intel

intelligi possint, prorsus iam videtur insulsum, præclarissimam prophetiam signumque illustrissimum à Domino datum, in Iudaicas illas angustias velle conferre.

*Nondum esse promulgationem Euangelij  
vbique gentium factam.*

CAP. XVII.

*Hiero. in  
Math. c.  
24. Am-  
brosius in  
Luc. cap.  
21.  
Augu. in  
epist. 80.*

**N**VNC verò vtrum signum hoc vocationis omnium gentium iam claruerit, vt citò futurum sæculi finem expectemus, vel quomodo se res habeat, dicendum est. Hieronymus quidem atque alij veteres, sua tempestate vbique terrarum Euangelium annuntiatum existimantes, breui affuturum diem vltimum suspicati sunt. Contra Augustinus certissimis documentis se instructum confirmat, nondum Euangelicam pacem omnibus fuisse gentibus annuntiatam. Esse enim in ipsa Africa gentes multas, ad quas neque Christiani nominis, neque Imperij Romani fama peruenerit. Neque esse dubitandum; quin ijs quoque antequam Mundus dissolueretur, Christi verbum prædicandum foret. Itaque non videre se se, cur tãtopere dies iudicij appropinquare quibusdam videretur. Prudenter sanè ille Pater. Fluxerunt anni ab inde plusquam centum supra mille. Nostra verò & parentum nostrorum ætate, tam magna orbis pars reperta est, vt meritò dilatatum iudiciũ constet, vsque dum tot gentiũ populis salutis via aperiretur, ostenderetque se Deus fidelem in omnibus verbis suis. An vero quicquid in hoc vniuerso vbique gentium est, patuerit iam, neque restent ignotæ adhuc nationes, quibus annuntietur Christus, vnde celerem mundi dissolutionem meritò expectare possimus, ingentis operæ est velle decernere. Illud perspicuum est; hoc sæculo

sæculo ab anno propemodum quingentesimo supra  
 millesimum, plus terrarum atque hominum esse de-  
 tectum, quo Evangelij nuntius intrauerit, quam totis  
 mille superioribus annis. Itaque tēpora diuino con-  
 silio definita plurimum festinare, omnis vir sapiens  
 conijcere non temere potest. At si humanis opinio-  
 nibus aliquid assignandum est; videor equidem mi-  
 hi habere nonnullas easque non leues coniecturas,  
 quibus magis adducor, vt nondum esse arbitrer, ab-  
 solutam Evangelij prædicationem, quam Dominus  
 dixit in toto orbe faciendam. Primum; multæ adhuc  
 regiones sunt eæque amplissimæ, in quibus non est  
 fides Christiana proposita. In hac ipsa America ac-  
 cepimus à testibus fide dignis, atque in ijs fratre  
 quodam nostræ Societatis, occurrisse iam pridem  
 populos per quam frequentes, cum in maximo flu-  
 uio Maranione Orsua Duce nauigarent noua regna  
 quærentes Hispani, eosque pro barbarorum modo  
 satis cultos, quos ne salutarint quidem. Et fama est  
 magna Paytiti cuiusdam magnæ prouinciæ. Et Cæ-  
 sarum alij narrant, nescio quæ fabulosa, & gigantum  
 Patagonum, & aliorum complurium supra fretum  
 Magallanicum: ijs certe omnibus nondum est Euan-  
 gelium prædicatum; ac quicquid inter oram huius  
 Oceani Australis & illius Septentrionalis interia-  
 cet, ferè ignotum est, neque est verissimile tanta spa-  
 tia terrarum habitatoribus esse vacua. Hæc de no-  
 tissima nobis prouincia. Quid de insulis Salomonis,  
 & toto illo tractu terrarum? Quid de ijs, qui ad alte-  
 rum mundi verticem spectant, supra Promontorium  
 Mendocinum? Quid de Noua Guinda appellata?  
 Reuera tot & tantæ regiones non sunt frustra reper-  
 tæ, sed diuina prouidentia agi credendum est, vt pri-  
 mum innotuerint, mox adeantur, tandem salutis

nun

nuncium accipiant. Quod vero dicunt quidam ex vicinis gentibus Christiani nominis famam potuisse accipere, atque eo modo etiam illis esse prædicatum Euangelium, dicerent sanè aliquid, si ea fama digna esset Euangelio, id est si Christi notitiam ita abhaurirent, ut vanos suos deos cognoscerent, et in Christo salutem vnicè sitam esse, legem Christianam esse puram, atque sincere obseruandam acciperent. Sin vero ita Christianum nomen illis sonat, ut Hispanum, aut etiam Turcicum; neque de Christo Deo nostro pro dignitate sentire possunt, quis non perinde ignorum talibus Euangelium censiat, atque ijs qui nihil penitus audierunt? Iam vero prædicationem eam Christus prædicit, in toto orbe terrarum, quæ sit in testimonium omnibus gentibus, hoc est quam recipere meritò debeant, quamque si reiecerint, ab ipso Dei verbo, sicut veritas loquitur, indicentur. Quin etiam scriptura, non prædicationem tantum futuram, sed fructum quoque prædicationis in toto terrarum orbe pronuntiat. Nam ut ait Beatus Prosper, nemo audeat dicere vllam mundi gentem, vllam terræ prætermittendam esse regionem, in qua non sint Ecclesiæ tabernacula dilatanda: Dicente Deo ad filium: Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. & iterum: reminiscetur & cõuertentur ad Dominum omnes fines terræ, & adorabunt in conspectu eius vniuersa familiæ gentium. Hoc ipsum amplius Ioannes in Apocalypsi expressit, cum dixit. Vidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat in omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum & in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorùm. Non igitur prædicandum est tantum modo Euangelium omnibus

bus gentibus, sed ita etiam prædicandum, ut ex omnibus gentibus, & linguis, & populis, & tribubus filij regni sint colligendi. Hoc qui secum cogitat, non dubitat immensis Sinarum regionibus nondum esse Euangelium promulgatum: neque satis putat Lusitanorum commercio illis hominibus Christianum vocabulum patuisse, aut vnum & alterum monachum in vrbe maritima Cantonia Christi potius prædicare voluisse, quam prædicasse Euangelium. Venient, venient sua quoque tempora secundum præscientiam Dei altissimam Sinenfibus, cæterisque prouinciis, neque deficiet dies operarijs Euangelicis, modo diligenter, atque ut decet, in opus incumbant.

*An possit sciri, quando iam sit Euangelium omnibus annuntiatum, ut veniat finis.*

### C A P. XVIII.

**P**OSTREMUM an restent nouæ orbis prouinciæ & regiones nondum patefactæ, non satis competere habetur; Nauarum quidem narrationibus alias esse terras oppositas, prospectas procul, non etiam exploratas, constans fama est; id Cosmographis quædam ignota ditiora Oceano attingendi in chartis maritimis occasione fuit. Esse autem reuera plurimas alias regiones nondum hominibus cognitatas, rationis videtur habere non modicum. Etenim vniverso huic Oceano Peruenfi, si occidentem versus recta contempleris ex Oriente, nulla regio opposita adhuc scitur, neque sit vero simile tanta pelagi spatia sine terra excurrere, quanta nusquam in toto orbe hæctenus visa sunt. Iam verò quouique porrigatur terra illa continens post fretum Magallanicum, nouit nemo nisi quod paucis ab hinc annis non esse contigisse, sed infulam, vndique Oceano circum

cumscriptam, postquam Angli huc penetrarunt, rumor est, falsò ne an verè iactatus incertum. Itaque cum ad Polum Arcticum Zona temperata latissimè habitetur, duæ reliquæ, & si minus frequenter habitentur, tamen probabile est, ad hunc alterum Polum Antarcticum esse habitabilem terræ portionem multo maiorem ea, quæ nobis hæctenus nota est. Nam quam hæctenus nouimus, ea est adeo exigua, vt. cum habitatione alterius verticis comparata, vix trium ad quinquaginta habeat rationem. Non est tamen hæc solida omnino ratio. Nam si tantundem terræ ex parte huius Poli iaceret, quantum ex altera parte Mundi, fieret omnino, vt terræ moles esset toto Oceano maior, atque adeo elementum terræ, aquæ elemento magnitudine præstaret. Quod quamquam viri Mathematici doctissimi nostra ætate opinati sint, vt & vnum effici globum Sphæricè ex vtroque elemento tenerent, quod re vera demonstrant, & tamen idem esse centrum magnitudinis atque grauitatis terræ, quod non demonstrant neque demonstrare possunt, assererent: tamen nobis improbabile apparet, & philosophiæ contrarium, non esse aquam terra maiorem. Videmus enim in omnibus corporibus ea magnitudine superare, quæ loco naturaliter superiora sunt. Neque experientia cum philosophia pugnat: quin potius si totus vtriusque elementi globus fabricetur, quantum exploratus est hæctenus, pro vno passu terræ, decem aquæ inueniuntur. Quanta verò sit Oceani profunditas (quoniam volunt illi esse veluti superficialem terræ, propter insulas quæ in medio ipsius apparent) metiri ea sapientia solum potest, quæ gloriatur: Gyrum cæli circuiui sola, & profundum abyssi penetraui, & in fluctibus maris ambulauì, & in omni terra steti. Quamuis ergo

Ocea

*Christo-  
phorus  
Clavius.  
in libr. 1.  
Sphæra.*

*Eccli. 24.*

Oceanus, quem scriptura vocat abyssum, tamquam vestimentum circumdet atque induat totam terram, ut habet Psalmus, sitque adeò inter totum Oceanum terra, non tamen æquè, neque ad omnes partes, sed terræ maxima portio versus septentrionalem verticem sita est: aquarum contra maxima moles ad hanc australem mundi faciem concessit. Itaque iis argumentis alij plurimum terræ restare incognitum, alij parum disputare possunt. Quam ob rem ne nunc quidem, cum navigationibus totus orbis, quantus est, cingitur & perlustratur, dilucidum esse potest, an sit Evangelium in toto terrarum orbe diffusum: neque cum erit, apertè id nosse poterunt homines, ut Augustinus etiam monuit, nisi cœlitus reveletur, propterea quod sicut, de Paradiso terrestri, quantumvis marium, & terrarum obeatur, nemo situm aut locum potest edicere; ita neque pronuntiare quisquam potest, nullam aliam terræ regionem, nullos terræ recessus, nullam continentem, nullam insulam ultra superesse. Ita fit ut hoc signo prædicationis Evangelicæ sic nos Christus animare voluerit ad salutem infidelium procurandam, ut quamdiu Mundus consistit, ab eo opere non cessandum intelligamus: & cum multum in ea re perfecerimus, nihil tamen de certo mundi exitu pronunciemus: sed pauidi semper atque suspensi Dei nostri præstolemur aduentum.

*Psal. 103.**Aug. ad Hefyc. e-  
pist. 80.*

Gg DE



# DE TEMPORIBVS NOVISSIMIS.

LIBER SECVNDVS.



DE MAGNA TRI-  
*bulatione sub Antichristo futu-  
ra deinceps dicendum.*

Cap. I.

*Apoc. 3.*



IOANNES in Apocalypsi  
aquilam se vidisse refert,  
medio cœlo volantem, &  
væ, ter vehementissimè in-  
clamantem : cuius vocem  
ipse interpretatur, trium  
Angelorû tuba canentium,  
atque extrema orbis mala  
detonantium, certissimam  
significationem. Fortassis aquila is ipse Ioannes sit,  
cui libero cœlo ferri, idest, in medio Ecclesiæ doce-  
re, atque inde altissimi Solis radios intueri in Euan-  
gelio, hinc maria terrasque infra positas, & in his  
latentia



latentia pleraque acutissimè perspicere in Apocalypsi, diuinitus datum sit. Et Angelos quidem ceteros dura sanè, sed tolerabilia quodammodo insonuisse vult: tres verò vltimos cum maximè terribilia prolaturos intellexisset, meritò ingemuit, atque humano generi, voce edita, infausta ominatus est. Ex iis autem tribus, vā secundum terribilius primo pronuntiavit, tertium omnium longè grauiusimum. Continet enim septimi Angeli vox, tubā illam supremam, vt ipse Ioannes explicat, ad cuius clangorem resurgant mortui, audituri sempiternæ mortis sententiā. Hoc igitur malum & vā (vt scriptura loquitur) tertium omnium supremum erit: vā autem secundum isti proximum, habet tristissimam omnium, quas vnquam mundus tulit, calamitatem, quam orbi inuehet Antichristi immanissima tyrannis in animas simul atque in corpora hominum sauiēs. Eam diei vltimo propinquissimam tempestatem, tanto pōdere exaggerat ipsa veritas, vt cōfirmet talem tunc tribulationem futuram, qualis non fuerit ab initio mundi, neque vnquam futura sit. Qua Dei testificatione quis non vel fortissimus trepidet? Quis cogitationem ipsam rei tantæ non perhorrescat? Etenim totus orbis diluuiō consumptus, & sulfure cœlitus flagitiosas vrbes deuastans, millia hominum gladio trucidata, attrita fame, pesteque & bello exhausta regna, cæteraque vniuersitatis humanæ atrocissima exempla, præ hac vna calamitate ludicra quædā & piæta sunt. Ipsa Hierosolymitanæ vrbis obsidio atque extrema vastatio, ac totius gentis Iudaicæ incredibilis afflictio, quam eodem etiam Saluator sermone prædixit, sic ab Antichristo superanda est, vt à viuis verisque rebus tenuiter delineatæ effigies solent: nam quæcunque hæcenus dicta sunt de tyrannis fauientibus in

*Apoc. 10.  
Cap. 11.*

*Mat. 24.*

Ecclesiã, de Hæresiarchis seducentibus populos, de bellorum immensis tumultibus, de tempestatibus, fame, pestilentia, tremoribus terræ, cœlestibusque portentis, & quæcunque ad væ primum, cætera sive quatuor Angelorum voces pertinent, cum illo Antichristi turbine comparata, leuia sunt omnia & tamquam medicationes quædam ac velitationes prælij imminentis; quod Christus satis expressit, cum atrocibus illis commemoratis, intulit: Hæc autem omnia initia sunt dolorum. Quod si initia hæc, oro te Christiane, quos nam progressus, quos fines malorum expectare debemus? aut quid aliud dicere iuuet futura hæc cogitantes, quam illud ipsum Aquilæ cœlestis mortalium auribus insonantis, væ, væ, væ, habitantibus in terra: quam longum væ manet habitantes terram? Nam qui in carne ambulantes, non militant secundum carnem, sed eorum conuersatio est in cœlis, vnde etiam Saluatorem expectant, iis profecto non terrori est, sed gaudio dies Domini; cuius aduentum diligunt, recepturi fidelium laborum coronam sempiternã. Quibus autem vino meretricis magnæ madidis somnus incubuit, vehementer inclamat Propheta: Expergiscimini ebrij, & flete & ululate, omnes qui bibitis vinum in dulcedine, quoniam periit ab ore vestro. Eos quoque, quos malè persuasa conscientia benè sperantes facit, cum debeant timere supplicium, quoniam cum impij coram Deo sint, tamen ita securi sunt, ac si iustorum facta habeant, non rectè seuerissima Dei iudicia expendentes, sed fucò quodã Christianæ vitæ sibi placentes, alius Propheta conueniat, & falsa securitate deposita, pauere compellens, ingeminet, væ desiderantibus diem Domini: ad quid eam vobis? Dies Domini ista tenebræ & non lux. Quomodo si fugiat vir

*Mat. 24.**2. Corin.**10.**Philip. 3.**2. Timot.**4.**Ioel. 1.**Eccles. 8.**Amos 5.**mini ista.*

vir à facie leonis, & occurrat ei vrsus, & ingrediatur domū, & innitatur manu sua super parietes & mordeat eum coluber. Nunquid non tenebræ dies Domini, & non lux? & caligo & non splendor in ea? Odi, & proieci festiuitates vestras, & non capiam odorem cœtuum vestrorum. Ad hoc ergo cōducit commemoratiō impendentium malorum, vt qui dormiūt, quāuis profundè, excitentur tanto terrore: qui verò sibi vigilare videntur, sese ipsos serio excutiant, atque vndique probent, ne quod plerique Christiani facimus; inani quadam opinione aut aliorum aut nostrā de nobis, malè sartam conscientiam & vetera peccata nō benè deplorata gestemus: ne pars nostra Iudicis irretactabili imperio cū hypocritis reponatur. Mat. 24.

*Locus Pauli explicatur de tempore aduentus Antichristi.*

C A P. I I.

**I**GITUR post prædicatum toti orbi Euangelium, tunc veniet finis. Erit verò finis certissimus nuncius, Antichristi regnum. Etenim nō ante finiendum mundum, quam ille pestifer innotuerit, apertè Paulus Apostolus docet, ad Thessalonicenses scribens: 2. The. 2.  
Ne quis vos seducat vllō modo, quoniam nisi venerit discessio primum, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis. Et post pauca: Et nunc quid detineat scitis: vt reueletur in suo tempore. Nam mysterium iam operatur iniquitatis, tantum vt qui tenet nunc teneat, donec de medio fiat, & tunc reuelabitur ille iniquus. Consultò hæc ab Apostolo sic obscure sunt dicta vt ab iis solum intelligerentur, qui apertè sibi aliquādo tradita recordari possent. Tanti- quam enim per notas & peculiarem characterem loquitur Paulus, vt qui legerint non intelligant, nisi aliās edocti sint. Quamobrem peroptasset quidem se

G g 3 illorum

*Aug. lib.  
20. De ci-  
uit c. 19.*

*Aug. ibi.  
Hier ad  
Algas. q.  
11.*

*Ioan. 19.  
Act. 25.  
Rom. 13.  
1. Petr. 2.  
1. Tim. 2.  
Dan. 2.  
7.*

illorum sensum penetrare, nec potuisse tamen, ingenuè Augustinus confiteretur. Verum ipsa sua obscuritate quodammodo sese aperit Paulus, & tacèdo vel musitando potius, quid magis intelligi velit quam loqui, satis fortassis insinuat. Itaque ut ipse Augustinus & probatissim<sup>9</sup> quisque Patrù nobis tradidere, de Romani Imperij occasù illa accipienda sunt, quæ eo sæculo scribebãtur, quo vulgata magnam doctrinæ Apostolicæ inuidiam atque odium excitarent. A deo diuinum & sempiterna maiestate consecratum nomen illius reipublicæ habebatur, ut sacrilegus in ipsos Deus censeretur, qui imminutionem quoquomodo nedum interitum prædicaret. Pilat<sup>9</sup> ipse cum alioqui calumniis Iudæorù obstitisset, cum Cæsaris mētio facta est & Christus Romanæ potentiaë amulus conclamatus, tunc timuit, tunc omni innocentiaë tuendæ spe abiecta, illum crudelitati eorum tradidit. Apostoli quoque passim à Iudæis inuidiosissimè traducebantur, tamquam Romano imperio infesti. Ut cogèrentur Cæsarem appellare, Cæsari obediendum sæpe monere, pro illo Imperio orationes ad Deum fieri denuntiare. Re enim verà Christi regnò casurum erat illud imperium, sed longe alio modo quam homines cogitabant, magis que animos veritate & suauitate conciliando, quam corpora gladio sternendo, quemadmodum est à Daniele pulcherrimè prænuntiatum. Hæc igitur causa fuit Apostolo rectè de Romani Imperij defectione scribendi, sed re vera hoc vult, hoc prorsus insinuat, nõ ante venturum mundi finem, quam Antichristus appareat: non antè Antichristum appariturum, quam Romani regni sit finis. Nam diceçsio, quam venturam primum dicit, defectionem à Romano regno gentium omnium significat. Quod magis aperit, cum dicit, tantù vt qui nunc tenet,

tener, teneat, donec de medio fiat, & tunc reuelabitur ille iniquus, hoc est donec imperet, & teneat re-  
rum summam, quam nunc tenet Romanus Imperator, regnum illius Christi hostis differtur, quamuis non cessat in suis similibus delineari atque adumbrari summa tyrannis Antichristi aduersus Ecclesiam, id enim illa significant: mysterium iniquitatis iam operatur: cum verò Romani Regni nomen penitus de medio fuerit sublatum, tunc apparebit mundi ille sceleratissimus hostis Christi. Ita ferè antiqui Interpretes, qui ea etate scripserunt, cum adhuc staret Romanorum Imperatorum auctoritas & potentia vt Ambrosius, Hieronymus, Augustinus, Ioannes Chrysostomus; quin etiam Irenæus & Hippolytus antiquissimi; qui verò post septingentos inde annos extitere, tanta facta Romani Imperij declinatione, vt corruisse iam videretur & vix vestigia quædam titulis potiùs quam re antiqui splendoris retinere, ij discessionem quidem iam factam à Romano Imperio dicunt, neque tamen mentitum Apostolum, qui dixerit prius discessionem futuram, sed discessione facta Antichristum finemque mundi continuo futuram non dixerit: ita cæset Anselmus, ita Thomas. At mihi phrasim scripturæ attentius cogitanti, non videtur Pauli sensus habere aliud quàm sublato Romano regno, & facto de medio, vt ille loquitur, Regnum Antichristi futurum, idque eo interuallo atque ordine vt vtriusque rei consecutio aliqua intelligi possit. Itaque non puto Romanum Imperium penitus extinctum, neque eam discessionem siue defectionem omnino expletam, quamuis maxima ex parte perpetrata sit. Manet Cæsarum nomen, manet Imperij titulus, & quod est caput, manet à Romano Pontifice, qui caput est orbis, Ecclesiæ tuendæ auctoritas. Et quamuis exte-

*Ambr. in 2. The. 2.*  
*Hiero. in Dan. ca. 11.*  
*Aug. 20. de Ciuit. cap. 19.*  
*Chrysol. in 2. The. homil. 4.*  
*Irenæus. lib. 5. aduer. her. ca. 25. & 26.*  
*Hippol. lib. de Antichr.*  
*Ansel. in 2. cap. 2.*  
*Theof. Th. ibidem.*

*In opus.  
quod extat in 9.  
tom. operum Au-  
gust.  
Gen. 49.*

nuata valde & ad Prouincias exteras translata, stat adhuc sua Romano Imperatori potentia. Namque, vt quidam scripsit. In Francorum Reges Romani Imperij summa concessit, quorum in Imperio successiōnem vsque ad suprema tempora duraturam, quod ille asserit, cur diffidamus, non video. Profecto Patriarcha Iacob præclarā illam Prophetiam: Non auferendum sceptrum de Iuda, nec ducem de femore eius, donec veniret Christus, impletam negare non possumus: attamen sceptrum Iuda, & duces femoris eius vix in historiis inuenim<sup>9</sup>. Sed inuenimus tamen Hyrcanum de illa tribu regni nõnullum specimen tenentem: inuenimus extenuatum sanè & semimortuū ducatus Iudaici titulum. Sed tamen nonnullum, neque extinctum penitus, vsque ad Herodem Idumæum atque gentilem: quo tempore Christus in Bethlehem natus est, & impletum Patriarche antiquissimum vaticinium. Eodem modo si quis sanè perpendat, Antichristi aduentus à Paulo prædictus, cum defecerit Romanum Imperium, minimè fallit, quamdiu Romani Imperij summa quãuis mutata, quamuis debilitata, sed tamè nonnulla stat. Neque liquido colligere possumus, quantum intersit vsque ad illam omnimodam extinctionem, & sublationem de medio, propterea quod res humanæ incertum habent statum, vt ex summis infimæ, rursus ex infimis summæ fiant. Ipsa Iudaici regni historia à Sancto Dauide, qui primus fuit de Iudæ stirpe Rex Israël vsque ad extremum Hyrcanum, quas habuit vicissitudines, quas varietates fortunæ, quis explicet? At Deo certa sunt omnia, qui solus nouit tempora & momenta. Illud etiam addo, non mihi displicere, quod nonnulli ex Patri-  
bus discessiōnem eam interpretantur ab Ecclesia  
Romana,

*Ansel. &  
D. Tho.  
in 2. ad  
Theff.*

Romana, quam hæreses & schismata in plurimis orbis nationibus inuexerunt: & quidem Mahumetis insanissima impuritas maximam partem Orientis atque Africæ tenet. Græcorum amplissima Regna sub inimicis Christi agunt, & qui Christianum nomen retinent à Christiana fide Romanæ Ecclesiæ longè absunt. Septentrionem propemodum totum, magnamque occidentis partem pestis Lutherana peruasit. Magna sanè facta est ab Ecclesia Romana discessio, vtrum hæc prænuntia sint instantis Antichristi, quis nouit hominum? Sed tamen Pauli sensus cum Danielis sermone cõiunctus, magis mihi significare videtur Regni temporalis Rõmani quam spiritualis interitum, cum legamus aliàs: Portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et: ego vobiscum sum vsque ad consummationem sæculi. Stabit ergo, stabit omnino Ecclesia Romana, quandiu erit in orbe Christi Ecclesia.

Dan. 8.

Matt. 16.

Matt. 28.

*De nominibus Antichristi.*

CAP. III.

**E**RGO Antichristum sub ipsum mundi huius occasum fore venturum diuinã Scriptura manifeste docet, quem etiam vocat hominẽ peccati, filium perditionis, illum iniquum bestiam de abyssu ascendentem, leonem, aprum, vrsu, pardum, caudam Behemot, abominationem desolationis, caput impiorum, his alijsque nominibus inexplicabilem nequitiam hominis omnium qui vnquam fuere atque erunt sceleratissimi insinuans. Quare Theologi iure definiunt, istum & malorum omnium esse caput, qui omnes longè superet malitia, & omnium in eum vitiorum ac scelerum, tanquam in mare riuulos vndique, copiam confluere. Quod autem quidam scriptores

2. Thess.

2.

Apoc. 11.

Gen. 13.

Psal. 9.

Gen. 79.

Iob. 40.

Dan. 12.

S. Tho. 3.

p. q. 8. ar.

8.

Ruper. li.

8. in A-

poc.

G g s ccle

celebres prodiderunt, in ipsa prima procreatione ita utero matris ita Diabolum in hunc ingressurum eique copulandum, ut idem sit & diabolus & homo sicut Christus idem fuit Deus atque homo, pie interpretandum est de vehementissima malitię operatione & inseparabili coniunctione, non quod vna eadēque persona & diabolus sit, & homo, quemadmodū Sanctus Ioannes Damascenus præclare monuit: Etenim soli Deo possibile, ita sibi humanam unire naturam. Quod vero Hippolytus antiquus autor asseruit Antichristum ipsum fore diabolum phantastico corpore præditū, non solū Hieronymus verum etiā fides catholica rejicit, Paulo affirmante illum hominem peccati. Nam quod Magdeburgenses hæretici negant fore Antichristum hominē verum & singularem, sed esse potius vocabulū cōmune multorum, ab vniuersa Ecclesia exploduntur, quæ firmiter per scripturas edocta Antichristum verum & singularem hominem fore prædicat. Hunc filium Diaboli, falso quidam iam extitisse opinati sunt; alij, ut Hieronymus, Augustinusque narrant, Domitium Neronem, qui Apostolos Petrum & Paulum occidit, putant Antichristum fore, ob sæuitiæ & turpitudinis magnitudinem, atque horū alij excitandum ex mortuis, ut veniat, alij nondū vita excessisse volunt. Quidam Mahometem illum, qui Alcoranum condidit, atque orbem penè armis doloque spurcissimæ atque stultissimæ legi subdidit, Antichristum volunt. Nec defuere qui nostri sæculi bestiam immanem Martinum Lutherum, fecere Antichristum: quòd bellum aduersus Dei Ecclesiam implacabile gesserit. Fuere hi quos cōmemoravi planè Antichristi, id est Christi atque eius Ecclesię cruentissimi hostes, & quicunque hæresiarchæ merito Antichristi censendi sunt.

Nam

*Damas. lib. 4. De fide. c. 20. Hippo. li. de Antich. Hierony. in ca. 11. Dani. 2. Thes. 2. Hiero. in 11. c. Daniel. Aug. lib. 20. De ciuit. c. 19. Fabersta pul. in scolijs Damas. li. 4. cap. 27. Frä. Feil. in schol. ca. 30. lib. 5. Irena. dif. fuse, idē Ioannes Annius. Hentemissus Cli.*



Nam Ioannes ita nos admonet: Filioli nouissima hora est, & sicut audistis quia Antichristus venit: & nunc Antichristi multi facti sunt: vnde scimus quia nouissima hora est. Ex nobis, prodierunt, sed non erant ex nobis: nam si fuissent ex nobis, permanissent vtique nobiscum. Igitur quisquis Christum oppugnat, Antichristus est præsertim nomine Christiano glorians. Hos esse permultos Ioannes docet. Itaque nobis tanquam horam nouissimam esse computandum ipsum hoc tempus quod terimus; vt aduersus nostri temporis Antichristos vigilanter ac fortiter repugnemus, ne aut fraude capiamur aut vi superemur ab hostibus Christi, tandiu enim nobis mundus manet, quandiu vita manebit, quæ profecto breuissima hora putanda est. Atque vt mundi finem Antichristi aduentus certo indicabit, ita nos existimemus finem instare, quando quidem Antichristi, hoc est, fidei & spei & charitatis inimici non cessant nos oppugnare. Hac cælesti dilecti discipuli commotione, cum Antichristi aduentum, mundi que terminum non anxie aut curiose inquirere docemur, sed quod ad nos attinet, iam putare præsentem, atque ita nos gerere vt breui hora victuros decet: tum verò in fide catholica valde confirmamur, quæ non ante mundum desitutum pronuntiat quam ille scelestissimus vbique innotuerit. Ita fit vt quicumque nos ante accesserunt, quoniam res humanæ finitæ non sunt, Antichristi quidem prænuntij & membra præcipua esse potuerint: ipse ille Antichristus, quantopere literæ sacræ commendant, nullo modo. Cum Nero & Arius, & Mahometes, & Lutherus, etiam si in vnum, eorum peruersitas transfundatur, tamen cumulum veri illius Antichristi multis partibus minime impleat.

*Multa*

*Thomas  
Theo. Lin  
darius &  
Obsusius  
catholici.  
1. Ioan. 2.*

*Multa de Antichristo traditione Apostolica  
Sanctos Patres tenere, quæ contem-  
ni nullo modo debent.*

## CAP. IIII.

*Chrif. in  
homi. ad  
populum  
Antioch.*

**D**E tentatione autem suprema scripturi, neque temerè quicquam pronunciare debemus; neque ea contra contemnere, quæ idonei testes confirmant. Multa enim, vt Chrysoſtomus habet, de Antichristo vana iactantur: multa anilibus fabulis perſimilia ac non nulla illa commemorat, vt geniculationes, vt matris in ipſo ortu necem. Hæc repudiare docti facile ſolent: vulgus ab ijs nanijs ad ſeria illa, quæ ſcriptura commendat, reuocandum: contra tetrici quidam cenſores repellendi ſunt, quibus nihil placet niſi quod vel ſenſu ſuo meriuntur, vel euidentiffima ſcripturæ aut Eccleſiæ auctoritate concluditur. Sanctorum verò Patrum ſententias ita auſcultant, ac ſi ſutorum, aut ſellariorum, aut laniorum & vilium huiuſmodi opificum audirent, neque reuerentur Hieronymi vel Gregorij, vel Ambroſij auctoritatem. Quæ mihi quidem quorundam, qui ſibi ſapientes videntur, arrogantiæ & aſpernatio ſanctorum Patrum, vix poſſum dicere, quantopere moueat ſtomachum. Cogitare prudentiffimus quiſque debet hominem grauem nullo modo affirmare ſolere, quæ ignorat: neque ijs fidem commodare, quæ parum idoneis argumentis didicit. Hoc in Hiſtoricis ſæculi obſeruant omnes. Neque alia ratione adducimur, vt Liuius, Saluſtius, Suetonio, Plutarcho, Xenophonti credendum putemus, quam quod homines graues non niſi comperta ſibi affirmare ſoleant. Quid igitur Gregorio, Ambroſio, aut Damasceno aut Bedæ minus auctoritatis

ritatis est, quibus ad summam naturæ grauitatem, etiam Christianæ religionis immensum pondus accessit? Ergo quæ de Antichristo tanti Patres asseuerant, ea reiicere nemo debet. Sed cum omni ueneratione suscipere, cum præsertim ea forma dicendi utantur, quam nisi in re certa & sibi satis nota, nullo modo adhibere soleant. Est autem impensè aduertendum quæ de hac re scribunt, ita plerunque scribere ut non tam suam, quàm communem sententiam suorum, id est catholicorum se tradere asserunt, quod in commentariis Hieronymi in Daniele, apud quem copiosa de Antichristo propheta est, quæ uis notare potest. Vnde autem vel sanctis Patribus vel plebi Christianæ ea de Antichristo cognita sunt, quæ literis prodiderunt, sine dubio tenendum est, multa illos ex arcana interpretatione scripturarum didicisse: multa etiam sine scripto tradita sibi ab Apostolis, Ecclesiam conseruasse. Testis est Irenæus Martyr, qui locum obscurissimum Apocalypsis tractans de numero nominis Antichristi, ab ijs se ea accepisse confirmat, qui Ioannis faciem viderunt. Neque enim (inquit) ante multum temporis visus est, sed penè sub nostro sæculo ad finem Domitiani Imperij. Nam de Antichristo; si quis aduertat, tam multus est apud antiquissimos Patres sermo ut meritò de manu in manum uenisse uideatur. Quia enim res erat tum arcana tum inuidiosa externis hominibus, potius uerbo traditam quam scripto Apostoli reliquerunt. Id quod non obscurè indicant epistolæ eorum. Ita Paulus ad Thessalonicenses. Non retinetis, quod cum adhuc essem apud uos, hæc dicebam uobis? & nunc quid detineat, scitis ut reueletur in suo tempore: ita Ioannes: sicut audistis, quia Antichristus uenit. Ita

*Irenæ. li.  
5. aduer-  
sus hære.  
ca. 30.*

*2. ad  
Thess. 2.*

*1. Ioan. 2.*

Iudas

ad as 251

*Iud. 1.* Iudas Apostolus: vos autem carissimi memores estote verborum, quæ prædicta sunt ab Apostolis Domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam in nouissimis temporibus venient illusores & cætera. Ita denique Princeps Apostolorum ut memores sitis eorum, quæ prædixi verborum à Sanctis Prophetis & Apostolorum vestrorum, præceptorum Domini & Saluatoris, hoc primum scientes, quod venient in nouissimis diebus in deceptione illusores. Quæ omnia si quis expendat, facile intelliget de nouissimis temporibus plura multo Apostolos verbo tradidisse, quam scripto: vnde ea omnia haurire potuerunt Pastores Ecclesiarum, quæ de Antichristo literis commendarunt.

*Antichristum se verum Messiam mentiturum & eo nomine à Iudæis recipiendum.*

### C A P. V.

**I**GITUR Antichristum nouissimo tempore venturum, in Christum atque eius Ecclesiam super omnes mortales qui vnquam fuerunt pessimè deserviturum, tandem Christi maiestate perimendum diuina scriptura tradit, & fides catholicæ Ecclesiæ tenet. Quo autem ordine & modo hæc gerenda sint; quantum cælestis auctoritas nobis significare dignata est, cum Dei omnipotentis auxilio, ad Christi nostri gloriam explicare conabimur. Antichristi vocabulum solus Ioannes habet in suis canonicis: rem omnis propemodum scriptura sonat. Propriè verò hominem Christo oppositum atque æmulum intelligimus. Nam quo peculiari nomine ille nequam appellandus sit, quanquam ex numero nominis eius, quod esse sexcenta sexaginta sex, cuius mysterium Ioannes in Apocalypsi plurimi facit, multi

*1. Ioan. 2.*

*1. Ioan. 4.*

*2. Ioan. 1.*

*Apos. ca.*

*13.*

*Irena. li.*

*3. c. 30.*

multa

multa scripserunt; in primisq̄ue Irenæus cuius vestigia sequuti cæteri, in compluribus nominibus numerum illum iuxta characteres Græcos deprehenderunt: quidam ad Latinas etiam notas, ut in ijs Martinus Luther esse ostenderent audacius transtulerunt; tamen neque certi quicquam tenemus, neque vero id magnopere refert. Mysterium autem illud, quale sit, qui à Spiritu sancto didicerit, docere poterit; certè ut prædictus Martyr opportunè admonet, Spiritus sanctus, donec fiat, celatum voluit, cum factum fuerit, tunc advertere non erit difficilè, vim literarum in numerando tenenti. Fortassis etiam cum eo numero dierum, quem Daniel ponit, rationem aliquam habet numerus nominis Antichristi, quem Ioannes commendat. Beatus dicitur qui peruenerit ad numerum dierum mille trecentorum triginta quinque, cuius numeri dimidium est numerus bestix, id est sexcenti sexaginta sex, vno tantum cum dimidio dempto. Sed missa ænigmatum diuinatione illud est certum, ob id Antichristum dici, quod se Christum verum, hoc est Messiam in lege promissum prædicaturus sit: nostrum vero Christum impostorem & seductorem calumniaturus. Quamobrem Iudæos primum ad se allecturum, & eorum legem obseruaturum, quin etiam de eorum stirpe futurum, constanter sancti Patres affirmant. Etenim Iudæorum populum & nomine & legis ceremonijs conseruatis vsque ad vltima tempora permansurum non absurde interpretantur graues auctores ex illis Domini verbis. Amen dico vobis quia non præteribit generatio hæc donec omnia hæc fiant. Re enim vera mirabile est genus hominum vbique dissipatum, omnibus infestum & vile, nullo duce, nulla potentia fretum, mansisse tamen,

*Ricar.*  
*Arethas*  
*Ruper. in*  
*Apocali.*  
*Thomas.*

*Dan. 12.*

*Apoc. 13.*

*Mat. 24.*

tamen, neque esse abolitum: quod clarissimis & potentissimis populis accidit, vt ne memoria quidem extet posteritatis illorum. Itaque facile est agnoscere cælesti quadam prouidentia factum, vt Ecclesia ipsos suos inimicos testes haberet diuinæ veritatis: vt etiam in finem reseruantur alij in vitam, cum Israël saluus fiet post plenitudinem gentium, alij in iudicium recepturi Antichristum, qui Christum repudiauerunt. Hoc ipse Dominus illis exprobrauit, cum dixit: Ego veni in nomine Patris mei, & non accepistis me: si alius venerit in nomine suo illum accipietis: quem locum de Antichristo à Iudæis recipiendo intelligi debere, consentienter affirmant Irenæus, Hilarius, Augustinus, Damascenus, Ambrosius, Hieronymus. Id ipsum Apostolum significasse volunt Augustinus, & Anselmus cum scribit Thessalonicensibus, loquens de Antichristo & eius signis mendacibus, eo quod charitatem veritatis non receperunt; vt salui fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati: Itaque ex his testimonijs Christi & Pauli docent Sancti Patres, Iudæos Antichristum sequuturos vt verum Messiam, imo vt Deum. Propterea & Sabbati atque legis obseruationem inducturum scribit Gregorius Papa. Ambrosius circumcissum, aut ex circumcissione venturum vt Iudæis fiducia sit. Idem quoque aliàs scribit quod & Hieronymus habet, ex tribu Dan prodire Antichristum, idque significatum à Patriarcha, illis verbis: Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens vngulas equi, vt cadat ascensor eius retro: salutare tuum expectabo Domine: colubrum vocat quod fallacia lubricus, cera

*Rom. 11.**Joan. 5.**Irena. li.**5. ca. 25.**Hilar. li.**De Pa-**tris & fi-**lij vni-**sa-**te.**Augus. li.**tract. in**Psal. 105.**Damasc.**lib. 4. ca.**27.**Ambr. in**2. Thes. 2.**Hiero. ad**Algas. 9.**11.**Augu. e-**pisto. 80.**2. Thes. 2.**Ansel.**Greg. lib.**11.**Reg. c. 3.**Ambros.*

cerastem, id est, cornutum serpentem, quod cornibus potestatis armetur. Dolo enim & vi certabit: vngulas autem equi mordebit, cum prædicatorum qui Christum populis ferunt, vestigia persequetur, quo tempore solum Dei erit expectandum auxilium, cum humana omnia defecerint. Ex Dan proditurum Antichristum alio etiam testimonio confirmat Beatus Irenæus ex Hieremia. A Dan auditus est fremitus equorum eius à voce hinnituum pugnantium eius commota est omnis terra: ob id etiam vult in Apocalypsi inter tribus ab Agno signatas tribum Dan non nominari: ob id etiam Dan castra metari solitum aiunt ad Septentrionem, à quo omne malum pandatur. Sed in tanta confusione tribuum, ob literata penè omni genealogia antiquæ propagine, non erit facile obseruare an ex ista tribu Dan veniat ille pestifer: neque multum id refert ad cognoscendam perfidi impietatem. Illud modo maneat, quod secundum scripturas & Patrum traditionem est certum. Antichristum Iudeos Christi inimicos conciliaturum, seque promissum lege Messiam mentiturum, atque ob eam rem Iudaicas obseruationes orbi inuecturum. Neque tamen Christianas penitus abolebit, vt Papa Gregorius tradit, sed quod fecit prænūcius illius Mahometes, ex vtraque lege legem suam ille conflabit: ac fortassis & ipse Christiano baptismo tinctus erit, vt iniquitate maiore cumuletur, qui Apostata pessimus, siue, vt Augustinus legit, refuga ab Apostolo nominatur. Verum hoc habetur incertum.

*Greg. lib. epist. ii. ca. 3.*

*Aug. lib. 20. De ciuit. c. 191*

\* \* \*

Hh

Quod

Quod de educatione & ignobilitate & Regno Antichristi  
Patres tradant. CAP. VI.

*In opus. De Antich. in 9. 10. Aug. Hier. in 11. caput. Daniel. Gal. 4. Esai. 13. Apocal. 14. Damas. lib. 4. De fide & bo. c. 27.*

**N**E QVÆ illa multo certiora, de Patria, de natalibus, de educatione Antichristi. Probabiliter tamen accipi possunt. Quidam enim scribunt in Babylone nasciturum, quod videtur innuere Hieronymus, cum dicit de Babylone venturum. Quod si Babylonem spiritualiter intelligimus, perspicuum est Patriam illi nullam aliam, quam Babylonem fore, hoc est, societatem impiorum. Sanctorum enim, quæ sursum est Hierusalem mater est. Babylonis autem ruinam & Isaias & Ioannes annuntiant, cum diem Iudicij vltimum venisse clamitant. Ioannes verò Damascenus grauis sine dubio auctor & magnus Theologus, asseuerat ex fornicatione nasciturum (unde fortassis fabulæ vulgari de sanctimonialis & monachi concubitu locus aliquis factus est) & suscipiet, inquit, omnem operationem Satanæ, non quod illi Diabolus hypostaticè vniatur, vt Deus homini in Christo, sed quod illum totum imbuat, seque, quantum homo capere potest, transfundat in hominem, vt ab ipsis suis exordiis totus à Diabolo possideatur. Educabitur autem occultè, inquit, & repente insurget, & eleuabit se & regnabit, & in exordio regni sui simularbit bonitatem, cum vero fuerit factus dominator, persequetur Ecclesiam Dei. Hæc Damascenus, quæ satis per se quidem credibilia, à tanto viro non inaniter asseri existimare debemus. Futurum autem Regem Antichristum, Daniel manifestissime docet, eundemque regnum non à maioribus, neque vlllo nobilitatis iure accepturum, sed vili genere natum inuasurum artibus pessimis, ita enim legimus apud illum. Et stabit in loco eius despectus, & non tribue

*Dani. 11.*



tribuetur ei honor regius, & veniet clam, & obtinebit regnum in fraudulentia. Hunc locum cum omnibus consequentibus vsque ad finem capituli duodecimi, de Antichristo & nouissimis temporibus prophetari, quidquid Porphyrius obganniat, nostrorum, idest, catholicorum esse sententiam Hieronymus testatur. Idcirco alio quoque loco Antichristum vocat Daniel cornu paruulum, quod tamen cornua magna contriuerit, quod ex tenuissimis atque ignominiosis initiis ad summam orbis terrarum potentiam euaserit. Prorsus ordine contrario Christo nostro: qui genere quidem illustri & regio fuit, sed regnum mundi etiam oblatum auersatus est, cum esset tamen Rex Regum, per cuius sapientiam Reges regnant & legum conditores iusta decernunt.

*Hiero. in  
Dan.  
Daniel.  
7. & 8.*

*Prone. 8.*

*Tres annos & dimidium duraturam tyrannidem Antichristi.*

## C A P. V I I.

**T**EMPUS autem Regni Antichristi, scriptura euidenter ostendit, cum Daniel de illo scribat. Alius consurget post eos, & ipse erit potentior prioribus, & tres Reges humiliabit. Et sermones contra excelsum loquetur, & sanctos altissimi coteret: & putabit quod possit mutare tempora & leges: & tradetur in manu eius vsque ad tempus & tempora & dimidium temporis. Hoc rursus apud eundem Prophetam Angelus magno interposito iure iurando confirmat. Cum eleuasset, inquit, dextram & sinistram suam in caelum, & iurasset per uiuentem in aeternum, quia in tempus & tempora, & dimidium temporis. Adnotauit vero Hieronymus tempus pro anno in scriptura usurpari, praesertim apud hunc Prophetam, qui Regi Nabuchodonosor

*Danie. 7.*

*Dan. 12.*

*Hiero. in  
Dan. ca.  
12.*

H h 2 prædi

prædixit, quod septem tēpora mutarētur in eo, quod postea de annis septem ipse explicat. Tempora autem vt cum eodem Hieronymo Augustinus pariter monuit, duali nō plurali numero posita sunt; nā eam differentiam Græcis esse constat: De Hebræis ipse tradit. Itaque regnaturum Antichristum constat annos tres & dimidium. Quod Propheta Daniel numero dierum euidentius expressit. A tempore, inquit, cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta, qui conficiunt annos tres & semis, pauculis diebus amplius. Tantundem & Ioannes in sua Apocypsi habet: vbi scribit mulierem illam, qua significari Ecclesiam notissimū est, in deserto alii per tempus & tempora, & dimidium temporis, propterea quod toto tempore sæuæ illius persecutionis, Sancti viri & fideles, vrbium frequentia deserta ad vltimas solitudines fugient, quemadmodum Patres tradunt, & ipse Christus faciendum monuit, cum de ea tempestate loquens: Cum videritis, ait, abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele Propheta stātem in loco Sancto ( qui legit intelligat. ) Tunc qui in Iudæa sunt fugiant ad montes, & qui in tecto non descēdat tollere aliquid de domo sua, & qui in agro non reuertatur tollere tunicam suam. Quæ quamuis mysticos sensus habeant pulcherrimos, quos Patres explicant, tamen ad literam significant ea procella detonante, opus esse fuga concita, atque expedita, omnium fortunarum iactura facta, vt consulatur saluti. Hoc ipsum etiam dixerat Ioannes (repetit enim vt Augustinus monuit eadem mysteria verbis aliis perquam frequenter) cum scripsit: Mulier fugit in solitudinem, vbi habebat locum paratum à Deo, vt ibi pascat eam diebus mille ducentis sexaginta. Totidem

*Dan. 4.*  
*Aug. lib.*  
*20. de ci-*  
*uit. c. 23.*

*Dan. 12.*

*Apo. 12.*

*Mat. 24.*

*Aug. lib.*  
*20. de ci-*  
*uit. c. 17.*  
*Apo. 12.*

tidem dies prophetaturos duos illos admirabiles testes, quos Antichristo sese opposituros refert, in eadem Apocalypsi legimus, nempe dies mille ducentos sexaginta. Quam rem ut altius impressam teneret memoria populi Christiani, etiam computatione mensium explicandam putavit Spiritus sanctus. Nam civitatem calcandam mensibus quadraginta duobus ibidem legimus. Neque dubitamus Sanctam civitatem, quorum sunt ciues & domestici Dei, servi Christi, Ecclesiam catholicam, quæ est domus Dei, urbs fidelis, civitas sancta. Habet autem non nihil dubitationis, cum Daniel dies designauerit mille ducentos nonaginta, cur Ioannes ex eo numero detrahat triginta. Et tamen tempus & tempora, & dimidium temporis ponat, quemadmodum ille. Sed Daniel tempus computavit ex quo ablatum est iuge sacrificium, & posita desolatio abominationis. Ioannes vero solum illud, quo in solitudine mulier serpentem fugiens diuinitus nutrita est. Itaque possumus intelligere ab eo tempore, quo posita est abominatio usque dum mulier in solitudine collocata est, mensem intercessisse partim fugiendo, partim fugam parando, aut etiam rei notitiam accipiendo. Vt cumque hoc sit, certum est summam eandem confici annorum trium, & dimidij paulo plus minus: quod nullo modo impedit, quin tempus & tempora & dimidium temporis computentur. Sive enim post annos tres menses effluant quinque & dimidium, sive sex & dimidium, verissime utrumque tres sesqui annos numeramus.

*Magna bella gesturum, antequam orbe victo totum ad Ecclesie persecutionem se conuertat.*

### CAP. VIII.

**E**X his Regnum Antichristi tres annos cum dimidio duraturum, liquido constat. Vtrum autem id

H h 3 temporis

temporis, ex quo primò regnare cœperit, computandum sit, an potius, ex quo deuicto orbe terrarum, & sibi subiugato, tota atrocitate in Ecclesiæ catholicæ fidem arma conuertat, non satis constat. Etenim vtroque modo terram illam furiam belligeraturam, in Reges & Respublicas, vt externum imperium orbis obtineat: in sanctos & fideles viros, vt Christi Euangelio abiecto se vnum colant, nemo dubitare potest, qui sacras literas, vel tenuiter legerit. Et quamuis vtrumque bellum in corpora & animas simul gesturus sit, tamen & rationi, & iis quæ à Daniele dicuntur, consentaneum est, prius bella humana, deinde diuina gesturum, id est, in Deum tunc totis viribus desæuiturum, cum potentiam suam tot victoriis orbis terrarum confirmatam viderit. Quare certum propemodum mihi est, annos tres & dimidium non ab initio Regni Antichristi numerandos, sed ab obtento iam supremo orbis terrarum dominatu, quemadmodum etiam cœset Rupertus. Scimus enim hâc bestiam nulla Regni à maioribus accepta hæreditate, ex modicis sanè primordiis, pugnando & vastando ad summam illam potentiam euasurâ. Scim⁹ ex eodē Propheta Daniele quamuis prospera pleraque habiturum, interdum tamen etiam aduersam experturum fortunam: quod & Ioannes innuit cum dicit: Vnum de capitibus huius bestię quasi occisum in mortem, sed mox plagam esse curatam. Et venient, inquit, super eum Trieres, & Romani, & percutietur, & reuertetur. Scimus plurimū illum prælia commissurum cum Regibus Austriæ & cum Ægypto & Arabia, & varia fortuna, tandem omnium potiturum. Hæc verò omnia intra breue trium annorū, aut quatuor tempus, geri non possunt: sed quid moramur? Ipsa scriptura manifestè se aperit si quis

Ruper. li.  
8. in Apo  
calyp.

Dani. 11.

Apoc. 13.

Dani. 11.

si quis aspiciat. Vbi enim commemorata sunt longo sermone prælia quæ dixi, & alia complura, subiicit diuinus Propheta: Et brachia ex eo stabunt, & polluent sanctuarium fortitudinis & auferent iuge sacrificium, & dabunt abominationem in desolationem. Atqui ex hoc tempore computandos esse annos tres cum dimidio, & dies mille trecentos nonaginta, apertissimè docet in alio loco Daniel. Ergo *Dan. 12.* cum tempus Regni Antichristi tribus annis & dimidio definitur, intelligendū est, cum iam confirmato imperio ad Christi cultum & fidem fundit<sup>9</sup> euerendam, omnia sua consilia, cogitationesque conuertet. Atque hoc est illud alterum bellum, quod *Apoc. 13.* Ioanne teste, datum est illi facere in Sanctos. De hoc *Dan. 12.* Daniel dicit: Veniet tempus, quale non fuit ab eo, ex quo gentes esse cœperunt vsque ad tempus illud. De hoc *Mat. 24.* Saluator testatur: Erit tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo neque fiet. De hoc *Apoc. 13.* Ioannes scribit, quod datum est bestię bellum facere cum sanctis, & vincere illos. Horroris & formidinis diuina verba sunt plena. Quis enim ad tantam terribilitatem non expauescat? Quis tam duro tempori præripi se non deprecetur? Sed Dei misericordia benigne reb<sup>9</sup> humanis cōsuluit, quod tyrannidem illam non amplius quam tres annos cum dimidio prorogauit. Nisi enim breuiati fuissent dies illi non fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur. Idcirco toties ac tantopere spiritus sanctus tempora sæuientis Antichristi definit, computatione temporum, mensium expressione, dierum etiam enumeratione, vt spem suam possit populus Christianus sustentare, dum breui eam omnem tempestatem finiendam cœlesti sibi auctoritate persuader. *Mat. 24.*

*De Imperio Antichristi, omnium quæ vnquam fuerunt,  
amplissimo. CAP. IX.*

**D**E temporali autem regno Antichristi, quod opulentiſſimum atque potētiffimum omnium, quæ vnquā fuere, futurū ſit, deſcriptis magnis regibus, vaſtatis vrbibus nobiliſſimis, direptiſque infinitis opibꝫ, copioſe docet liber Danielis: Brachia, inquit, pugnantis expugnabūtur à facie eius, & cōterentur: & mox: Et abundantes & vberes vrbes ingreditur, & faciet quæ non fecerunt Patres eius, & Patres Patrum eius: rapinas & prædā & diuitias eorum diſſipabit. Et infra. Et reuertetur in terrā ſuam cum opibus multis: Nam quod ad cultum dominatus totius orbis ſit peruenturus, & Romani imperij vires omnes occupaturus, manifeſte in eodem libro legimus

*Dani. 11.*

*Danie. 7.*

ſic, Beſtia quarta, regnū quartum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis, & deuorabit vniuerſam terram, & conculcabit, & comminuet eam. Hoc de Romano Imperio, Chaldeum, Perſicum & Græcum longe ſuperante dicta nemo ambigit. Illico autem de Antichriſti tempore & regno: Porro cornua decem ipſius regni, decem reges erunt: & alius conſurget poſt eos, & ipſe potentior erit prioribus: & tres reges humiliabit. Quem locum tractans S. Hieronymꝫ reſutata Porphyrij peruerſa expoſitione ſic ſcribit: Ergo dicamus quod omnes doctores Eccleſiaſtici tradiderunt, in conſummatione Mundi quando Regnum deſtruēdum eſt Romanorum, decem futuros Reges, qui orbem Romanum inter ſe diuidant, & vndecimum ſurrecturum eſſe Regem paruulum, qui tres Reges de decem Regibus ſuperaturus ſit, id eſt Ægyptiorum Regem & Africæ, & Æthiopiæ, ſicut in cōſequentibus manifeſtius dicemus. Quibus  
inter

*Hiero. in  
7. Dan.*

interfectis etiã septem alij Reges victori colla summittent. Et ecce, ait, oculi quasi oculi hominis erant in cornu isto. Ne eum putemus iuxta quorundam opinionem, vel diabolum esse, vel Dæmonem, sed vñ de hominibus: in quo totus Sathanas habitaturus sit corporaliter. Hæc Hieronymus. Cuius sententia omnium scriptorum Ecclesiasticorum, si ipse non fallit, sententia est. Hyppolitus sanè atque Irenæus quorum commentarios videmus, certissimam sententiam in qua profectò nullo modo tãta posset esse consensus, præsertim de re obscurissima, & ab hominum notitia remotissima, nisi qui revelavit Propheta mysterium, etiam aperire sensum suorum, vt intelligerent scripturas, dignatus fuisset. Itaque ex traditione Apostolica scriptores Ecclesiasticos hæc de futuris Antichristi temporibus tanto consensu docuisse credendum est. Mirificè etiam consentit cum hac visione Danielis, visio illa Ioannis, qua refert bestiam de mari ascendentem habentem cornua decem, & super ea diademata decem, septem autem capita & super his nomina blasphemiæ. De mari ascendente, vel de abyssu (vt aliàs dixerat) vidisse se dicit: Sicut Daniel bestias illas quatuor de mari magno ascendentes vidit: Regna videlicet de mundi huius procellosa mutabilitate erumpentia. Quamquam nihil verat etiam planius Antichristum mare enauigantem, & Imperium Romanum aggrediẽtem accipere. Nam abyssus & mare idem est. Decem autem cornua etiam à Daniele nominantur, & explicantur decem Reges siue Regna in quæ diuisum erit Imperiũ Romanum. Septem autẽ capita, ob id quod tres Reges ipse conteret: cæteri autem sub eo regnare intelliguntur, illius legibus subditi, atque ideo & ipsi in Deum blasphemabunt, vt sese bestiæ coniungant. Caput autem

*Hip. li. de Antichristo.*  
*Irenæ. li. 5. c. 26.*

*Apoc. 13.*

*Dan. 7. 1.*

Hh 5 ipsius

*Dan. 11.* ipsius vnum veluti occisum in mortem illud fortassis est, quod Daniel quoque scribit de Antichristo. Et venient super eum Trieres, & Romani, & percuetur & reuertetur, & indignabitur. Quod autem sanata sit plaga eius, etiam illic adiungitur, & reuertetur, & cogitabit aduersus eos qui dereliquerunt testamentum Sanctuarij, (quia etiam barbaros & Mahumetanos, atque hæreticos cæsurus est.) Et brachia ex eo stabunt &c. Quanta verò futura sit Antichristi magnitudo & violentia, subdit Ioannes. Et bestia quam vidi similis erat pardo, ob velocitatē, & pedes eius pedes vrsi: ob rapacitatē, & os sicut os leonis, & propter maiestatem & tyrannidē. Et admirata est, inquit, vniuersa terra post bestiam, & adorauerunt bestiam dicentes: Quis similitis bestię? & quis poterit pugnare cum bestia? Quę de ipsa Antichristi persona prophetata esse, quāuis nihil vetet de tota impiorum vniuersitate intelligi, auctores optimi tradunt, Thomas, Ricardus de Sæcto Victore, Gregorius magnus, atque Ambrosius: Et ipse Irenæus à discipulis Ioannis edoctus: Mouet verò nōnullos illud de cornibus decem, per quæ decem Reges intelligi ipse Spiritus sanctus expressit. Qui nam hi Reges sint, & vbi & quando? Nā quod, quidam decem Reges eos interpretati sunt qui in Imperio Romano persecutionem Ecclesię commouerunt satis ab Augustino refellitur, multo quę apertius ab ipso Propheta Daniele. Si enim cornu illud paruulum, quod de medio aliorum ortum est (per quod significatur Antichristum ex ipso orbe Romano futurum) tria contriuisse de cornibus, hoc est, tres Reges vastasse narratur; quomodo Diocletianus aut Decius aut Seuerus, aut alius quisquam illorum ab Antichristo contritus sit, explicari minimè potest. Superest, vt intelligam?

Roma

*Thom. in  
13. Apoc.  
Ricard. i-  
bidē Gre.  
33. Mor.  
ca. 26.  
Ambros.  
sup. Psal.  
45. & 2.  
Thess. 2.  
& super  
Apoc. ca.  
13. si eius  
est opus il-  
lud. Ire-  
na. libr. 5.  
c. 28.  
Aug. lib.  
18. de ci-  
uit. c. 52.  
Danie. 7.*



Romanum Imperium olim ab vno Imperatore administratum, tempore labente in plura esse Regna dissectum. Et cum Antichristus venerit, decem Reges totius Imperij Romani Prouincias inter se diuisas obtenturos: Quod S. Hieronymus ex maiorum concordia sententia prodidit. Verum S. Augustinus, quanquam non vult apertè contradicere, hæret tamen, & multum de istorum Regum numero ambigit. Itaque scribit in libris de Ciuitate Dei. Vererimè sanè fateor ne in decem Regibus, quos tanquam decem homines videretur inuenturus Antichristus, fortè fallamur, atque ita ille inopinatus adueniat, non existentibus tot Regibus in orbe Romano. Quid enim si numero isto denario vniuersitas Regum significata est, post quos ille venturus est? Quam interpretandi rationem Augustini libenter amplectitur Beatus Gregorius subtiliter & copiosè differens, ideo Antichristum vndecimum dici, quod numerus vndecimus propriè ad malum peccatumque significandum pertineat. Verum hæc mystica Patrum expositio: ita cum pietate suscipienda est, vt maneat tamen suus historicae veritati locus. Nã quod Augustinus vereri potuit, non esse tot Reges futuros in orbe Romano, quod ad suam etatè tantummodo distinctio Orientis & Occidentis à Cæsaribus facta esset, nos certè vereri nullo modo debemus, qui hoc ipso die vel ipsos decem, vel non multo pauciores, aut plures Reges (qui Regij nominis Maiestate digni sint) manifestè cernamus. Nã si veteris Imperij Romani amplitudinè recordemur, occurret facilè Italia, Gallia, Germania, Hispania, Britannia, Africa, Græcia, Aegyptus, Arabia, Asia vtraq; cõpluresq; alia Prouinciæ in varios Principes deriuata, vt nõ sit difficilè cogitare vnus imperij decem sectiones fore. Quamuis verò Romana

poten

*Ita Hippol. de cõsum. sãcul. & Irenaus. l. 5. c. 25.*

*Augu. de ciuit. libr. 20. & 23.*

*Greg. 32. mor. cap. 12.*

*Dan. 7.* potentia videatur abolita & penitus extincta, non aliud tamen à Propheta regnum, supra quartum futurum, nisi regnum Sanctorum, quod erit cœleste & æternum, prædicitur, propterea quod nulla Monarchia in totum Romanum Imperium successit, quemadmodum in quatuor illis, quas bestiarum nominibus designauit. Neque ipsum Romanum nomen extinctum est, neque Roma desijt esse orbis caput: & lingua ipsa Romana, & leges reliquo orbi veluti imperant, vt magis gentes reliquæ Romano Imperio sese inseruerint, quã illud exciderit. Quod si quis morem

*Dan. 7.* Prophetæ Danielis obseruet, inueniet planè illius visiones non allegoricos sed historicos sensus habere, quemadmodum ab ipso etiam Propheta aut ab Angelo enarrantur. Itaque decem cornua & cornu parvulum ortum è medio eorum, quod tria de reliquis contriuit, nihil aliud accipere possumus, quã quod Hieronymus iuxta veterum sententiam nobis exposuit. Et reuera quãquam est allegorica omnis interpretatio vt facilior ita à mendacio tutior, tamè in ijs quæ magna vi spiritus significat, historicus sensus multo habet amplius & dignitatis & gloriæ. Atque ita videmus à Matthæo alijsque Euangelistis ad historicum sensum omnia, veteris testamenti testimonia recitari, quæ nisi facta cerneremus facile in allegoricas expositiones declinaremus. Quamquam non nihil ne quoque hæsitantem facit quod pro certo Sanctus ille Pater affirmat, Tres illos Reges ab Antichristo opprimendos, fore Aegypti, Æthiopiæ, atque Africæ Reges quod scriptura non explicat. Sed horum perfecta intelligentia vt Augustinus sapienter dixit, rerum magis ipsarum experientia comparabitur. Hæc est certum, imperium illius, terræ finibus terminandum, vt legitur: Data est illi potestas in omnem

tribum,

*Aug. 20.  
de civ. c.  
30.*

tribum, & populum, & linguam, & gentem. Quicquid ergo terrarum repertum est, illius imperio cedit: Ac de temporali Regno Antichristi hactenus.

*Apoc. 13.*

*De superbia Antichristi, qua se & Messiam & Deum habendum, atque adorandum exhibebit.*

C A P. X.

**D**E Spirituali & diuino ab illo affectato & quaesito, deinceps dicendum est. Neque enim contentus erit totius terrarum orbis imperio: sed ipsi celo scelestia arma etiam inferet; & omnipotentem Deum prouocabit, ac sese illius hostem palam profitebitur. Sapienter magnus quidam Philosophus dixit, non esse humanam naturam totius orbi imperij capacem, quod rem tantam ferre non possit. Itaque frequenter in sacris profanisque historijs legimus, homines etiam modestos, fortunæ prosperioris auraelatos & dominandi gloria captos, humana defuisse sapere atque ad diuina aspirasse, quod de Rege Babylonis Esaias, de Rege Tyri Ezechiel, de Antiocho, Machabæorum, de Ozia Regum Iuda narrat historia. Ita nunc Antichristus, imo non ita sed ut pater ipsius Diabolus vsque ad solium Dei se erexit, & reliqua omnia parui faciens, vni se Deo opposuit, sedem suam super astra omnia in ipso diuinitatis culmine collocare conatus est: sic huius germana proles pro nihilo ducens homines vicisse ipsum Deum aggredietur, gloriamque diuinam ut ad se transferat, in eo omnem operam, curam, cogitationemque defiget. Itaque & rex orbis haberi volet, & se verum Christum, mundi seruatorem prædicabit: Christum nostrum nihil aliud quam impostorem fuisse, quæ de Christi miraculis, regno, morte, resurrectione, & ascensione in cælos sunt à Prophetis prædicta, in sese

*Plato. in 2. lib. de legibus.*

*Isai. 14. Ezech. 28.*

*2. Mach. 9.*

*2. Paralip. 26.*

vno

vno omnia certissimè implenda. Quare & mortuum se & à mortuis resurgentem simulabit, & ad ascendendum in cœlum ipsum Sanctum Oliueti mōtem, vnde Christus noster ascendisse narratur, superbissimè eliget, post totidem annos à confirmato regno, quot Christus prædicauit. Hæc si noua cuiquam videntur & friuola, sciat magnæ autoritatis viros pro certis tradere, Gregorium Papam, Anselmum, Ricardum de sancto Victore, Thomam Aquinatem, atque etiam Hieronymum, imo vero Daniele, cuius ille interpretem agit. Tunc Iudæi, in quos perueniet ira Dei in finem, credent mendacio, quia veritatem reiecerunt. Tunc de illo prædicabunt multi, quod Saluator monuit: Ecce hic Christus: Ecce illic: Ecce in deserto: Ecce in penetralibus. Neque vero hac tanta Messiaæ gloria contentus erit; sed se & Regem & Christum, & Deum demum haberi, prædicarique contendet, cuius superbiam omnibus modis incredibilem sanctæ scripturæ fides certam facit. De hoc Paulus Apostolus scribit: Qui aduersatur & extollitur, supra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei sedeat ostendens se tanquam sit Deus. Adorandum se omnibus exhibebit in templo, vt Deus quispiam cœlestis: Christi verò adorationē & Dei religionem non feret: se vnum pro Christo & Deo colendum ostentans. De hoc in Apocalypsi Ioannes: Et aperuit os suū in blasphemias in Deum, blasphemare nomen eius, & tabernaculum eius, & eos qui in cœlo inhabitant. Et adorauerunt eam omnes qui habitant terram, quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ. Neque Ecclesiæ ergo, neque Sanctis, atque Angelis, neque ipsi Deo parceret furor bestia. De hoc Daniel. Sermones contra excelsum loquetur, & sanctos Altissimi conteret, & putabit

*Greg. lib. 10. epist. 6.3.*

*Ansel. suo per. 2.*

*Thef. 2.*

*Ricard. in.*

*libr. 4. in*

*Apoc. p.*

*2. c. 4.*

*Tho. in c.*

*13. Apoc.*

*Hierony.*

*in cap. 11.*

*Danielis.*

*1. Thef. 2.*

*2. Thef. 2.*

*Mat. 24.*

*2. Thef. 2.*

*Apoc. 13.*

*Dan. 7.*

bit quod possit mutare tempora & leges: Et in alio loco. Et faciet iuxta voluntatem suam rex, & eleuabitur & magnificabitur aduersus omnem Deum, & aduersus Deum Deorum loquetur magnifica & dirigitur, donec compleatur iracundia, perpetrata quippè est definitio, & Deum Patrum suorum non reputabit, & cætera.

DAN. II.

*De quodam insanissima superbia exemplo, digressio.*

C A P. XI.

**M**INI verò hæc identidem cogitanti, vehementer subit humanæ infelicitatis profundum admirari. Quis enim talia nisi ab homine penitus infano, immò ne ab infano quidem, dici perpetrarique posse credat? Et tamen sunt verissima, & serio ab homine mortali meditanda atque agenda. Nulla re capitur humana mens neque facilius, neque potentius quam superbia. Nulla vis est veneni, nulla meri copiosi, nulla febris phreneticæ, quæ sic statum mentis euertat, nulla medicatissima potio ita in furorem rapit, vt animo semel humano imbibita superbia. Et quæ per furorem superbiæ loquimur, cogitamus, agimus, ea sani humilitate admiramur, atque erubescimus. Vbi enim humilitas ibi sapientia. Vbi superbia ibi protinus contumelia. Quo minus vero miremur Antichristi tantam elationem, referam cuiusdam eius certi discipuli, eodè morbo, idest superbiæ laborantis, non fictam fabulam. Fuit in hoc ipso Perueni Regnò vir magni pro illo tempore æstimatus, doctus Theologus, ac Theologiæ professor, idemque catholicus & pius diu habitus, ac penè tunc huius orbis oraculum. Is familiaritate mulierculæ cuiuspiam, quæ se edoceri ab Angelo magna quædam mysteria iactabat, quæque extra se interdum rapiebatur, aut rari simulabat, veluti altera olim Philume

PROV. II.

lumena, aut Maximilla Montani, ita deuinctus est, vt illam de summis Theologiæ quæstionibus sæpè confuleret. In omnibus pro oraculo haberet, magnis reuelationibus plenam & Deo valde charam prædicaret, satis alioqui sordidam & perexiguo sensu præditam, nisi ad instruenda mendacia: igitur siue à Diabolo corripereetur (quod facilius est credere) cum eiusmodi extasim patereetur, siue callidè eam fabulam simularet, quod nonnulli viri prudentes existimarunt, ille Theologus, quod à muliercula magna & mira de se audiret, ac multo grandiora futura conciperet, libenter ei se discipulum addixit, cuius patrem spiritualem agebat. Quid multa? eo abductus est homo vt miracula facere tentaret, & fieri sibi persuaderet. Cū miraculi vestigium ne tenue quidè extaret. Ob hæc & quod propositiones aliquot ab illa Prophetissa accepisset à sensu Catholicæ Ecclesiæ alienas, à Sanctissimæ Inquisitionis iudicijs, toto hoc regno stupente comprehensus est: ibi per quinquennium ferè auditus, toleratus, examinatus, ac tandem patefactus est, homo omniū superbissimus & insanissimus. Cū enim Angelum sibi diuinitus datū, à quo omnia quæ vellet disceret, ac deinde summa Dei ipsius familiaritate, & immediato colloquio se potitum pertinacissimè assereret, in eas nugas delatus est, quas nisi ab hominæ p̄torfus mētis emoræ, dici nullo modo quiquam sibi persuadeat. Erat verò ille tā integro sensu, quod ad cerebrum attinet; vt mihi interior non sit. Itaque & seridè affirmabat se & Regem futurum, & Pontificem summum, Sede Apostolica ad hæc regna translata: concessam quoque sibi sanctitatem super omnes Angelos, & choros cælestes, atque Apostolos omnes, quin etiā oblatam ipsi à Deo vnionem hypostaticam, sed ad ipso non esse admissam. Datum quo

quoque se redemptorem orbis, quo ad efficaciam, ut ille loquebatur, quod Christus solum quo ad sufficientiam fuisset. Omnem statum Ecclesiasticum abrogandum: Leges verò aliàs se edicturum faciles, & apertas, secundum quas calibatus clericorum tolleretur, multitudo vxorum concederetur, confessionis necessitas excluderetur. Hæc atque alia tanta contèrione affirmabat, ut nos teneret attonitos, quod homo talia sentiens non insaniret. Deniq; diu euolutis gestis illius & plusquã centum & decem propositionibus hæreticis, aut à sana Ecclesiæ doctrina alienis condemnatis, iussi sumus, ut habet de more sacrum illud tribunal, cū homine disputare, si fortè ad mentem & fidem reuocare possemus. Conuenimus autem cū ipsis iudicibus, & Episcopo Quitensi tres alij. Eo introductus homo ea libertate, & facundia perditissimam suam causam defendit, ut ego in hodiernum diem etiã stupeam, eo adigi posse mentis humanæ superbiam. Professus est doctrinam suam non posse môstrari, nisi diuina scriptura, & miraculis, quod esset superior omni humana ratione. Scripturæ autem testimoniis longè se aperius atque efficacius probasse, quam probauerit Paulus Iesum Christum fuisse verum Messiam. Miracula autem se perpetrasse plurima eaque tanta, ut Christi resurrectio nõ fuerit maius. Nam & se verissimè esse mortuum, & resurrexisse, atque id euidentissimè, aiebat ille, esse ostẽsum. Scripturas verò proferebat memoriter (cum nullum librum haberet, atque ipso etiã breuiario spoliatus esset), tot & tam longas ex Prophetis, ex Apocalypsi, ex Psalmis, ex aliis locis, ut vel memoria esset admirationi. Eas verò, ita ad sua commenta adaptabat, ita allegorizabat, ut quiuis vel rideret vel fleret. Postremò si miraculis rem agere no-

bis placeret, se libenter ea statim exhibiturum. Hæc ita dicebat homo, vt vel nos insanos putare videretur, vel ipse insanire. Nam & per reuelationem sibi innotuisse iactabat Serenissimum Ioannem Austriæ bello navali à Turca esse superatum, & regnū Hispaniæ à Philippo inuisitissimo iam penè amissum, & Concilium Romæ habitum, vt de deponendo Gregorio, & alio subrogando ageretur. Quæ ideo nobis significaret, vt quoniam erant nobis certis nuntiis nota, sciremus ei non nisi diuinitus innotuisse. Et cum essent omnia vsque adeo falsa, vt amplius esse nō possent, ab illo tamen asserabantur, vt notissima nobis. Venique cum nihil profecissemus per duos dies discerendo, & ad publicum spectaculum esset cum cæteris, vt in Hispaniis fieri solet, delatus, introebatur semper in cœlū, ignē in inquisitores & omnes grafsaturum cœlitus expectās, vt illi erat pollicitas Diaboli: atque ignis quidē nos nullus ex alto corripuit: illum vero & regem & pōtificem, & redemptorem & novam legislatorem ex imo flamma rapuit, atque redegit in cineres. Ad hæc narranda digressi sumus, vt vel hoc exemplo cogitemus, quid faciat superbia in hominē, cum præsertim talia dicenti non defuerint discipuli & sectatores: Vbi ergo erit non ficta, sed vera regni potentia, cum magna signorum admiratione coniuncta, quid dubitamus hominem superbissimum & totum à Diabolo occupatum, ad tantum impietatis fastigium euasurum?

Quomo



*Quomodo sit intelligendum in templo Dei sessurū, & abo-  
minationem desolationis futuram in loco sancto.*

## CAP. XII.

**E**RGO totius superbiæ magister qui nec quæquæ Deorum reputabit, & in ipsum omnipotentem conuitia iactabit, cum ingenti fastu sedebit in templo, vt Paulus dixit, ostendens se tãquam sit Deus: Quod nam autem illud templum sit, cum August. no multi dubitant. Vtrum ne Ecclesia Dei, an Hierosolymitanum illud olim extructum, atque destructū tẽplum? Aiunt autores non cõtēnendi Gregorius Nazianzenus, Ambrosius, Damascenus, atque alij, quod olim Iulianus Apostata in odium Christi aggressus est, id Antichristum perfecturum, vt templum Salomonis iterum ædificetur, atque in eo sibi Deitatis soliu constituat, vt ab omnibus adoretur colaturque vt rex orbis; vt Christus Saluator hominum, vt Deus denique omnium. Nam quod quidam obiiciunt, nō esse eum locum sanctum, aut templum Dei dicendum, cum in aduersarij honorem extructum sit, nō admodum vrget: Templum enim ob id dici nō falso potest, quod ad Dei cultum dedicetur, siue verus siue falsus sit, vt templa Deorum Ethnici dicunt: Locus autem sanctus idcirco à Domino appellari potuit, quod locus fuisse aliquando Deo omnipotenti dicatus, quē se ementiri vult Antichristus, sed siue tẽplum illud Salomonis iterum ædificandum sit, quod plerique veterum tradunt, siue non sit, mihi Paulina verba in materiali aliquo templo confessurum illum scelestum, vt diuinis honoribus afficiatur, planè sonant: quod non esse incredibile tum illius immēsa superbia, tum aliorum Principis superbissimi sectatorum exempla persuadent. Nā & Simonē Magum se Dei virtutē magnam

*2. The. 2.  
Aug. lib.  
20. De ci  
uit. c. 19.  
Hilar. li.  
de Syno.  
Greg. in  
scholiis  
super  
quadam  
scriptura  
loca.  
Amb. li.  
10. in Lu-  
cam.  
Damaſc.  
li. 4. c. 27.  
In opus  
de Anti.  
in 9. to-  
mo Aug.  
Autor.  
imperfec.  
in Matt.  
hom. 49.  
Mat. 24.  
Hippol.  
de Antic.  
Iren. 5. li.  
ca. 25.  
Hiero. q.  
11. ad Al-  
gasiam.  
Act. 8.*

Ii 2 vocasse,

vocasse, & templum ac statuam tanquam Deo cre-  
 etam legimus, & quosdam se pro spiritu sancto coli  
 tanquam mitterentur incarnati ad sanctificandum  
 mundum, olim de Montano nouimus, & nō ita olim  
 de quodam Gundisaluo Hēresiarcha. Parum quippe  
 est superbiz, vt homines excellat, nisi Dei ipsius æ-  
 mula sit. Siue igitur in tēplo Hierosolymitano rur-  
 sus extruendo, siue in templo maximo iam extructo,  
 cum se exhibuerit pestifer ille adōrandum, tunc Da-  
 nielis vaticinium à Christo Domino recitatum im-  
 plebitur, cum videritis abominationē desolationis  
 stantem in loco sancto. Nam quod quidam negant  
 testimonium hoc ad Antichristum referri posse, sal-  
 tem ex prima Domini intentione, non rectē putant:  
 vt enim demus Danielelem de ea abominatione deso-  
 lationis loqui, quę per Romanos perpetrata est, quā-  
 do vel statua Cæsaris vel caput porci, vt alij narrant,  
 in Dei opprobrium in templo collocatum est, siue  
 etiam quod aliis placet exercitum ipsum impiorum  
 sanctam ciuitatem circundantem intelligamus de-  
 solationis abominationis, vt textus Lucę insinuare  
 videtur, vt denique, quod ingenuē confitemur, tota  
 illa enumeratio septuaginta hebdomadarum in prio-  
 ri Christi aduentu completa sit, non in posteriore iu-  
 dicij (quod quidam merito à Hieronymo atque Au-  
 gustino olim reprehensi, & modo nonnulli sapiunt)  
 tamen secundum ea quę in primo libro satis dispu-  
 tata sunt, nihil vetat spiritum sanctum simul vtrum-  
 que & de excidio Hierosolymitano & de consum-  
 matione sæculi prædixisse, cum præsertim tota illa  
 Iudaica calamitas nihil aliud fuerit, quam pictura  
 quædam extremæ humanæ ruinæ, atque in eam for-  
 mam à Christo in eo sermone introducta. Neque al-  
 legoricum hunc & mysticum sed planè literalem de  
 Anti

*Epiph.  
Direct.  
Inqui.*

*Mat. 24.  
Sãt. 122  
Concor.  
Euang.*

*Aug. epi.  
20.*

*Hierony.  
in 9. Da-  
nielis.*

*Aug. epi.  
78. & 80.  
ad Hesy-  
chium.*

*\* 2. Thes.  
2.*

*\* Irē. 1. s.  
ca. haref.  
cap. 25.*

*\* Hip. de  
cōf. sæcul.*

Antichristo sensum accipio, atque idcirco ex prima Domini intentione profectum. Quod qui fortius quam prudentius negant, videant quomodo plurimorum atque grauisimorum Patrum auctoritati se opponant. Etenim abominationem desolationis à Christo intelligi Antichristū in tēplo Dei, vt \* Paulus habet, pro Deo sedentem, tradunt primum antiquissim⁹ \* Irenæus martyr, \* Hippolytus martyr, & ipse \* Gregorius Nazianzenus, Hilarius, Hieronymus, Ambrosius, auctor operis imperfecti in Matthæum eruditione superioribus comparandus, Ioannes Damascenus, & tradunt constanter inferioris classis innumeri. Mihi verò omnium grauisimus auctor est ipse Matthæus, qui de quo tempore loquatur satis se explicat, cum adiungit. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mūdi, neque fiet. Et nisi breuiati essent dies illi, non fieret salua omnis caro. Hęc non de Antichristi tribulatione maxima, sed de illa Hierosolymitana ruina dici contendere, est profectò nimium contendere, & contra omnium pene Patrum sententiam, & contra ipsam diuinorum verborum formam contendere. De illa enim tribulatione palam est loqui Christum, de qua Daniel dixerat: Et veniet tempus, quale non fuit ab eo ex quo gētes esse cœperunt: & in tempore illo saluabitur populus tuus omnis qui inuētus fuerit scriptus in libro. Quod de Antichristi temporibus dici manifestissimum est. Postremò abominationem desolationis statuendam per Antichristum ipsemet Daniel euidenter ostendit, cum finit Prophetiam suam illis verbis. Et à tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta. Ergo cum in vtroque loco Daniel ponat cessaturum sacrificiū, & abominationē desolationis

\* Græ.  
Naz. in  
scholis  
Da. Hi-  
lar. can.  
25. in  
Matthæ.  
Hieron. in  
Mat. 24.  
Ambr. li.  
10. in Lu.  
Auctor  
imperfe-  
cti hom.  
49. Da-  
mas. lib.  
4. c. 27.  
Mat. 24.  
Hieron.  
ad Alga.  
q. 4. dicit  
nulli esse  
dubium  
abomina-  
tionem  
stantem  
in loco  
Sancto  
iuxta li-  
teram de  
aduentu  
Antichri-  
sti intelli-  
gi. idem  
q. 11. repe-  
tit ad eā-  
dem Al-  
gasian.  
Dan. 12.  
Dan. 12.  
Dan. 9.

futuram, & vno priore quidem in loco de desolatione urbis, posteriore de desolatione orbis, manifestè loquatur, potest rectè immò debet syncerè Christus intelligi vtrumque Danielis locum attingisse, & de vtroque simul exposuisse, cū esset præsertim de vtroque simul ab Apostolis interrogatus.

*De turpitudine, & vitiis Antichristi.*

CAP. XIII.

**A**T T A M E N ille tam magnus qui se pro Christo, & pro vero Deo coli exigit, vitiis erit sordidissimis plusquam dici potest addictus, vt omni ex parte humani generis monstrum horribile appareat. Nam qui nullum Deorum reputabit, & in excelsum loquetur ingentia, eū eadem scriptura cœlestis tradit in concupiscentiis fœminarum futurū. Quamuis enim textus Hebraicus ambiguus sit, vt illic tradit Hieronymus, tamen editio nostra vulgata, quam Ecclesia approbavit, non ambiguè, sed distinctè hoc habet. Eam verò libidinis, & scortandi turpitudinem tantam futuram in Antichristo fideles olim acceperunt, vt ob hanc causam sibi quidam persuaserint, Domitium Neronem omnium hominum vt crudelissimum, sic etiam obscœnissimum ipsum futurum Antichristum. Crudelitatis atque inhumanitatis illius impotentiam & rabiem, quid attinet dicere, cum scriptura vnus bestię ferocissimæ vocabulum hanc sequitiam eius implere non posse aduertens, trium atrocissimarum nomina posuerit, leonem, pardum atque vrsum simul appellans? Parū est hoc nisi etiam omnium stultissimo & absurdissimo vitio sese addixisset. An est quicquā Idololatria, vel mains vel absurdus vel ignominiosus, ei præsertim, qui se & sapientem, & spiritualem, & sanctum haberi volet?

At qui

Atqui ille ipse qui omnium Deorū cultum abolebit, qui Dei veri atque omnipotentis religionem exterminabit, qui se vnum pro Deo adorari compellet, ille ipse inquam, Deum quendā cōmētitiū & adorabit & colet, & more idololatrarum sacrificiis donisque cumulabit. Admirandum id quidē videbitur iis qui nō audierint, & mihi cum primum sciui prorsus admirabile fuit, in id demētiæ humanā mentem verti, vt simul se homo adorari iubeat pro Deo simul ipse idolum vt Deū adoret: sed verum est sanè vtrūque. Nisi nos Daniel fallit, qui de Antichristo aperte ita scribit. Et Deum Patrum suorum non reputabit, & erit in concupiscentiis scēminarum, nec quemquā Deorum curabit: quia aduersam vniuersa consurget. Deū autē Maozim in loco suo venerabitur: & Deū, quem ignorauerunt Patres eius colet auro & argento, & lapide pretioso rebūque pretiosis. Et faciet vt muniat Maozim cum Deo alieno quem cognouit. Quis nam iste Maozim sit, vel quid designet, equidē non sum assecutus. Esse verò commentitiū Deū ab illo mundi euersore primum inuectum, eumque eterno cultu auri & argenti & gemmarum exornandum, vt idola gentium solent, nemo qui hæc legit non intelligit. Nam quod Theodoritus Cyrensis interpretatur ipsummet Antichristum esse Maozim, quia sese adorari, & exculpi in templis iussurus est, mihi nō admodum placet. Quot sum enim adderet scriptura, Deū, quem nō cognouerūt Patres eius, colet? Puto verò, quemadmodum Christus ita se Deum professus est, vt tamen Patrē haberet Deū, atque eū filius Dei quia erat filius hominis, coleteret, & maiore quam se affirmaret, ita illum pessimū Christi in omnibus æmulum, Patrē suum Diabolum, & Draconem antiquum à quo tantam acceperit potestatem,

Dan. xi.

Theodor.  
in oratione  
10. in  
Dan.

pro Deo adoratum atque aliis adorandum exhibi-  
 turum. Quod fortassis Apocalypsis insinuat, ubi scri-  
 ptum legimus. Et admirata est vniuersa terra post  
 bestiam. Et adorauerunt Draconem, qui dedit pote-  
 statem bestie, & adorauerunt bestiam dicentes: Quis  
 similis bestie? Sed mendacium cum sibi minimè cō-  
 stet, quomodo defendi queat, non admodum labo-  
 ro: quippe cum Antichristus si semel definiri debeat,  
 nihil aliud breuiter dici queat, quam vniuersa mali-  
 tiae monstrum. Itaque qui idololatriam maxime exa-  
 gitabit, vt Patres tradunt, is ipse tamen idololatra fa-  
 mosus erit.

*Hippo.  
De cons.  
mundi.*

*De magnitudine persecutionis Antichristi,*

*& de Gog, & Magog.*

CAP. XIII.

**D**E INCEPS DE Antichristi persecutione dicē-  
 dum est, quæ quanta futura sit minimè opus est,  
 vt nostra oratione demonstramus. Ipsa summa veri-  
 tatis iis quæ supra iam posui verbis, rei magnitudinē  
 ita exponit, vt amplificari non possit amplius. Sunt  
 vero repetenda nobis, atque aliis animis omnium  
 infigenda. Erit, inquit, tunc tribulatio magna, vel vt  
 habet Marcus, erunt dies illi tribulationes tales qua-  
 les non fuerint ab initio creature, quā condidit Deus  
 vsque nunc neque fient. Et nisi breuiasset Dominus  
 dies non fuisset salua omnis caro: sed propter electos  
 quos elegit breuiabit dies. Hoc idem in Daniele le-  
 gimus: In tempore illo consurget Michaël princeps  
 magnus qui stat pro filiis populi tui, & veniet tēpus  
 quale non fuit ab eo ex quo gentes esse cœperūt, vs-  
 que ad tempus illud. Et in tempore illo saluabitur  
 populus tuus omnis, qui inuentus fuerit scriptus in li-  
 bro. Quos Dominus dixit electos, hos Daniel intel-  
 ligit

*Matt. 24*

*Marc. 13*

*Dan. 12*

ligit scriptos in libro: qui soli in illa tanta tentatione salui erunt. De hoc Antichristi tempore in volumine *Iob 18.*  
*Greg. lib.*  
*14. mor.*  
*ca. 11.*  
 Iob legimus. In die eius stupebunt nouissimi, & primos horror inuadet: quod sanctus Papa Gregorius exponens, tantam futuram persecutionem docet, vt sancti illius ultimi temporis quos vocat nouissimos, cum Sanctis antiquis Elia nempe & Enoch, qui auxiliares Ecclesiæ veniēt, pariter acerbiter temporum perhorrescāt. Denique in Apocalypsi scriptum *Apo. 20*  
 est: Et cum consummati fuerint mille anni, soluetur Satanas de carcere suo, & exhibit, & seducet gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gog, & Magog, & congregabit eos in prælium, quorū numerus est sicut arena maris. Et ascenderūt super latitudinē terræ, & circuierūt castra Sanctorū, & ciuitatem dilectam. Annos mille intelligi totum decursum Euāgelicæ legis vsque ad finem sæculi, notissimū est: neque opus est Millenariorum fabulā confutare, quod fecere copiosè veteres Patres, Hieronymus præsertim atq; Augustinus. Hoc ergo toto interiecto tempore serpens antiquus ligatus tenetur ab Angelo habente clauem abyssi, Christo Domino, qui claudit, & nemo aperit, qui veniēs prius alligauit fortem vt vasa eius & spolia diriperet, plurimarum gentium fidei colla submitbens, & per salutis viam reducens in patriam. Ligatus quidem est, qui non finitur quātum potest, & vult nocere, sed oportet illum in fine solui modico tempore, vt omnes suæ potentiaē vires, omnes fallacię artes expromat: cuius potestas est talis, vt nulla ei comparetur super terrā, astutiæ altitudo tāta vt sapientes omnes irrideat. Solutus autem Diabolus *Iob 41.*  
*Aug. lib.*  
*20. de ciuitat. 19.*  
*Apo. 12.*  
 Antichristū ingredietur, ac per illum, vt ait Augustinus in sua virtute, mirabiliter operabitur. solui verò Diabolum nihil est aliud quā potestati voluntatiq; suæ

lumena, aut Maximilla Montani, ita deuinctus est, vt illam de summis Theologię quæstionibus sæpè con-  
suleret. In omnibus pro oraculo haberet, magnis re-  
uelationibus plenam & Deo valde charam prædica-  
ret, satis alioqui sordidam & perexiguo sensu prædi-  
tam, nisi ad instruēda mendacia: igitur siue à Diabo-  
lo corripereetur (quod facilius est credere) cum eius-  
modi extasim patereetur, siue callidè eam fabulam si-  
mularret, quod nonnulli viri prudentes existimarunt,  
ille Theologus, quod à muliercula magna & ~~mina~~  
de se audiret, ac multo grandiora futura conciperet,  
libenter ei se discipulum addixit, cuius patrem spiri-  
tualem agebat. Quid multa? eo abductus est homo vt  
miracula facere tentaret, & fieri sibi persuaderet. Cū  
miraculi vestigium ne tenue quidē extaret. Ob hæc  
& quod propositiones aliquot ab illa Prophetissa  
accepisset à sensu Catholicæ Ecclesię alienas, à San-  
ctissimæ Inquisitionis iudicibus, toto hoc regno stu-  
pente comprehensus est: ibi per quinquennium ferè  
auditus, toleratus, examinatus, ac tandem patefactus  
est, homo omniū superbissimus & insanissimus. Cū  
enim Angelum sibi diuinitus datū, à quo omnia quæ  
vellet disceret, ac deinde summa Dei ipsius familia-  
ritate, & immediato colloquio se potitum pertinacis-  
simè assereret, in eas nugas delatus est, quas nisi ab  
homine p̄torsus mētis emoræ, dici nullo modo quis-  
quam sibi persuadeat. Erat verò ille tā integro sen-  
su, quod ad cerebrum attinet, vt mihi integrior non  
sit. Itaque & seriò affirmabat se & Regem futurum,  
& Pontificem summum, Sede Apostolica ad hæc re-  
gna translata: concessam quoque sibi sanctitatem su-  
per omnes Angelos, & choros cælestes, atque Apo-  
stolos omnes, quin etiā oblatam ipsi à Deo vnionem  
hypostaticam, sed ad ipso non esse admissam. Datum  
quo



quoque se redemptorem orbis, quo ad efficaciam, ut ille loquebatur, quod Christus solum quo ad sufficientiam fuisset. Omnem statum Ecclesiasticum abrogandum: Leges verò alias se editurum faciles, & apertas, secundum quas calibatus clericorum tolleretur, multitudo vxorum concederetur, confessionis necessitas excluderetur. Hæc atque alia tanta contèrione affirmabat, ut nos teneret attonitos, quod homo talia sentiens non insaniret. Deniq; diu euolutis gestis illius & plusquàm centum & decem propositionibus hæreticis, aut à sana Ecclesiæ doctrina alienis condemnatis, iussi sumus, ut haberet de more sacrum illud tribunal, cū homine disputare, si fortè ad mentem & fidem reuocare possemus. Conuenimus autem cū ipsis iudicibus, & Episcopo Quitensi tres alij. Eo introductus homo ea libertate, & facundia perditissimam suam causam defendit, ut ego in hodiernum diem etiã stupeam, eo adigi posse mentis humanæ superbiam. Professus est doctrinam suam non posse môstrari, nisi diuina scriptura, & miraculis, quod esset superior omni humana ratione. Scripturæ autem testimoniis longè se aperius atque efficacius probasse, quam probauerit Paulus Iesum Christum fuisse verum Messiam. Miracula autem se perpetrasse plurima eaque tanta, ut Christi resurrectio nõ fuerit maius. Nam & se verissimè esse mortuum, & resurrexisse, atque id euidentissimè, aiebat ille, esse ostèsum. Scripturas verò proferebat memoriter (cum nullum librum haberet, atque ipso etiã breuiario spoliatus esset) tot & tam longas ex Prophetis, ex Apocalypsi, ex Psalmis, ex aliis locis, ut vel memoria esset admirationi. Eas verò, ita ad sua commenta adaptabat, ita allegorizabat, ut quiuis vel rideret vel fleret. Postremò si miraculis rem agere no-

bis placeret, se libenter ea statim exhibiturum. Hæc ita dicebat homo, vt vel nos insanos putare videretur, vel ipse insanire. Nam & per reuelationem sibi innotuisse iactabat Serenissimum Ioannem Austria bello navali à Turca esse superatum, & regnū Hispaniæ à Philippo inuictissimo iam penè amissum, & Concilium Romæ habitum, vt de deponendo Gregorio, & alio subrogando ageretur. Quæ ideo nobis significaret, vt quoniam erant nobis certis nuntiis nota, sciremus ei non nisi diuinitus innotuisse. Et cum essent omnia vsque adeo falsa, vt amplius esse nō possent, ab illo tamen afferbantur, vt notissima nobis. Venique cum nihil profecissemus per duos dies discerendo, & ad publicum spectaculum esset cum cæteris, vt in Hispaniis fieri solet, delatus, inuebatur semper in cœlū, ignē in inquisitores & omnes grafsaturum cœlitus expectas, vt illi erat pollicitas Diaboli: atque ignis quidē nos nullus ex alto corripuit: illum vero & regem & pōtificem, & redemptorem & nouum legislatorem ex imo flamma rapuit, atque redegit in cineres. Ad hæc narranda digressi sumus, vt vel hoc exemplo cogitemus, quid faciat superbia in hominē, cum præsertim talia dicenti non defuerint discipuli & sectatores: Vbi ergo erit non ficta, sed vera regni potentia, cum magna signorum admiratione coniuncta, quid dubitamus hominem superbissimum & totum à Diabolo occupatum, ad tantum impietatis fastigium euasurum?

Quomo

Quomodo sit intelligendum in templo Dei sessurū, & abo-  
minationem desolationis futuram in loco sancto.

## CAP. XII.

**E**RG O totius superbiæ magister qui nec quæquã  
Deorum reputabit, & in ipsum omnipotentem  
conuitia iactabit, cum ingenti fastu sedebit in tēplo,  
vt Paulus dixit; ostendens se tāquam sit Deus: Quod  
nam autem illud templum sit, cum August. nō multi  
dubitant. Vtrum ne Ecclesia Dei, an Hierosolymita-  
num illud olim extructum, atque destructū tēplum?  
Aiunt autores non cōtemnendi Gregorius Nazian-  
zenus, Ambrosius, Damascenus, atque alij, quod olim  
Iulianus Apostata in odium Christi aggressus est, id  
Antichristum perfecturum; vt templum Salomonis  
iterum ædificetur, atque in eo sibi Deitatis foliū con-  
stituāt, vt ab omnibus adoretur colaturque vt rex or-  
bis; vt Christus Saluator hominum, vt Deus denique  
omnium. Nam quod quidam obiiciunt, nō esse eum  
locum sanctum, aut templum Dei dicendum, cum in  
aduersarij honorem extructum sit, nō admodum vr-  
get: Templum enim ob id dici nō falso potest, quod  
ad Dei cultum dedicetur, siue verus siue falsus sit, vt  
templa Deorum Ethnici dicūt. Locus autem sanctus  
ideirco à Domino appellari potuit, quod locus fuis-  
set aliquando Deo omnipotēti dicatus, quē se emen-  
tiri vult Antichristus, sed siue tēplum illud Salomo-  
nis iterum ædificandum sit, quod plerique veterum  
tradunt, siue non sit, mihi Paulina verba in materiali  
aliquo templo confessurum illum scelestum, vt diui-  
nis honoribus afficiatur, planè sonant: quod non esse  
incredibile tum illius immēsa superbia, tum aliorum  
Principis superbissimi sectatorum exempla persua-  
dent. Nā & Simonē Magum se Dei virtutē magnam  
vocasse,

*Epiaph.  
Direct.  
Inqui.*

vocasse, & templum ac statuam tanquam Deo erectam legimus, & quosdam se pro spiritu sancto coli tanquam mitterentur incarnati ad sanctificandum mundum, olim de Montano nouimus, & nō ita olim de quodam Gundisaluo Hēresiarcha. Parum quippe est superbiam, vt homines excellat, nisi Dei ipsius æmula sit. Siue igitur in tēplo Hierosolymitano rursus extruendo, siue in templo maximo iam extructo, cum se exhibuerit pestifer ille adorandum, tunc Danielis vaticinium à Christo Domino recitatum implebitur, cum videritis abominationē desolationis stantem in loco sancto. Nam quod quidam negant testimonium hoc ad Antichristum referri posse, saltem ex prima Domini intentione, non rectè putant; vt enim denuo Daniele de ea abominatione desolationis loqui, quæ per Romanos perpetrata est, quando vel statua Cæsaris vel caput porci, vt alij narrant, in Dei opprobrium in templo collocatum est, siue etiam quod aliis placet exercitum ipsium impiorum sanctam ciuitatem circumdantem intelligamus desolationis abominationis, vt textus Lucæ insinuare videtur, vt denique, quod ingenuè confitemur, tota illa enumeratio septuaginta hebdomadarum in priorum Christi aduentu completa sit, non in posteriore iudicij (quod quidam merito à Hieronymo atque Augustino olim reprehensi, & modo nonnulli sapiunt) tamen secundum ea quæ in primo libro satis disputata sunt, nihil vetat spiritum sanctum simul vtrumque & de excidio Hierosolymitano & de consummatione sæculi prædixisse, cum præsertim tota illa Iudaica calamitas nihil aliud fuerit, quam pictura quædam extremæ humanæ ruinæ, atque in eam formam à Christo in eo sermone introducta. Neque allegoricum hunc & mysticum sed planè literalem de

Anti

*Mat. 24.  
Mat. 122  
Concor.  
Euang.*

*Aug. epi.  
20.*

*Hierony.  
in 9. Dani.  
nielii.*

*Aug. epi.  
78. & 80.  
ad Hesy.  
chium.*

*\* 2. Thes.  
2.*

*\* 1. Ir. l. 5.  
ca. hares.  
c. 25.*

*\* Hip. de  
cōf. sacul.*

Antichristo sensum accipio, atque idcirco ex prima Domini intentione profectum. Quod qui fortius quam prudentius negant, videant quomodo plurimorum atque grauisimorum Patrum auctoritati se opponant. Etenim abominationem desolationis à Christo intelligi Antichristū in tēplo Dei, vt \* Paulus habet, pro Deo sedentem, tradunt primum antiquissim⁹ \* Irenæus martyr, \* Hippolytus martyr, & ipse \* Gregorius Nazianzenus, Hilarius, Hieronymus, Ambrosius, auctor operis imperfecti in Matthæum eruditione superioribus comparandus, Ioannes Damascenus, & tradunt constanter inferioris classis innumeri. Mihi verò omnium grauisimus auctor est ipse Matthæus, qui de quo tempore loquatur satis se explicat, cum adiungit. Erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mūdi, neque fiet. Et nisi breuiati essent dies illi, non fieret salua omnis caro. Hęc non de Antichristi tribulatione maxima, sed de illa Hierosolymitana ruina dici contendere, est profectò nimium contendere, & contra omnium pene Patrum sententiam, & contra ipsam diuinorum verborum formam contendere. De illa enim tribulatione palam est loqui Christum, de qua Daniel dixerat: Et veniet tempus, quale non fuit ab eo ex quo gētes esse cœperunt: & in tempore illo saluabitur populus tuus omnis qui inuētus fuerit scriptus in libro. Quod de Antichristi temporibus dici manifestissimum est. Postremò abominationem desolationis statuendam per Antichristum ipsemet Daniel euidenter ostendit, cum finit Prophetiam suam illis verbis. Et à tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta. Ergo cum in vtroque loco Daniel ponat cessaturum sacrificiū, & abominationē desolationis

\* Græ.  
Naz. in  
scholiis  
Da. Hi-  
lar. can.  
25. in  
Mattha.  
Hieron. in  
Mat. 24.  
Ambr. li.  
10. in Lu.  
Auctor  
imperfe-  
cti hom.  
49. Da-  
mas. lib.  
4. c. 27.  
Mat. 24.  
Hieron.  
ad Alga.  
q. 4. dicit  
nulli esse  
dubium  
abomina-  
tionem  
stantem  
in loco  
Sancto  
iuxta li-  
teram de  
aduentu  
Antichri-  
sti intelli-  
gi. idem  
q. 11. repe-  
tit ad eā-  
dem Al-  
gasian.  
Dan. 12.  
Dan. 12.  
Dan. 9.

futuram, & vno priore quidem in loco de desolatione vr̄bis, posteriore de desolatione orbis, manifestè loquatur, potest rectè immò debet syncerè Christus intelligi vtrumque Danielis locum attingisse, & de vtroque simul exposuisse, cū esset præsertim de vtroque simul ab Apostolis interrogatus.

*De turpitudine, & vitio Antichristi.*

CAP. XIII.

**A**T T A M E N ille tam magnus qui se pro Christo, & pro vero Deo coli exiget, vitio erit sordidissimis plusquam dici potest addictus, vt omni ex parte humani generis monstrum horribile appareat. Nam qui nullum Deorum reputabit, & in excelsum loquetur ingentia, eū eadem scriptura cœlestis tradit in concupiscentiis fœminarum futurū. Quamuis enim textus Hebraicus ambiguus sit, vt illic tradit Hieronymus, tamen editio nostra vulgata, quam Ecclesia approbavit, non ambiguè, sed distinctè hoc habet. Eam verò libidinis, & scortandi turpitudinem tantam futuram in Antichristo fideles olim acceperunt, vt ob hanc causam sibi quidam persuaserint, Domitium Neronem omnium hominum vt crudelissimum, sic etiam obscœnissimum ipsum futurum Antichristum. Crudelitatis atque inhumanitatis illius impotentiam & rabiem, quid attinet dicere, cum scriptura vnus bestię ferocissimæ vocabulum hanc seuitiam eius implere non posse aduertens, trium atrocissimarum nomina posuerit, leonem, pardum atque vrsū simul appellans? Parū est hoc nisi etiam omnium stultissimo & absurdissimo vitio sese addixisset. An est quicquā Idololatria, vel maus vel absurdus vel ignominiosus, ei præsertim, qui se & sapientem, & spiritualem, & sanctum haberi volet?

At qui

Atqui ille ipse qui omnium Deorū cultum abolebit, qui Dei veri atque omnipotentis religionem exterminabit, qui se vnum pro Deo adorari compellet, ille ipse inquam, Deum quendā cōmētitiū & adorabit & colet, & more idololatrarum sacrificiis donisque cumulabit. Admirandum id quidē videbitur iis qui nō audierint, & mihi cum primum sciui profusus admirabile fuit, in id dementia humanā mentem verti, vt simul se homo adorari iubeat pro Deo simul ipse idolum vt Deū adoret: sed verum est sanē vtrūque. Nisi nos Daniel fallit, qui de Antichristo aperte ita scribit. Et Deum Patrum suorum non reputabit, & erit in concupiscentiis scēminarum, nec quemquā Deorum curabit: quia aduersam vniuersa consurget. Deū autē Maozim in loco suo venerabitur: & Deū, quem ignorauerunt Patres eius colet auro & argento, & lapide pretioso rebūque pretiosis. Et faciet vt muniat Maozim cum Deo alieno quem cognouit. Quis nam iste Maozim sit, vel quid designet, equidē non sum assecutus. Esse verò commentitiū Deū ab illo mundi euersore primum inuectum, eumque externo cultu auri & argenti & gemmarum exornandum, vt idola gentium solent, nemo qui hæc legit non intelligit. Nam quod Theodoritus Cyrensis interpretatur ipsummet Antichristum esse Maozim, quia sese adorari, & exculpi in templis iussurus est, mihi nō admodum placet. Quot sum enim adderet scriptura, Deū, quem nō cognouerūt Patres eius, colet? Puto verò, quemadmodum Christus ita se Deum professus est, vt tamen Patrē haberet Deū, atque eū filius Dei quia erat filius hominis, coleteret, & maiore quam se affirmaret, ita illum pessimū Christi in omnibus æmulum, Patrē suum Diabolum, & Draconem antiquum à quo tantam acceperit potestatem,

Dan. ii.

Theodor.  
in oratio-  
ne 10. in  
Dan.

pro Deo adoraturum atque aliis adorandum exhibiturum. Quod fortassis Apocalypsis insinuat, vbi scriptum legimus. Et admitata est vniuersa terra post bestiam. Et adorauerunt Draconem, qui dedit potestatem bestie, & adorauerunt bestiam dicentes: Quis similis bestie? Sed mendacium cum sibi minime constet, quomodo defendi queat, non admodum laboro: quippe cum Antichristus si semel definiri debeat, nihil aliud breuiter dici queat, quam vniuersae malitiae monstrum. Itaque qui idololatriam maxime exagitant, vt Patres tradunt, is ipse tamen idololatra famosus erit.

*Apo. 13.*

*Hippo.  
De cons.  
mundi.*

*De magnitudine persecutionis Antichristi,*

*& de Gog, & Magog.*

CAP. XIII.

**D**E INCEPS DE Antichristi persecutione dicendum est, quae quanta futura sit minime opus est, vt nostra oratione demonstremus. Ipsa summa veritatis iis quae supra iam posui verbis, rei magnitudine ita exponit, vt amplificari non possit amplius. Sunt vero repetenda nobis, atque alius animis omnium infigenda. Erit, inquit, tunc tribulatio magna, vel vt *Matt. 24* *Marc. 13.* habet Marcus, erunt dies illi tribulationes tales quales non fuerint ab initio creature, quam condidit Deus vsque nunc neque fient. Et nisi breuiaffet Dominus dies non fuisset salua omnis caro: sed propter electos quos elegit breuiabit dies. Hoc idem in Daniele legimus: In tempore illo consurget Michael princeps magnus qui stat pro filiis populi tui, & veniet tempus quale non fuit ab eo ex quo gentes esse coeperunt, vsque ad tempus illud. Et in tempore illo saluabitur populus tuus omnis, qui inuentus fuerit scriptus in libro. Quos Dominus dixit electos, hos Daniel intelligit

*Matt. 24*

*Marc. 13.*

*Dan. 12.*



ligit scriptos in libro: qui soli in illa tanta tentatione salui erunt. De hoc Antichristi tempore in volumine *Iob* legimus. In die eius stupebunt nouissimi, & primos horror inuadet: quod sanctus Papa Gregorius exponens, tantam futuram persecutionem docet, vt sancti illius vltimi temporis quos vocat nouissimos, cum Sanctis antiquis Elia nempe & Enoch, qui auxiliares Ecclesie veniet, pariter acerbiter temporum perhorrescat. Denique in Apocalypsi scriptum est: Et cum consummati fuerint mille anni, soluetur Satanus de carcere suo, & exhibit, & seducet gentes, quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gog, & Magog, & congregabit eos in prælium, quorū numerus est sicut arena maris. Et ascendent super latitudinē terræ, & circuierunt castra Sanctorū, & ciuitatem dilectam. Annos mille intelligi totum decursum Euāgelicæ legis vsque ad finem sæculi, notissimū est: neque opus est Millenariorum fabulā confutare, quod fecere copiosè veteres Patres, Hieronymus præsertim atq; Augustinus. Hoc ergo toto interiecto tempore serpens antiquus ligatus tenetur ab Angelo habente clauem abyssi, Christo Domino, qui claudit, & nemo aperit, qui veniens prius alligauit fortem vt vasa eius & spolia diriperet, plurimarum gentium fidei colla submittens, & per salutis viam reducens in patriam. Ligatus quidem est, qui non finitur quātum potest, & vult nocere, sed oportet illum in fine solui modico tempore, vt omnes suæ potentie vires, omnes fallacie artes, expromat: cuius potestas est talis, vt nulla ei compareretur super terrā, astutiae altitudo tāta vt sapientes omnes irrideat. Solutus autem Diabolus Antichristū ingreditur, ac per illum, vt ait Augustinus in sua virtute, mirabiliter operabitur: solui verò Diabolum nihil est aliud quā potestati voluntatique

*Iob* 18.  
*Greg. lib.*  
14. *mor.*  
ca. 11.

*Apoc.* 20

*Hieron.*  
*Eze.* 36.  
*Mat.* 19.  
*Aug. lib.*  
20. *De ciuitat. c. 7.*  
*Esaï.* 22.  
*Matt.* 12.

*Iob.* 41.  
*Aug. lib.*  
20. *de ciuit. 19.*  
*Apoc.* 12.

*Exec. 38.*  
*39.*  
*Aug. lib.*  
*20. De ci-*  
*uit. c. 11.*  
*Hiero. in*  
*38. Exec.*

suæ permitti, vt tantum tentet, quantum vult & potest. Ideo in alio loco Ioannes exclamat, vñ terræ & mari quia descendit Diabolus ad vos habens iram magnam, sciens quod modicum tempus habet. Gentes autem Gog & Magog in præliū aduersus sanctos congregans, de quibus etiam loquitur Ezechiel, non male quidam barbaros populos eosque Septentrionales & Scythicos accipiunt, Augustinus tamen atque Hieronymus vniuersitatē inimicorum Christi Ecclesiam oppugnantium intelligunt: quorum ministerio Antichristus cruentissimam in Christi seruos tempestatem inuehet.

*De iugis sacrificij ablatione.*

C A P. X V.

*Sic. Ru-*  
*per. lib. 8.*  
*in Apoc.*

*Dan. 8.*

*li. 1. Mac.*  
*ca. 1.*  
*Cypri. de*  
*exhort.*  
*ad mar.*

**E**RIT vetò persecutionis exordium, cum absterit iuge sacrificium, & ab eo computandi sunt anni tres cum dimidio, quo tempore furor illius syluestris apri & feræ singularis in electam Dei Ecclesiam toto orbe grassabitur. Reclamus ipsa Prophetica verba, quæ ter de hac re inueniuntur expressa sub imagine quidē Antiochi de Antichristo ita primum scribitur. Et magnificatum est, vsque ad fortitudinem cœli & deiecit de fortitudine, & de stellis & conculcauit eas, & vsque ad principem fortitudinis magnificatum est, & ab eo tulit iuge sacrificium, & deiecit locum sanctificationis eius, robur autem datum est ei contra iuge sacrificium propter peccata: & prosternetur veritas in terra, & faciet & prosperabitur. Hæc de Antiocho Epiphane dicta esse liber Machabæorum ostendit: sed quoniam Antichristi personam egit Antiochus, vt Patres docent, eadem ipsa in vltima Ecclesiæ persecutione & melius complebun

plebuntur & plenius : qua de re latè differit Gregorius Papa: in alio rursus loco eiusdem Prophetę legimus. Et brachia ex eo stabunt, & polluent sanctuariũ fortitudinis, & auferent iuge sacrificium, & dabunt abominationem in desolationẽ. Demum in fine prophetiæ Danielis de eadem re apertius. Eligentur, & dealbabuntur & quasi ignis probabuntur multi, & impiè agent impij, neque intelligent omnes impij: porrò docti intelligent. Et à tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta. Hinc perspicuè discimus, confirmato iam Regno suo & totius orbis Imperio variis præliis quæsito, Antichristum diuinitatis æmulum tẽpli sedem sibi pro palatio decreturum, vbi se populis adorandum præbeat: omnem verò Dei cultum protinus aboliturum, tanquã ipsi soli is honos deferri debeat. Iuge autem sacrificiũ nihil aliud melius ac verius intelligitur, quã incruetã altaris hostia, quod est vnicum perpetuumque Christiani populi sacrificium, in quo offertur nomini Dei per vniuersum terrarum orbem oblatio munda, & immolatur victima incruenta, memoriale passionis Agni, atque eius pro nobis effusi sanguinis, sempiternum. Hoc tam magnum Ecclesiæ bonum, hoc fidelium singulare solatium, hoc Christi militum robur. Hoc fidei mysteriũ, hoc inexpugnabile charitatis præsidium, hoc vitæ cœlestis alimentum, & salutis perennem fontem nobis tollet inimicus. Et tanquam in præcipuũ Christiani populi monumentũ suas omnes statim cogitationes machinasque conuertet. Et seueritatem Dei exposcentibus peccatis nostris, aduersus firmissimam religionis arcem permittetur tantum roboris aduersario, vt obtineat, & polluat ac proiciat, atque cum summo ludibrio

*Theo. or.  
10. in Da  
niel.*

*Greg. lib.  
32. mor.*

*c. 12.*

*Dan. 11.*

*Dan. 12.*

*Mal. 1.*

exter

exterminet Sancta sanctorum. Heu miserum genus hominum, quorum scelera tantā Dei iram in se provocāt. Sublata Eucharistia nostra, reliqua omnia quæ sunt huius aut ornamenta aut ministeria, funditus interibunt. Tépla atque altaria euertétur, sacræ vestes, & vasa profanis vsibus inforDESCENT. Sacerdotum, & Pontificum, & ministrorum ordines extrema ignominia afficientur. Pœnitentiæ, baptismi, sacramentorum omnium summus contemptus & perturbatio. Quicquid infame, quicquid execrādum in signa diuina designari poterit, summum decus & laus ministrorum impudentium. Qualis futurus sit status Ecclesiastici ordinis extremo illo tēpore, nullo melius modo intelligi posse arbitror, quam proposita ante oculos hac imagine & præludio Antichristi, quod nostra ætas tulit; qui Germanias & Britannias viderunt, & rabiem sectariorum experti sunt, hi optimè cogitare poterunt, quæ erunt illa, quorum prælibatio quædam hæc sit. Quare dubitare non expedit Antichristi tēpora instare cuius prænuntios & antesignanos videmus aduersus Dei iuge sacrificium fortissimè belligerari. Vt enim initio nascētis Ecclesiæ feruoris in Spiritu sancto & charitatis fuit, illa frequēs & quotidiana supersubstantialis panis communicatio, quæ fideles & inter se coniunctissimos & hosti formidabiles efficiebat, ita in fine sæculi refrigerante charitate multorū, peccatis id nostris exigentibus, auferetur salutare conuiuium, quo sublato quid superest, nisi vt ossa mentis arecant, vt habent diuina eloquia, & corruāt homines, ac suis iniquitatibus cōtabescant? quod in iis regionibus nō sine gemitu cernimus fieri, vbi Antichristi quodam prælagio diuinę Eucharistiæ vsus vel refrixit valde vel prorsus interiit. Vnde omnis Ecclesiastici ordinis splendor & decus

*Psal. 101.*  
*Ezec. 4.*

decus exolitum ac sepultum iacet, vt lamētari libeat *Thren. 1.*  
 egressum esse à virgine filia Syonis omnem eius de-  
 corem pristinum, sacerdotes eius gementes, portas  
 destructas, altaria deserta, ipsas sacras atq; olim fre-  
 quentissimo populo plenas ædes, vacuas mœrere,  
 quod nō sint qui veniant ad Agni solennitatē. Verū  
 hæc alià. Illud modo dicendū restat falli eos qui pu-  
 tant sacrificium iuge quod ab Antichristo auferendū  
 est, esse idē cū illa hostia & sacrificio, quod in dimi-  
 dio hebdomadis cessaturū Daniel in alio loco prædi-  
 cit. Namq; vbi de Christo occiso vaticinatur, & de  
 euerfione populi iniqui atque ingrati, sacrificiorū le-  
 galium & Iudaicorū abolitionē simul annūtiat; quod  
 contigit in dimidio vltimæ hebdomadis, id est, se-  
 ptuagesimæ, Christo vero sacrificio in cruce æter-  
 no Patri oblato, cū & velum templi scissum est me-  
 dium à summo vsque deorsum, significantē Spiritu  
 sancto iam propalatum esse Sāctorum viam, & ipso  
 summo nostro Pontifice exclamante: Cōsummatum  
 est. Tūc omnis ille priscus ritus evanuit, neque aliud  
 deinceps fuit, quam carnes emortuæ, quæ nihil habe-  
 rent sanctius in templo oblata: quā in macello iugu-  
 lata. Quod Paulus ad Hebræos copiosè differit ostē-  
 dens Christum semel oblatum satis fuisse ad multo-  
 rum exhaurienda peccata: hostias verò vitulinas, aut  
 hircinas hactenus esse introductas, donec æternorū  
 bonorū Pontifex per sanguinem suum salutē nobis  
 pararet: Ergo tūc in dimidio illius hebdomadis post  
 annos tres cum dimidio à manifestatione, & prædi-  
 catione Christi cessauit hostia & sacrificium legale. *Sic Hier. in Dan. Aug. epi. 78. et 80. Corneli. in Cōcor. c. 122.*  
 At in fine temporū non vmbatile veteris testamēti,  
 sed verum, & noui, ac sempiterni testamenti sacrifi-  
 eiū ab impiis auferetur. Vide verò admirabilē diuinę  
 scripturæ circumfpectionē: vbi de nostro sacrificio,  
 id est

id est Eucharistia agitur, vocat iuge sacrificium, & dicit auferēdū opera impiorum, vt tum sacrificij Christianorum maiestatem, tum illud violantium scelus

*Dan. 12.* demonstrat. At vbi de veteri sacrificio, hoc est, Iudæorum sermo est, non vocatur iuge sacrificium, sed simpliciter hostia & sacrificium, neque violentē auferēdum, sed potius defecturum. Et in dimidio hebdomadis, inquit, deficiet hostia & sacrificium: verē enim defecit cuius omnis vis & significatio exhibitā ipsa veritate emarcuit.

*Dan. 9.*

*De predicatoribus Antichristi.*

CAP. XVI.

**I**GITUR Dei cultu penitus interdicto, & iugi sacrificio de Ecclesia exterminato, exordia sęua non dissimiles habitura sunt progressus atque exitus. *Tractatus de Antichristo fertur in 9. tom. Aug.* Legi in quodam libello antiquo cuius auctor ignotus est ad hunc modum. Veniet Hierosolymam Antichristus, ibi templum reedificabit. Ac primum Reges & Principes ad se conuertet, & in totum orbem nuntios mittet, & peruertēt omnes gentes. Hęc ibi, Sanē Antichristum in vniuersum terrarum orbē dominari, & nouas suas atque præclaras illas cunctis gentibus ferre leges, constans est Patrum, vel potius scripturę sententia. *Apo. 13.* Quę in vniuersa terra adorantē bestiam prædicat, ab omnibus quorum non sunt nomina scripta in libro vitę. Ergo cum tyrānidis illius tempus diuinitus abbreviatum sit, vt nō amplius dureret quam menses quadraginta duos, restat omnino, vt per ministros suos Antichristus obeat atq; obtineat eas omnes mundi regiones, quas per se ipse nō potest. Itaque quemadmodum Christus Deus *Mat. 24.* Apostolos suos misit in omnes gentes, vt Euangeliū proferrent

ferrent vsque ad terminos terræ, ira desertor ille, diuinitatis semper æmulus, duces ac Prophetas suos in vniuersum orbem distribuet, quibus quam ipse habet à Diabolo potestatem signorum, superbiæ & furoris spiritu dato, communicabit. Ibunt egregij prædicatores manu armata, fastu tumentes, ira ardentis, fallaciæ & blasphemici pleni, neque quicquam relinquent intactum. Super & Garamantas, & Indos noui Regis & Christi, & Dei sui imperium proferent. Qui sceleri assentientur, magnis muneribus decorati regno fruuntur, qui repugnauerint, omni suppliciorum, atque ignominici arte perdentur. De his nūtiis tartareis admonuit nos Deus noster cum horum temporum acerbiteriam declarans adiecit. Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic Christus, aut illic, nolite credere. Surgent enim pseudochristi, & pseudo prophetæ, & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi. Ecce prædixi vobis: Si ergo dixerint vobis. Ecce in deserto est, nolite exire: Ecce in penetralibus, nolite credere. Hæc sunt, quæ Propheta appellat brachia Antichristi, quæ stabunt, & polluent sanctuarium fortitudinis, & auferent iuge sacrificium, & dabunt abominationem in desolationem, propterea quod terram vniuersam, vt ait Naziâzenus, euertet, destruet, dissipabunt. Has esse tedas Diaboli & Antichristi Gregorius Papa exponit. Hi magistri prurientes auribus, qui deserta veritate ad fabulas couertuntur, hi qui Iamnes & Mambre focij resistunt veritati, reprobari circa fidem hi qui Maiestatem blasphemant, dominationem contemnunt, fluctus fæti maris, sydera errantia, quibus procella tenebrarum reserua-  
ta est in æternum.

Dan. 11.

Greg. 33.

Mor. 6.

26.

2. Tim. 4.

2. Tim. 3.

2. Petr. 2.

Iud. 1.

Depseu

## De Pseudopropheta eodemque Antichristi prædicatore præcipuo.

## CAP. XVII.

*Greg. 33. mor. c. 26*  
*Aug. lib. 20. De ciuit. diu. c. 14.*  
*Apoc. 13.*  
**H**ORVM vniuersitatem aut societatem vt Gregorius atque alij Patres non nulli tradunt, quam Augustinus paulo secus exponit, designat bestia illa secūda, de qua in Apocalypsi legimus adhuc modum vidi aliam bestiam ascendentem de terra, & habebat cornua duo, similia Agni, & loquebatur sicut Draco. Et potestatem bestię prioris omnem faciebat in conspectu eius: & fecit terram, & inhabitantes in ea adorare bestiam primam, cuius curata est plaga mortis, & fecit signa magna, vt etiā ignem faceret de cœlo descendere in terram in cōspectu hominum, & seduxit habitantes in terra, propter signa, quæ data sunt illi facere in conspectu bestię, dicens habitantibus in terra vt faciant imaginem bestię quę habet plagam gladij & vixit Bestiam priorem quam de abyssu ascendere dixerat, Patres accipiunt ipsam Antichristum, plagam autem gladij in ea curatā propterea dici, quod simulaturus sit ille callidus mortuū se ac resurgētem, idque prædicari iubebit & ab omnibus teneri certum. Posterio rem bestiam de terra ascendentem prædicatorum Antichristi multitudinem interpretatur: in quibus cornua Agni sunt, quod se per hypocrisis sanctos simulent, sed loquuntur vt Draco, quod plena veneno & blasphemia prædicet. Signa autē istos facturos ingeniat, vt Antichristo omnes obediāt, etiam Christus admonuit. Quæ quidem expositio Patrum valde est consentanea, & digna veneratione. Sed non opinor huic nos obistere, si etiam iuxta historiam putemus vnum aliquem omnibus Antichristi prædicatoribus insigniorem, nomine

*Greg. lib. 11. epist. ca. 3.*

*Ricard. lib. 4. p. 1.*

*5 in Apo. Beda in 13. Apoc.*

*Tho. ibid.*

*M. 24.*



nomine bestia secunda designari, vt Ambrosius, *Ambr. in*  
 aut quisquis ille est autor, exposuit: nam tres viden- *Apocal.*  
 tur personæ significari, cum in eodem libro legi- *cap. 13.*  
 mus: vidi de ore Draconis & de ore bestia, & de *Apoc. 16.*  
 ore pseudopropheta exire spiritus tres immundos  
 in modum ranarum. Sunt enim spiritus Damoni-  
 orum facientes signa. Nempe hi tres Diabolus: Anti-  
 christus, & ille pseudopropheta, imperant Damo-  
 nibus, vt eorum opera quæ volunt portenta perfi-  
 ciant. Et sicut in vera mundi salute tres sunt qui ope-  
 rantur nobis vitam æternam, Pater, Filius, & Spiri-  
 tus sanctus, ita ad perditionem hominũ Sathanas, An-  
 tichristus, & Pseudopropheta. Patri Christus defert,  
 Christũ Spiritus sanctus clarificat. Diabolũ Patrem  
 suũ colit Antichristus, Antichristũ Pseudopropheta  
 signis magnis prædicat & nobilitat. In alio quoque  
 loco: Apprehensa est bestia & cum eo Pseudopro- *Apoc. 19.*  
 pheta, qui fecit signa coram ipso viui missi sunt hi  
 duo in stagnum ignis ardentis & sulfuris & cæteri  
 occisi sunt gladio &c. Profectò vt duo quidam An-  
 tichristus & illius Propheta numerantur, & à reli-  
 qua turba sectatorum separatur. Eodem modo cum  
 postea dicitur Diabolus missus est in stagnum ignis  
 & sulfuris. Vbi & bestia, & Pseudopropheta crucia- *Apo. 20.*  
 buntur die ac nocte in sæcula sæculorum. Quia ni-  
 hil ergo nos prohibet quin hoc modo existimemus  
 quendam fore præstantissimum atque acerrimũ An-  
 tichristi defensorem, eum meritò, non Regem, aut  
 militem, sed virum in Ecclesia insignem accipere  
 possumus, quod duo Agni cornua episcopalis digni-  
 tatis insigne sint. Erit fortassis Apostata quispiam,  
 atque hæreticus simulator religionis, Ecclesiastici  
 honoris proditor, qui draconis venenum suis sermo-  
 nibus instillet auditoribus atque propinet. Fieri etiã

K k potest,

etias.  
potest, fl

potest, vt prior bestia è mari, posterior è terra ascensura dicatur, quod alter enauigato mari emerſurus ſit, alter ex ipſa Provincia vbi Antichriſtus præcipuè regnaturus eſt, fortaiſis exiſtet. Humanæ hæ coniectationes ſunt, nihil certi aſſerentes, ſed non ſuperuacaneæ forſitan, ſi res ita feret, vt quod coniectatum eſt, experientia probet. Tunc enim fuiſſe eum ſenſum Apoſtoli, dubium non erit. Quod ſi aliud habeat rerum euentus, nihil veritati officit, qui non quid ſit, ſed quid potuerit exiſtimari, ſuſpenſe ac pædetentim inſinuarit.

*De miraculis, & prodigijs que faciet.*

C A P. X V I I I.

**I**A M verò explicandæ cauſæ ſunt, cur tribulatio nouiſſimis temporibus futura, omnium quæ vnquam contigerunt, maxima ab ipſa veritate dicatur; in quam etiam electi ipſi, niſi diuinitus tenerentur, *Mar. 13.* offenſuri, caſuriq; eſſent. Etenim aduerſarij veritatis pro mædacio aſſerèdo, ſigna & multa & magna edituri ſunt. Ipſe in primis totius mali caput Antichriſtus, deinde cæteri eius Prophetæ & prædicatores qui vniuerſum orbem, vt decipiant obibunt. Quanta autem ſignis operibuſque mirabilibus viſ inſit ad perſuadendum, quantum etiam omnes humanæ rationes & vires ingenij cedant tantæ illi attestationi diuinæ per effecta inuſitata ſolique ſummæ potentie expoſita, ſi eſſemus experti, facilè intelligeremus. *Ioan. 5.* Naturaliter enim viſo atque animaduerſo miraculo, continuo effectorem ſuſpicit genus hominum, & *1. Cori. 2.* tamquam ſupra hominem admiratur, *1. Corin. 12.* & paret dictis, niſi maxima vi aliundè reuocetur. *1. Cor. 1.* Hæc ſigna cum vera ſunt, maxima ſunt veritatis argumenta. Quapropter Chriſtus ſe habere affirmabat *Mar. 16.* teſtimonium maius Ioanne: Opera enim ipſa mirabi

rabilia amplius testimonium præbere de se Paulus  
 quoque prædicationem suam inde cõmendat, quod  
 non tam verbis elegantibus confirmata sit, quam  
 magna ostensione signorum, Denique Euãgelio to-  
 tum orbem subiiciendi, quo potentes, diuites, sa-  
 pientes stultæ, vt Apostolico verbo vtar, prædicatio-  
 ni cederent, & manus darent, quæ alia fuit ratio,  
 quam quod credentes in Christum signa admirabi-  
 lia ederent? quod Dominus sermonem suorum con-  
 firmaret sequentibus signis? Quis ergo hominum  
 non vehemētissimè perturbetur, cum talia efficien-  
 tes viderit Prophetas Antichristi, ipsumque supra  
 modum noua & stupenda opera doctrinæ suæ, &  
 sententiæ testimonia adhibentem? Soluetur tunc Sa-  
 thanas, & totus quantus est, potentia & scientia in-  
 credibili sese per illud suum instrumentum exeret,  
 Deo minimè eius cohibēte atque frãnante conatus.  
 Et si enim per Magos & maleficos, & strygas alios-  
 que eiusdem chori ministros suos, temporibus su-  
 perioribus multa patrauerit, hodieque perpetrare  
 nõ desinat, quæ vulgus hominum admiratur, tamen  
 ludus hæc omnia sunt, & nãnia præ illis stupendis  
 quæ tunc edet. Interestque inter maxima istorum at-  
 que illa vltimi temporis, quantum vires præstant ad  
 nocendum ligatæ feræ, atque eiusdem solutæ, neque  
 enim finitur facere nunc quantum potest, neque  
 persuadere quod scit, vt conuersioni gentium locus  
 sit, & prædicatoribus Christi docendi fiducia. Cum  
 verò quod Elias pro magno effecit, vt in milites *4. Reg. 1.*  
 ad se comprehendendum missos ignis cœlitus re-  
 pente rueret, atque eos absumeret, id nullo negotio  
 Antichristus in eos, qui sibi non obsequuntur, effi-  
 ciat, & copiosum ignem verbo de cœlo creat, &  
 quo velit intētet. Quæ sit futura admiratio hominũ,  
 quæ

quæ conclamationes impiorum, quis pavor horret, que trepidatium, facile quivis poterit cogitare: Neque solum ista horribilia perpetrabit ille sicarius, ut ignem accersat è cælo, ut terram tremoribus quatiat, ut procellas in mari turbulentissimas excitet, ut æstivo ac sereno cælo nubes imbresque repentinos inferat, cæteraque magis à Patribus in testamento veteri ad metum, erroremque hominibus incutendum adhiberi solita: Sed hæc quoque alia propria Evangelici, atque Apostolici temporis, plena beneficentiæ & dulcedinis signa vsurpabit, ut sanet ægros, ut læsos sospitet, ut pascat de exigua materia famelicos, ut pellat ab obsessis atroces spiritus, cæteraque humanæ salutis adiumenta tamquam diuina auctoritate præstet. Quam equidem Antichristi potentiam non facile assererem, nisi mihi idoneus auctor videretur Clemens Romanus in libris recognitionum suarum, cuius operis quamvis nonnulli auctoritatem contemnant, nunquam ea, mihi visa est aspernanda, quibusdam exceptis, quæ inserta à falsariis facile coniicere possumus. In eius ergo operis libro tertio Petrus ita disserit. Ille inquit, qui à malo est, signa quæ facit, nulli profunt: illa vero quæ facit bonus, hominibus profunt. Nam dic quæ so, quæ vtilitas est ostendere staturas ambulantes? latrare æneos aut lapideos canes? salire montes? volare per aërem, & his similia quæ dicitis fecisse Simonem? Quæ autem à bono sunt ad hominum salutem deferuntur, ut sunt illa quæ fecit Dominus noster, qui fecit cæcos videre, fecit surdos audire, debiles, claudos erexit, languores & Dæmones effugavit, & alia his similia, quæ etiã per me fieri videtis. Ista ergo signa quæ ad salutem hominum profunt, & aliquid boni hominibus conferunt, malignus facere non potest nisi in fine mundi

*Clemens  
lib. 3. recog.*

mundi tantum. Tunc enim admisceri ei conceditur aliqua etiam de dextris signis, idest vt vel Dæmones fuget vel ægritudines sanet: & propter hoc tãquam qui excefferit terminos suos, & in semetipsum diuisus sit ac semetipsum impugnaverit, destruetur. Et *Mat. 24.* propterea Dominus prædixit in nouissimis temporibus tentationem futuram talem, in qua decipiantur si fieri potest etiam electi: confusus scilicet iudicii signorum perturbari necesse est etiam eos qui in discernendis spiritibus ac distinguendis virtutibus videntur eruditi. Hactenus Petrus apud Clementem, cuius sententia eo mihi probabilior est quod testimonio idoneo confirmetur Euangelij, talia esse futura illa tempora vt in errorem inducantur si fieri potest etiam electi. Hippolytus martyr scriptor antiquus tanta prædicat de miraculis Antichristi, vt vix credibilia videantur. Edet, inquit, prodigia, leprosos mundando, paralyticos excitando, expellendo Dæmones, longinqua non aliter quam præsentia denuntiabit, excitabit mortuos. Et mox. Transferet montes, ante oculos spectantium siccis pedibus ambulabit super mare, deducet ignem è cœlo, conuertet diem in tenebras, & noctem in diem, solem circumaget quo libuerit. Et vt simul dicamus elementa omnia terræ, marisque vi oblatae apparitionis à se coram spectantibus obtemperare sibi demonstrabit.

*Hyp. De  
cōs. sæcul.*

*Qua ratione dicantur Antichristi signa mendacia.*

## C A P. XIX.

**A**POSTOLVS etiam Paulus potentiam ad omnia. *2. The. 2.*  
 genus signorum Antichristo datam extollere volens, ait: Cuius est aduentus secundum operationem Satanæ in omni virtute & signis & prodi-

K k 3 giis

giis, mendacibus, & in omni seductione iniquitatis  
 iis qui pereunt. Magna sanè verborum vi efficaciam  
 illam omnibus ante sæculis inauditam perpetrandi  
 signa & prodigia ad homines seducēdos exquisitissi-  
 ma ostendit. Sed recreat nos interim atque reficit  
 magnopere, admonens esse signa mēdacia omnem-  
 que eam virtutē esse ex operatione satanę: vera enim  
 signa à veritatis hoste fieri non possunt. Sed id dis-  
 cētnerē magnā erit sapiētia, & rari diuini muneris.

*Dan. 12.*

Hoc est quod Angelus Danieli dixit, de nouissimis  
 temporibus loquens, Neque intelligēt omnes impij:  
 porrò docti intelligēt. Qui ergo Dei doctrina &  
 luce instructi erunt, mendacibus signis nō decipien-  
 tur quamuis rara & inuisitata & mira videātur. Mēda-

*Aug. lib.*

*20. De ci*

*uit. c. 19.*

*Act. 8.*

dacia vero p̄ prodigia Augustinus, atque hunc sequuta  
 schola Theologorum intelligit duobus modis: vno  
 quod fallant oculos & sensum humanū, quemadmo-  
 dum p̄stigia solent, quo genere maxime Magi at-  
 que Striges abuti solent. Huius generis erāt signa illa  
 Simbrisis, quem refert scriptura magicis suis demen-  
 tasse homines. Hoc genere Antichristum v̄farum à  
 Patre mendacij edocū, atque ip̄sus passim Prophe-

*In tract.*

*De Anti*

*chr. in 9.*

*to. Aug.*

tas valde probabile est. Ita quidam asserūt mortuos  
 suscitaturum, & naturas in varias figuras mutaturum  
 vt homo vertatur in v̄rsum, aut canem, lupus in a-  
 gnū. Quæ certē si perpetrabit perspicuum est, per  
 imposturam & artem oculis illudentem effecturum,  
 cum Diaboli v̄niuersa vis naturalis, nequaquam ad  
 ista sufficiat: verum quia homines vera ne illa sint, an  
 falsa & apparentia tantum, non deprehendent, vel  
 incerta vel libidine errabunt, vera esse opera illa ste-  
 dentes. Alter modus mendacij est vt res quidem ex-  
 hibita veræ sint, sed vera signa non sint, propterea  
 quod occulta vi fiunt Diaboli, qui naturæ semina,  
 atque

atque omnē vim absolutissimè nouit, & potentissimè ciet, vnde effecta mirabilia p̄fert celeritate incredibili: quę extra ordinaria opera, quę occultū effectiōnis ordinē ignorat hominū sensus, putat diuina vi effecta, cuius est vni<sup>9</sup> in naturam omnem solo nutu dominari. Ad hoc fortassis genus pertinebant ea quę malefici coram Pharaone fecerunt per incantationes & arcana sua. Fieri enim potuit, vt Dēmonum mirā potentia vera virga in verū colubrum verteretur, quemadmodum ex seta equina colubrū in aqua ebullire ferunt, & reptilia innumera penē subito de calidis imbriū guttis oriri cernimus. Aquas quoque infici colore sanguineo adhibito aliquo humore vel succo non est incredibile. Quę tamen opera longē aliter à Moysē perpetrabātur, qui imperio solo id efficiebat, Deo obediente protinus omni natura. Quare tametsi & Magorū & Moyſis veri essent colubri, ex veris virgis effecti, tamē Moyſis signa erant vera, Magorum falsa, propter modū effectiōnis diuersum, Hoc altero mendacij genere in rebus quidem veris, sed falsis signis, maximē vsurum Antichristum puto: quod in istis amplior deceptionis locus sit, vt viri etiam eruditi falli queant. Veras enim res experiūtur, & quas antē Diabolum nunquam operatum sciunt, neque verò tantam illius potentiam comprehendunt, vnde quam procliuē sit labi, quis non videat? Verus quidē ignis erat, quē Sathanas in greges Sancti Iob immisit, vera quoque turbinis vis, qua domum illius disiecit, liberosque oppressit. Ergo verum ignem de cælo descendere subitò, atque id genus alia innumera arte diaboli Antichristum, & illius satellites posse facere negare non possumus, quę & si verę res sunt, prodigia tamen vt dixi, idē fallacia dicuntur, quę occulta vi naturali, diabolico ministerio adhibita

*Exod. 7.  
Ita Aug.  
lib. 3. De  
Trin. c. 9.  
Magn. in  
2. dist. 7.*

*Iob. 1.*

fiant. Quæ verò à seruis Dei fiunt, immò etiam ab iis qui fide non charitate polleant, nunquam in confirmationem mendacij adhibentur, neque aliter fiunt, quam Dei imperio. Namque illis etiam, qui Christo dicturi sunt, Domine nonne in nomine tuo virtutes multas fecimus, non est responsurus mentiri eos, neque signa vera effecisse: sed discedere propterea iubebit à se quod operati sint iniquitatem, non quod docuerint falsitatem, aut eam in nomine eius factis virtutibus confirmari. Illum enim qui non sequebatur Iesum, & tamen in nomine Iesu Dæmones eiiciebat, noluit Dominus ab eo opere prohiberi, quod in nomine ipsius non posset nisi verum, & utile perfici quamuis esset operator non bonus. At difficile erit, vt dixi, discernere vera signa à falsis, vbi & multa & magna erunt, & veris ipsis omninò simillima.

*De ficta sanctitate & grandiloquentia, & quid sit ab illo sanctos vinci.*

C A P. X X.

*1. Tim. 4.* **A**D signorum magnitudinem accedet apta & composita ad decipiendū sanctitatis simulatio, quæ solet homines parum cautos externa specie vehementer allicere. Erit enim de iis, vel primas eorum, qui in hypocrisi loquuntur mendacium habentes speciem quandam pietatis. Quæ de re copiosè *Greg. 30.* Magnus Gregorius disserit. Quod si vitii erit refer-  
*Mor. ca.* tus & multis & validis, vt à nobis est supra ostèsum,  
*13. & lib.* tamen illa partim regendo, partim fucado, vt ne fœ-  
*33. c. 20.* dus appareat, iis qui non totas malitiæ habenas laxarunt, dabit operam diligenter. Itaque sæuitiâ & truculentiam suam zelum interpretabitur ardentissimū veritatis: vt sibi persuadeat homines obsequium præstare se Deo, cum sanctos eius seruos immaniter perse-



persequetur. Idololatriam, & Dei Maozim inauditum cultum, veri Dei religionem persuadebit. Sui ipsius enormem illam usque ad cultus diuini officium exigendum elationem, iustitiæ & æquitatis plenum opus mentietur. Obscena verò & plena dedecoris non sinet, opinor, omnibus esse exposita, sed ijs tantum qui Priapo sacra faciunt, & adorant Adonidem. Quamuis tam cæcus sit sepe libidinis furor, ut quicquid libet, licere vel etiam expedire contendat, ut in Antichristi discipulis sectarijs nostra ætas satis experta est. Aget igitur, ut homo omnium impurissimus, & nequissimus, Sanctus, piusque vel habeatur vel ab omnibus prædicetur. Neque deerit illi monstro etiam sua eloquentia, & in omni disputatione ad persuadendum potentissima dicendi vis. Hoc est quod Daniel simul & Ioannes dicunt, datum esse bestię, quæ bellum gerebat cum sanctis, os loquens grandia. Itaque cum ad certamen ventum erit, & cum Ecclesiæ sanctæ doctoribus conferet manum, magnitudine mendacij veritas obruetur: tantaque vi partes suas tuebitur ille mendax & oppugnabit aduersas, ut ab omnibus propemodum intelligatur vicisse. Tanquam si Philosophus, aut magnus orator, cum rudi lacone de summis cæli rebus disputans, ingnarum dicendo opprimat, & tacere compellat, atque ab omnibus superior eius causa declaretur. Hoc igitur mihi esse videtur, quod Daniel dicit: Aspicietiam & ecce cornu illud faciebat bellum aduersus sanctos, & præualebat eis. Hoc etiam quod Ioannes ait: Et est datum illi bellum facere cum sanctis & vincere eos. Verba sanè plena formidinis. Nã quod à quibusdã hic accipitur nihil aliud quam quod Antichristus sanctos sit persecuturus atque occisurus; non implet satis aures meas. Neque illius verbi vim,

Dan. 7.  
Apoc. 13.

Dan. 7.  
Apoc. 13.

vt mihi apparet, exequat. Etenim pro Christo pati & mori nequaquam vinci est, sed potius egregiè vincere. Quod idem Ioannes perspicuè docet, cum non longè ab inde dixit loquens de sanctis Apostolis & martyribus, & Ecclesiæ columnis, quos nomine calorum appellat. Et ipsi, inquit, vicerunt eum propter sanguinem Agni, & propter verbum testimonij sui, & non dilexerunt animas suas vsque ad mortem. Ergo eos vicisse intelligit, quòd vsque ad mortem pro Christi charitate certauerint. Vnde his tanquam victoribus palmę tribuuntur. Est enim victoria nostra, quæ vincit mundum, fides Christi. Quemadmodum ipse Christus & se dicit vicisse & nos iubet confidere, certum triumphum de aduersarijs pollicens. Si legitimè tamen certauerimus. Aliud igitur est Antichristum præualere, & vincere sanctos quod scriptura pro immenso malo commemorat. Quare necesse est in illo durissimo Antichristi bello duobus modis sanctos vinci posse intelligamus. Cum enim de religione & verò Dei cultu & fide Catholica disputabitur, quamuis sancti veritatem fortiter tueantur, ac pro ea asserenda libenter sanguinem fundant, tamè cum artificiosa & exquisita dicendi copia, quam draco suggeret, tum magnitudine signorum Antichristus atque illius satellites superiores populis videbuntur, & toto orbis theatro applaudente, victoriam canet, non superata quidem, sed tanquam fugata veritate, mendacium. Nam vel certamen detractabunt propter temporis iniquitatem, vel si ad rem verum erit, argutijs præstigijsque hostium Christi, causa superior iudicabitur. Quod cum summo dolore sancti aspicientes, & mundum à se auersum, totum in Antichristi sententiam ire cernentes, se veluti victos habebunt, & capitis sui veterem querelam repetentes,

fese

se à Deo suo derelictos conquerentur, quòd causam Dei amplius quotidie cadere sentiant. Neque dubitandum est multos de numero eorum, quorum non sunt in libro vitæ nomina scripta, & si docti aliquando fuerint, etiam si magistri Ecclesiæ, etiam si spirituales & sancti, tanta tentationis mole obrutos de fide & charitate cedentes, manus aduersario porrecturos. Ac formis hæc sit tertia illa pars stellatum quam draco cauda sua, quam Gregorius Papa Antichristum interpretatur, deturbauit e cælo. Quæ sanè res indignissima non poterit non vehementissimè Ecclesiæ Sanctæ, tanta sui parte truncata, viscera sauciare ac dolore intimo adurere.

*Apoc. 12.  
Greg. 32.  
mor. cap.  
12.*

*De largitionibus quibus multis capiet.*

C A P. XXI.

**A**T Q. V. E hæc quidem signorum, sanctitatis simulata, & falsi nominis scientiæ tentatio, omnes etiam perfectos & prudentes concutiet. Verum ad expugnandas animas instabiles & rudes, quibus plenus est mundus, alio armorum genere aget aduersarius. Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes errauerunt à fide, cum etiam oculos sapientium excæcent munera. Itaque profusis largitionibus, summisque opibus conciliabit sibi ille astutus obsequia omnium. Quod & Hieronymus & Gregorius tradunt, imò ipsa scriptura diuina. Sic enim habet Daniel. Multiplicabit gloriam, & dabit eis potestatem in multis, & terram diuidet gratuito. In Apocalypsi quoque quæ magna ex parte videtur esse Danielis quædam explicatio, ita legimus. Et faciet, ut ne quis possit emere aut vendere, nisi qui habeat characterem aut nomen bestię. His ergo artibus, quæ sunt auaritię proprię, largiēdo multa suis, alienis

*1. Tim. 6.  
Exod. 27.  
Deut. 6.*

*Dan. 11.*

*Apoc. 13.*

com

commercium omne interdicens, facile mentes hominum natura sua opum magnarum cupidas sibi deuinciet, atque obsequentissimas reddet. Hanc tentationem animæ infirmæ, & rebus vitæ huius affectæ, aut vix aut nullo modo euadent. Quapropter bene Christus lamentatus est tales in Euangelio, cum ait: *Mat. 24.* vix prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Significare volens animas imperfectas, Christi in se fidem teneram concipientes aut nutrientes, miserabili esse periculo expositas, cum etiam viriles & robustæ vix tentationis pondus poterunt sustinere.

*De immensa crudelitate illius in Christi seruos & acerbissima Ecclesia tribulatione.*

C A P. XXII.

**V**ERVM supremam omnium & potentissimam ad concutiendum Ecclesiam tentatio, erit inmanis Antichristi violentia, & furor in repugnantes implacabilis: in quos omni cruciatum, omni ignominie & seque mortis genere excogitato, furens ille inexorabiliter debacchabitur: vt Diocletiani, & Decij, & Maximini, & ipsi Nerones ludus & nenia sint præ istius Diabolica truculentia. Quicquid Antiochus sauum in Machabæos, quidquid Herodes in paruulos, quicquid reliqui tyranni in infensissimos sibi hostes designarunt, non erit par sauitiæ istius leonis, vrsi, pardi, apri, serpentis, cetarum, draconis, & quocunque alio nomine bestiam feralem appellandam duxit spiritus sanctus. Superuacaneum hic esse video trepidationem Christiani populi scribere, fugam, latebras, solitudines, extremam egestatem & penuriam rerum omnium, infamiam vbique profugorum, furorem gentium conclamantium, insidias propinquorum, nihil tutum in orbe, ipsam umbram cuius

2. Mach.

7.

Matt. 2.

cuiusque suspectam. Quid carceres, quid ergastula? cateruas vincitorum, cædes, cadauerum multitudinem, quid iram ipsa sanctorum mansuetudine amplius fauientem, quid stragem Dei Ecclesiarum, furorem populi concitati, satellitum de noua crudelitate contentionem, & inhumanitatis gloriam? Quâto tunc melius Ecclesia deplorabit, Deus venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum sanctum tuum, posuerunt Hierusalem in pomorum custodiam: posuerunt morticina seruorum tuorum escas volatibus cæli, carnes sanctorum tuorum bestijs terræ. Effuderunt sanguinem eorum tanquam aquam in circuitu Hierusalem, & non erat qui sepeliret. Facti sumus opprobrium vicinis nostris, subsannatio, & illusio ijs, qui in circuitu nostro sunt. Usque quo Domine irasceris in finem? Et hæc quidem serui Dei secum deplorabunt, qui in illa acerbissima tempora seruati sint. Neque eos signorum gloria consolabitur, neque populorum conuersio ad fidem Christi, sed omnibus destituti, omnia etiam videbunt transire ad aduersarios: illos, sanctos haberi, illos, veritatis & Dei veri cultus assertores, illos demum gloria signorum fulgere, quos ipsi perpetiuntur carnifices crudelissimos. Præclare Gregorius veluti attonitus stupet, hæc contemplanus. Quæ erit, inquit, humanæ mentis illa tentatio, quando pius Martyr, & corpus tormentis subijcit, & tamen ante oculos eius tortor miracula facit? cuius tunc virtus non ab ipso cogitationum fundo quatiatur, quando is qui flagris cruciat signis coruscat? Hippolytus quoque Martyr ita scribit de Antichristi tyrannide. Recusantes verò imperium ipsius, pœnis incomparabilibus, acerbissimisque tormentis & machinis absument, qualia nunquam fuerunt, nec auribus homo percepit, nec

oculis

*Psal. 78.*

*Greg. 32.  
mor. cap.  
12.*

*Hippol. l.  
de Anti-  
chr.*

oculis mortalium conspecta sunt. Et quibusdam interpositis. Tunc lugebit vniuersa terra vitam cruciatuum plenam: lugebit mare, lugebit Sol, lugebunt montes & colles propter genus humanum: eo quod omnes defecerint à Sancto Deo, & crediderint impostori illi, suscepto caractere impuri illius, & hostis Deo loco viuificæ crucis Saluatoris. Lugebunt etiam Ecclesiæ luctum magnum, quia neque oblatio, nec suffitus fiat nec cultus Deo gratus. Sed Ecclesiarum ædes sacræ, tugurij instar erunt, pretiosumque corpus & sanguis Christi, non extabit in diebus illis, liturgia extinguetur, psalmorum cantatio cessabit. Sed erunt apud homines tenebræ: lamentatio super lamentationem, vñ super vñ. Atque hæc quidem scriptor ille atque alia etiam complura declamat, sed pro omnibus, esse debet verbum


*Mat. 24.*

Christi pertimescendum: fore tunc tribulationem talem, qualis antea nunquam fuerit ex quo homines esse cœperunt.

\*

FINIS LIBRI. SECUNDI.

DE



DE TEMPORIBVS  
NOVISSIMIS.

LIBER TERTIVS.



*ECCLESIAM NON ESSE*

*Antichristi quamvis valida per-  
secutione superandam.*

*Cap. I.*



QVONIAM de Regno & potentia Antichristi, atque omnium, quæ vnquam perpessa est Ecclesia Dei, fauissimo bello, hætenus diximus; sequitur vt de tanti hostis vltima clade, ac fidelium Christi seruorum coronis triumphisque dicamus. Neque enim deseret Ecclesiam suam Christus, neque patietur aduersarium insultare diutius gloriæ suæ. Quin potius quanto erit hostis potentia maior, tanto de illo splen

*Matth.*  
*26.*  
*Matth. 16.*  
 splendidiorem triumphum ager. Tenemus Dei qui non méritur, pollicitationes plurimas & pacta conuenta firmissima. Ego, inquit, vobiscum sum omnibus diebus vsque ad consummationem sæculi. Et alia: super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et rursus: Dabit vobis Paracletû, vt maneat vobiscum in æternum. Et alibi: veritas in nobis permanet, & erit nobiscum in æternû. Et nemo rapiet oues meas de manu mea. Et non deficient verba mea de ore seminis tui amodo & in sempiternum. Sunt innumerable testimonia, quibus certi sumus, nunquã Deum bonum & benignum defuturum fuis. Imo verò quęcunque scripta sunt, ad hoc scripta sunt, vt per patientiam & consolationem scripturarum, spem habeat indeclinabilem, tanquam ancoram tutam ac firmam fidelis Christi populus: quoniam ipse dixit, non te dimittam neque derelinquam, ita vt fidenter dicamus, Dominus mihi adiutor, non timebo quid faciat mihi inimicus. Neque verò draconem illum funestissimum solui sineret in fine mundi clementissimus Deus, nisi eam suis se esse sciret gratiam largiturum, qua solutum etiam ac furentem hostem vincerent: idque amplius Dei gloriæ cederet, quod totis viribus Diabolus cum Ecclesia Christi congregiens, postquam illam huc illuc iactarit & torserit, tandem spe sua frustratus campum deserere, & in extremum abire baratrum cum summa ignominia & desperatione cõgatur. Hęc fuit pertinax nequissimi Satanę contentio cum Deo de Sancto Iob, qui proprie Ecclesię calamitatem illam vltimam vt typus quidam egregius refert: hęc Dei etiam permissu vsurpata nocendi potestas: hic tandem exitus tam longi durique certaminis, vt sanctissimus vir Dei ore laudatus,

tenta



tentationum vi illustrior apparuerit, Deo causam suam tuente, & innocentis viri patientiam cumulatissimis bonis remunerante: igitur quod figatus modo tenetur Satanas, ne noceat quantum vult, Dei est misericordiae, ne nos imbecilles & timidi salutem illius furore amittamus: quòd extremo illo tempore rursus soluendus est, etiam misericordiae & sapientiae est, vt quantas habeat Dei gratia vires, fortissimi illi Christi milites saeuissimo hosti obiecti atque expositi toti, cum magna caelestis patris gloria experiantur. Nam sicut solent excellentes artifices post varia facultatis suae edita documenta, in supremum actum maximè ardua cõferre, vt tota res cum maiori illorum admiratione finiatur: ita mihi videtur Christus noster ad ostendendam magnitudinem gratiae, ac virtutis suae, post tot perperrata fortiter, veluti supremum facinus editurus, iubere Leonem illum violentum solui, & in se quam potest acerrimum concitari, vt Sanctae Ecclesiae in terris depugnantis pulcherrimum spectaculum, velut actu omnium maxime admirabili, claudat.

*De Dei auxilio & angelorum presidio.*

C A P. I I.

**A**TQUE humana quidem gens inermis per se, ac rerum omnium inops, hosti & truci & suo furori permissa, infinito etiam impiorum agmine stipato, omnino impar est, nisi diuinitus adiuuetur. Quare videndum deinceps est, quibus auxiliis Ecclesia superior sit. Ea sunt duplicis formae: quaedam inuisibilia & interna: alia rursus externa: vtroque modo Ecclesiae suae aderit Christus. Interna quidem auxilia non dubium est quin tunc longe maxima daturus sit, fidei admirabile robur, charitatis & patientiae

L I      tia

tiz inuictum spiritum, sapientiaꝝ lucem eã, quã nulla  
 possit diabolicã potestatis & operationis caligine  
*Apoc. 13.* offundi. De eo quippe tempore scriptum est: Hic est  
*Ephes. 2.* fides & patientia sanctorum: quẽ quoniam inter do-  
*Philip. 1.* na Dei scriptura sæpe commemorat, non est dubi-  
*Gal. 6.* tandum Ecclesiã Christi diuinitus pro tempestatis  
 illius magnitudine ea futura illustriora. Sunt etiam  
 auxiliares nobis Sancti Angeli, quos plures secum  
 esse quam essent cum aduersariis à puero suo cerni  
*4. Reg. 6.* curruum ac militum multitudine territo, Elisæus op-  
 tauit. Erunt igitur tunc populo Dei præcipui adiu-  
 tores Angeli, atque ij præstantissimi. Non enim sine  
*Dani. 12.* magna causa à Daniele scriptum est: In tempore au-  
 tem illo confurget Michaël princeps magnus, qui  
 stat pro filiis populi tui. Michaëlis verò opus atque  
 operam describit Ioannes, hoc quoque loco, vt so-  
 let, velur parerga illius Prophetã implens. Nam  
 præliantem valide cum Dracone Michaëlem, atque  
*Apoc. 12.* huius Angelos cum illius Angelis congregantes  
 narrat, & magno tandem certamine vicisse atque  
 fugasse aduersarium, quod quamuis toto Ecclesiã  
 Christianã decursu Michaël, noster egregius prin-  
 ceps, faciat, tamen ipse ordo rerum satis indicat,  
 præcipue vltimum prælium illud esse, in quo Mi-  
 chaële superante, ab omni est cælo protinus cum  
*Apoc. 12.* magna lætitia conclamatum: Nunc facta est salus, &  
 virtus, & regnum Dei nostri, & potestas Christi  
 eius. Ergo sub Rege Christo, & Michaële christia-  
 nã militiã principe, quos non sunt hostes debella-  
 turi Ecclesiã Catholicã milites præstantissimi? Aut  
 quomodo quemquam timeant, quibus Deus est &  
 pugnandi autor & dux? signa vero cœlestia superni  
 proceres magno agmine vbique circumferunt?

*De diuina scriptura munimine aduersus artes Antichristi.*

C A P. III.

**I**NTER externa vero auxilia principem locum tenet scriptura diuina, cui<sup>9</sup> autoritate inuicta, aduersus dolos & innumerabiles fraudes Antichristi, quibus gētes toto orbe seducet, nullum est diuinitus ecclesiæ Catholicæ datū maius fortiusque præsidium. Ad omnes enim Diaboli insidias detegēdas, ad omnes mendacij machinas superandas valet excelsum atque insuperabile diuini eloquij robur. omnis sermo Dei ignitus, clypeus est sperantibus in se, & gladius spiritus, est verbū Dei. Hæc sunt fluentia plenissima, iuxta quæ columbæ sanctæ resident: Vbi & superne inuolantē hostem intuentur, & merso capite, vt Gregorius philosophatur, astutiam insequentis eludunt. Itaque omnib<sup>9</sup> miraculis Antichristi, quāuis magna ille præbeat, intrepida opponet Ecclesia fidem scripturarum; atque huius veritatis testimonio inexpugnabili, omnes illius præstigias tamquam nebulas clarissima luce disiciet. Dabunt, inquit, signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Ecce prædixi vobis. O certè admirabilem Christi prouidentiam, signis & prodigiis ingentibus seductorum quid habet, quod opponat Ecclesiæ? Ecce, inquit, prædixi vobis. Hoc omnibus signis maius, hoc omnium miraculorū potentissimum. Nihil enim est diuini verbi auctoritate robustius. Licet Angelus de cælo Euāgelizet vobis, præter id quod accepistis, anathema sit. Paul<sup>9</sup> planè ita monuit. Tanta est semel acceptæ diuinæ veritatis firmitudo. Quid Petrus? Et habemus, inquit, firmiorem propheticum sermonem, cui benefacitis attendētes, tāquā lucernæ lucēti in caliginoso loco, donec

*Prou 80.  
Ephes. 6.  
Cant. 5.  
Grego. in  
Can.*

*Mat. 24.*

*Galat. 1.*

*2. Petr. 1.*

Ll 2 dies

dies elucescat, & Lucifer oriatur in cordibus vestris, Quid quæso est, quod hic dicit se habere firmiter testimonium? Sublimis transfigurationis Christi miraculum narrat, testis ipse oculatus: at fidei conciliandæ, firmiter ac maius pondus habere vult Prophetorum oraculorum de Christo illustrissima testimonia. Quare Christus ipse Iudæos maximè refellens, scrutamini, inquit, scripturas, quia ipsæ testimonium perhibēt de me. Et: si crederetis Moy, si crederetis forsitā & mihi, de me enim ille scripsit. Et Paulus, quem ante promiserat per scripturas. Non minus ergo fides Christi ex diuinis scripturis quam ex miraculis ipsis confirmata est. Et signa quidem infidelibus data sunt, scripturæ fidelibus. Idcirco primæua Ecclesia miraculis abundauit, cum essent infideles vocandi: at vltima Ecclesia cum fideles vocati iam sint, plus scriptura quam miraculis nitetur. Quin etiam audacter dixerim, miracula omnia vana esse & inania, nisi scriptura approbentur, hoc est doctrinam habeant scripturæ conformem: scripturæ verò ipsa per se inuictissimum veritatis argumentum est. Nam

*Ioan. 10.* Ioannes signum fecit nullum, meruit tamen fidem  
*Ioan. 1.* tantus Dei testis, quòd secundum scripturam ostendit se esse vocem clamantis in deserto. Itaque summa est Catholicæ Ecclesiæ securitas, summa lætitia, quòd mysteria omnia quæ tenet, sibi per scripturarum seriem admirabiliter connexa sunt, nihilque in noua lege factum est, quòd in veteri non prædicatur faciendum: vt in modum coronæ sese oracula cœlestia cingant, sibi que mutuo instar Cherubin in Dei glorificatione respondeant. Ergo ipsa magnitudo & multitudo signorum ac prodigiorum Antichristi, diuina scriptura tanquam prodente paratas insidias, populo fidei & sapienti, erit asserti mendacij ineluctabile

*Ioan. 5.*  
*Ibidem.*  
*Rom. 1.*

*1. Corin.*  
*14.*

*Ioan. 10.*  
*Ioan. 1.*  
*Esai. 40.*

Et stabile argumentum, propterea quod scriptum est, *2. The. 2.*  
 aduentum illius fore secundum operationem Sa- *Mat. 14.*  
 thanæ, in omni virtute & signis, & prodigiis men-  
 dacibus. Et iterum scriptum est: dabunt signa & pro- *Apo. 13.*  
 digia magna atque iterum, & datum est illi ut faciat  
 signa magna. Quam ob rem stulti & cæci cupiditate  
 gloriæ; his pedicis capientur: Verum sapientes &  
 verbi Dei scientia præstantes, pro nihilo eiusmodi  
 omnes tendiculas ducent, cum frustra ponatur rete,  
 ut habet Salomon, ante oculos pennatorum. Atque *Prou. 1.*  
 hoc illud est, quod mirabilis Propheta Daniel de *Dan. 12.*  
 his nouissimis temporibus in fine altissimæ reuelationis  
 ponit. Impie, inquit, agent impij, neque intel-  
 ligent omnes impij, porro docti intelligent; quam  
 ob rem clausos signatosque sermones vsque ad præ- *Ibidem.*  
 finitum tempus Angelus dixit: Doctos autem & Dei  
 verbo potentes quasi splendorem firmamenti ful- *Psal. 118.*  
 gere, in perpetuas æternitates. Qui ergo absconde-  
 rit in corde suo eloquium Domini, non peccabit, ne-  
 que altitudo Sathanæ poterit eum perdere, qui sa-  
 crorum eloquiorum sententiam tenet.

*Futuros esse extremo Ecclesie tempore viros Apostolicæ  
 Sanctitatis. CAP. IIII.*

**I**A M verò ad præcipuas diuinæ prouidentiaë par-  
 tes pertinet, ut pro temporum necessitate, viros Ec-  
 clesie sue idoneos tribuat: ita cum primũ Euãgelium  
 fuit toto orbe vulgandum, aduersus summam po-  
 tentiam & inflatam sapientiam hominum tunc ma-  
 ximè de religione gloriantium, opponendum fuit  
 diuini spiritus igne inflammatum atque omnibus  
 modis inuictum Apostolicum pectus, quorum fuerit  
 primitiæ spiritus. Ita etiam cum Romani Imperato- *Rom. 8.*  
 res, in Christianum nomen acrius desæuirent, Mar-  
 tyrum

tyrum fortissimorum cuneus præclarissimus constitit. Nulla quoque ætas Ecclesiæ, aut plures; aut præstatiores sapiëntia Episcopos & Doctores tulit, quam cum est maximè veritas catholica oppugnata Ariannorum potentissima hæresi, cui non vrbes solum, sed prouinciæ, & imperia cessere. Videmus sanè stellarum admirabilem dispositionem, quæ per diuersas cæli plagas disseminatæ sunt: neque fulgentissimæ in vnum locum omnes coaceruatæ, sed vario tractu distinctæ, atque aliis minoribus intermixtæ pulcherrimam hanc totius cæli faciem efficiunt. Haud aliter in Sæctæ Ecclesiæ decursu, viros præcipua sanctitate & sapientia florentes Spiritus sanctus, cuius est cælos ornare, diuersis sæculis assignauit: eoque plures & eminentiores, quo magis necessarios nouit. Quare non est dubitandum, quin pro illa acerbitate maxima temporum, diuinitus seruari sint viri excellentissimi, atque ipsius Apostolicæ gloriæ propemodum æmuli. Ob quam illorum virorum laudem, sese iis annumerasse Paulû Apostolum, non improbabiler opinatur Anselmus, cum scribit ad Thessalonicenses, de illo extremo sæculo. Nos qui viuimus, qui residui sumus, non præueniemus eos qui dormierunt. Et si enim crescente tunc iniquitate, refrigescet multorum charitas, tamen illi ipsi qui tanta vi aduersantium ventorum, accéssum in se Dei spiritum non patientur extinguï, non poterunt non esse Dei amore ardentissimi; etenim violentus flatus vt flammam modicam extinguit, ita accendit ingentem. Quam illorum temporum conditionem altè contemplans Beatus Augustinus tanti illos viros facit, vt sese ac sui æquales præ illis contemnat ac pro nihilo ducat. Quæ quamquam est ex magna humilitate, propriaque illius patris, profecta laus, non ideo tamen non est

*Iob. 26.*

*Anselm.*

*1. The. 4.*

*Mat. 24.*

est habenda verissima. Verba Sancti Patris affigam. *Aug. 20. de civit. cap. 8.*  
 In eorum sane, inquit, qui tunc futuri sunt, Sancto-  
 rum atque fidelium comparatione quid sumus? quā-  
 do quidem ad illos probandos tantus solvetur ini-  
 micus, cum quo nos ligato, tantis periculis dimica-  
 mus. Hippolytus quoque, quē Hieronymus in libro  
 scriptorum Ecclesiasticorum refert, ita de Sanctis  
 illius ultimi temporis loquitur. O beatos, qui tunc *Hippo. de  
 tyrannum illum deuicerint? Quippè prioribus mar-  
 tyribus illustriores, & sublimiores declarandi sunt: consum.  
 faculi.*  
 Propterea quod superiores martyres Diaboli satel-  
 lites superarint. Hi verò ipsum filium perditionis ex-  
 pugnarint, ac victoriam reportarint. Quibus igitur  
 encomiis & coronis non ornabuntur à Rege nostro  
 Iesu Christo? Hæc Hippolytus. Quod si Ecclesia *Can. 6.*  
 Christi est acies ordinata castrorum, quemadmo-  
 dum in diuino epithalamio canitur, atque in acie ut  
 solet esse præcipua gloria primorum, ita secunda vel  
 par extremorum, qui totum agmen absoluunt &  
 muniunt; quis dubitet Imperatorem nostrum stre-  
 nuissimos milites incolumen Ecclesiæ reseruasse,  
 vbi Diaboli & satellitum eius fortissimum impe-  
 tum futurum videt? Quæ verò merita quæ gloria sit  
 illorum Christi seruatorum, qui cum Antichristo pu-  
 gnabunt, declarant satis diuinæ literæ. In Daniele *Dan. 11.*  
 quidem legimus, Populus sciens Deum suum, ob-  
 tinebit & faciet, & docti in populo docebunt plu-  
 rimos: & ruent in gladio, & in flamma & in cap-  
 tiuitate & in rapina dierum. Et de eruditis ruent, ut  
 conflentur, & eligantur, & dealbentur vsque ad  
 præfinitum tempus. Quæ de Antichristi tēpore dicta  
 Ecclesiastici expositores intelligūt. Illa verò certif-  
 simè: Vade Daniel, quia clausi sūt signati que sermo-  
 nes vsque ad præfinitū tempus. *Dan. 12.*  
 Eligentur, & dealba-  
 buntur,

buntur, & quasi ignis probabuntur multi: & impij agent impiè, neque intelligent omnes impij, porro docti intelligent, & à tempore cum ablatum fuerit iuge sacrificium & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta. Hæc manifestissimè de persecutione Antichristi dicta sunt, in qua dicit multos esse probandos & tamquam igne argentum, esse dealbandos & à purissimi electissimique metalli pretium perducendos. Cui Ioannes concinit cum de bestia immani tyrannide agens veluti exclamat: si quis habet aurem audiat. Qui in captiuitatem duxerit, in captiuitatem vadet, qui gladio occiderit, oportet cum gladio occidi. Hic est patientia & fides Sanctorum. Mirabiliter enim emicabit illa fides tot aduersarij signis oppugnata, nec victa: illa patientia, immanissimè afflicta ac discruciatata at minime cedens. Ergo perfectos viros, quales tempora durissima postulant, ætas Ecclesiæ vltima proferet, quibus regnum Christi sempiternum profli-gato huius Mundi principe gloriosissimè cedat.

*Quod de aduentu Eliæ & Enoch sub tempora  
Antichristi, quidam dubitent.*

## C A P. V.

SE D præter hæc, quæ quamuis sint magna per se, stamen sunt quodammodo omnium temporum cõmunia præsidia erit singulare quoddam & in illum supremum laborem Ecclesiæ sanctæ munus diuinitus præparatum. Nulla ætas vidit, antiquos Prophetas iterum ad res humanas rediisse & Samuel quidem sollicitatū se à Saule pythoniæ interpellatione, quāuis ad breue tēpus ægre tulit: Apostoli autē Petr<sup>o</sup> & Iacob<sup>o</sup>, & Ioānes p̄ magno Dei munere

acce



acceperunt, quod Moysem & Eliam tantisper con-  
 tueri, & audire meruerunt: literas quoque Eliæ iam *2. Par.*  
 ab hominibus rapti accepit & legit Soram Rex Is- *21.*  
 raël, sed quæ triste nuntium diuinę vindictę impen- *Mat. 27.*  
 dentis afferrent. Sanctorum etiam corpora complu-  
 rium surrexerunt, & post excitatum à mortuis Chri-  
 stum, venerunt in ciuitatem sanctam & multis ap- *Marc. 6.*  
 paruerunt. Verum humanam consuetudinem cum *Matt. 16.*  
 hominibus minime habuerunt. Ioannem Baptistam  
 surrexisse Herodes existimauit, eundem Christum  
 & Ioannem putans: plebs Iudæorū imperita Eliam,  
 aut Hieremiam aut de veteribus aliquem in mun-  
 dum rediisse iactauit, cum Christi opera admirabi-  
 lia videret. Verum re ipsa ad humanę mortalisque  
 vitę consuetudinem Sanctorum aliquis reuocatus  
 est nunquam: nunquam ad nostra hæc sunt reuersi  
 qui melioribus illis cælestibus assuerunt. At ætate  
 mundi iam intereuntis extrema, mittentur diuinitus  
 excellentes viri Deoque imprimis chari Elias & E-  
 noch, vt corda filiorum nutantia ac pene deficientia  
 confirmet & ad patrum primorum Apostolorum  
 Christi, firmissimam fidem constantiamque con-  
 uertant. Hoc Dei munus tam rarum, tam inusitatum,  
 quidam non capiunt, & quæ humana est imbecillitas,  
 minime credunt. Itaque non desunt, qui Eliæ &  
 Enoch aduentum sub tempora Antichristi velut  
 somnium fabulamque contemnant, nihil de hoc  
 certi haberi censentes: sed opinionem esse quorum-  
 dam tantum piam, nullo solido scripturę fundamen-  
 to nixam: neque opus esse prædicatione Eliæ & E-  
 noch, cum tot patres in Ecclesia extiterint, qui Fi-  
 dem catholicam satis & prædicarint, & vitę sancti-  
 tate signisque clarissimis illustrarint. Quorsum e-  
 nim tam longa ætate dormirent illi viri, tot sæcula

expectantes? quorsum miseræ huius vitæ iterum molestias sunt experturi? vt Enoch per annos quater mille, Elias per ter mille & amplius laterint, prodituri in scenam, cum iam se esse homines pene obliterati sint, ecquid viros egregie meritos ac sibi vehementer charos Deus tanto tempore destitueret, & à dulcissimo beatæ vitæ consortio relegaret? Quod si homines magni pro illa tempestate Deo necessarij sunt, vt causam illius agant, partesque tueantur, an est diuina infirmata potentia, vt non possit tales creare tunc, nisi veteres ad suppetias sibi ferendas reuocet? An non potest Deus de lapidibus suscitare filios Abrahæ?

*Mat. 3.*

*Quod concors sit patrum sententia Eliam & Enoch venturos vltimo tempore.*

## C A P. VI.

*1. Cor. 2.*

*Rom. 2.*

*Sap. 9.*

*Eesai. 40.*

*1. Cor. 1.*

**H**Æc homines disputant, qui cum sua ignorent, tamen audent consiliorum Dei esse censors. Nam quæ hominis sunt nemo nouit, nisi spiritus hominis qui in ipso est: & quæ Dei sunt, nemo nisi spiritus Dei qui est in ipso, qui & reuelat quæ vult, quibus vult. Quis enim consiliarius eius fuit? aut quis nouit consilium Dei? Nonne stultam fecit Deus sapientiam huius mundi? Ea ergo quæ Dei voluntas sola potest facere vel rata vel irrita, humanis ratiunculis meriri velle atque supponere, nihil est aliud quam insigniter delirare. Quis ferret futorem aut laniû de Philippi futuris nuptijs, aut de amplissimo præfulatu, vel legatione primaria, quid post triennium esse futurum, ratiocinantem, & quæ ipsos proceres laterent, certo pollicentem? Abeant, qui suspiciunculas suas pluris faciunt, quam confirmatissima dicta

dicta sanctorum Patrum, vel potius ipsius spiritus Sancti. Neque enim hæc scholasticorum est tantum opinio, Thomæ, Bonaventuræ, Richardi, & similibus, quorum tamen si sola esset assertio plurimi facienda esset, quo tempore præsertim contra hæreticorum perfidiam scholasticæ doctrinæ præsidium maximè opponitur: cum vero & Sactorum omnium antiquorum sit plena consensus, & catholicæ Ecclesiæ perpetua traditio, & scripturæ demum certa sententia, qui de Eliæ & Enoch aduentu dissentiat, aut etiam dubitet, eum vel summa imperitia, vel errore nullo modo ferendo laborare, non equidem ambigam. Ac primum de Elia quoniam notius & certius est paucas de multis veterum Patrum sententias proferam, quibus tanquam catholicam veritatem illius aduentum confitentur. Augustinus quidem in illo præclaro opere de civitate Dei sic: Per hunc Eliam magnum celeberrimumque prophetam, exposita sibi lege ultimo tempore ante iudicium: Iudæos in Christum verum credituros celeberrimum est in sermonibus cordibusque fidelium. Profecto non potest esse celeberrimum fidelium cordibus, quod falsum incertumque sit. Idem in eodem opere, colligens quæ sunt certa de futuris temporibus, in illo iudicio vel circa illud iudicium has res didicimus esse futuras. Heliam Thesbitem, fidem Iudæorum, Antichristum persecuturum: Christum venturum iudicaturum, mortuorum resurrectionem & cætera, ubi nemo non videt qua fide sanctus hic pater tene-ri velit Eliæ aduentum, qui illum coniungit cum Antichristi persecutione, Christi aduentu, & mortuorum resurrectione, & inter hæc certæ fidei documenta connumerat. Chrysostomus passim rem certissimam facit, præsertim in Homilijs super Matthæum.

Hæc

*S. Tho. r.  
p. q. 102.  
a. 2. 3. 6  
3. p. q. 49.  
a. 5. Ri-  
car. de  
Sanct. in  
Apo. lib.  
3. par. 2.  
c. 7.*

*Aug. 20.  
de Civit.  
c. 29.*

*Aug. lib.  
20. de Ci-  
uit. c. 80.*

*Chryso. st.  
hō. 58. in  
Matt.*

Hæc Hieronymi, Theophylacti, & Hilarij sententiã cum verba Christi apud Matthæum de Elia venturo enarrant, quæ mox excutiemus. Omnibus his super-

*Iustin. in  
colloq. cū  
Trypho.  
Iud.* prior Iustinus Martyr: Noster quoque Dominus hoc ipsum inter cætera docuit, venturum olim Eliam, & id ita fore scimus, quando in gloria de cælis dominus noster veniet: cuius etiam priorem aduentum præcessit Dei spiritus, qui in Elia fuerat, in Ioanne

*Tertul. li.  
aduersus  
Iudaos.* Propheta vestri generis: post quem nullus alius Propheta apud nos extitit. De Enoch vero sic Tertullianus in libro aduersus Iudæos: Enoch iustissimum, non circumcisum neque sabbatizantem de hoc mundo transtulit, qui necdum mortem gustauit, vt æternitatis candidatus iam nobis ostēderet, nos quoque sine legis onere Moyse, Deo posse placere. De eodem in tractatu de Sion & Sina inter opuscula Cy-

*Cyprian.* priani sic scribitur: Enoch, qui ante diluuium Deo iustus complacuit, & ideo de isto mundo in carnis suæ natiuitatem viuus translatus est in loco vbi Deus scit: ex quo loco consummationem Mundi innouare habet in hoc mundo; vnde etiam translatus est ad confundendum & reuicendum Antichristum. De vtriusque autem aduentu sub tempora Antichristi, ex Ecclesiæ traditione scribunt antiquissimi Patres,

*Irenæus.  
li. 4. c. 30.* Iustinus, Irenæus, Hippolytus, Tertullianus, qui ab Apostolis videntur edocti, & per manus posteris tradidisse: quorum vestigijs insistant posteriores patres, id tanquam exploratum repetit sæpe numero Gregorius Papa in suis moralibus, præsertim in lib. 9. & 14. & 15. cuius quoniam notissima sunt verba non recito. De vtriusque item aduentu ad Antichristum oppugnandum D. Ambrosius super psalmos, & B. Damascenus in 4. lib. de fide Orthodoxa. Atque vt hanc fuisse constet, vt dixi, ab Apostolis

ipsis

ipsis traditam doctrinam, quæ per manus accepta  
 semper in Ecclesia certa habita sit, Irenæi longiuscu-  
 lam orationem repetere non moror. Enoch, inquit,  
 in libro contra hæreses. 5. placens Deo, in quo pla-  
 cuit corpore translatus est, translationem iustorum  
 præmõstrans. Et Elias sicut erat in plasmata substan-  
 tia assumptus, assumptionem patrum prophetans, &  
 nihil impedit eos corpus in assumptione & transla-  
 tione eorum, per illas enim manus per quas in initio  
 plasmati sunt, per ipsas & assumptionem & transla-  
 tionem acceperunt, assuetæ enim erant in Adam ma-  
 nus Dei cooptare & tenere & baiulare suum plasma  
 & ferre & ponere ubi ipsæ vellent. Vbi ergo prius  
 positus est homo scilicet in paradiso quemadmodum  
 scriptura dicit, & plâtauit Deus paradysum in Edem  
 contra Oriëtem & posuit ibi hominem quam plas-  
 mauit & inde proiectus est in hunc Mundum non  
 obediens. Quapropter dicunt Presbyteri qui sunt  
 Apostolorum discipuli, eos qui translati sunt, illuc  
 translatos esse, iustis enim hominibus & spiritum ha-  
 bentibus præparatus est paradysus, in quem & Apo-  
 stolus Paulus asportatus audiuit sermones inenarra-  
 biles quantum ad nos in præsentibus: & ibi manere eos  
 qui translati sunt vsque ad consummationem, cons-  
 pirantes in corruptelam. Quibus Irenæi nobis doce-  
 mur Apostolorum fuisse traditionem Enoch & Eliam  
 adhuc viuere in corpore, deinde in paradiso terre-  
 stri, ubi Adam fuit, eos esse: tamen seruari eos vsque  
 ad consummationem mundi: Ex his primum illud,  
 Enoch inquam & Eliam nondum gustasse mortem,  
 sed adhuc in proprijs corporibus esse superstites, nõ  
 posse in dubium reuocari salua fide, affirmat Augu-  
 stinus in libro de peccato originali, quod etiam Hie-  
 ronymus, Athanasius, & Epiphanius certum asserit,  
 illud

*li. 15. c. 6.  
 Hom. 12.  
 in Exech.  
 Ambr. in  
 Psal. 45.  
 4. ad  
 Rom.  
 Damasc.  
 lib. 4. ca.  
 27.  
 Irenæus  
 lib. 1. ad-  
 uersus  
 hæres. ca. 5.*

*Gen. 3.*

*Aug. lib.  
 2. de pec-  
 ca. orig. c.  
 23. Hie-  
 ron. ad Pæ*

*mach. de erroribus Ioan. Athan. l. de Syn. Nican. Epipha. li. 2. har. 64. Augu. de Gen. li. 9. ca. 6. Tertul. l. de Anima. Hippo. li. de Anci. Ambros. in 4. ad Rom. Hilar. in 17. Matt. Dent. ultimo. Iuda. 1. 4. Reg. 2. Heb. 11. Gen. 5. Ecclef. 4. \* 4. Reg. 2. 2. Par. 21. Mal. 4.*

illud alterum esse eos modo in paradiso vbi Adam fuit, dicit esse sub dubio. Redituros vero ambos ad hanc vitam vt debitum humanæ naturæ morte persoluant, docet in libro de Genesi ad literam. Quod etiam Tertullianus & Hippolytus & Ambrosius docent, atque est recepta sententia. Quod autem Hilarius Eliam & Moysem venturos dicit in fine, nos commouere non debet. Nam de Elia cum cæteris & ipse consentit: de Moyse peculiarem sententiam sequutus est propterea quod cum Elia in transfiguratione domini apparuit. Verum scriptura Moysem nusquam docet esse translatum, quin potius defunctum & narrat & illius corpus ab Archangelo aduersus diabolum defensum, Eliam vero & Enoch apertissimè translatos docet, vt certo colligamus hos duos esse ad fidem temporum reseruatos.

*Quod salua fide scripturæ canonica, non possit negari Elia aduentus ante iudicium.*

## C A P. VII.

**N**EQVE enim opinioni hominum, si penitus consulatur, rem tantam canonica scriptura dimisit, sed manifestè narrat de \* Elia raptu, & vita, & literis post annos à raptu plures quam octo, vt ex varijs locis scripturæ diligenter collatis colligere licet, ad Regem Ioram filiū Iosaphat in Iuda regnantem directis. Mortem Eliaë nūquam narrat, vt esse eum superstitem intelligamus, locus autem illustris est apud Malachiã, qui volumen suū ita claudit Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetã, antequam veniat dies Domini magnus & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum: ne forte veniam, & percutiam terram anathemate. De Elia illo vero in cælum raptu, non de

de Ioanne Baptista ( vt quidam contendunt ) Malachia esse sermonem declarat satis expositio veterum Patrum. Augustinus quidem, etiam septuaginta interpretum lectionem affert, vbi illi non Eliam prophetam sed Eliam Thesbitem vertunt, vt exploratò sciamus de vero Elia hæc dici. Hieronymus quoque in commentarijs eius prophetæ, idem sentit, quanquam obscurius in fine loquitur. Sed Chrysostomus insigniter eos refellit, qui ad Ioannem Baptistam Malachia verba contorquentem quòd Thesbitem Eliam nominet, cum Ioannes Thesbytes non fuerit, tum quòd prænuntium dicat Eliam ante diem Domini magnum & horribilem, dies autem horribilis non in priore aduentu sed in posteriore ad iudicium intelligitur: tandem quod ait, ne percutiam terram simul ( vt ipse legit ) aut anthe-  
mate, vt nos, non potest ad priorem Domini aduentum referri, quando filius hominis venit non vt perderet mundum, sed vt saluaret, in posteriore autem veniet, vt iudicet & percutiat imparatos, sicut in diebus diluuij, vt ipse exposuit: Ergo illustrissima prophetia Malachia nullo potest fuce obscurari: ex cuius lectione celebris apud Iudæos opinio habebatur de Elia ante Christum venturo. Vnde cum non discernere duos Christi aduentus, interrogabant Ioannem an ipse esset Elias? & Christum alij Eliam ferebant: Et Apostoli ipsi Domino quæstionem mouerunt, post Heliam visum in monte: Quid ergo dicunt scribæ, quod Eliam oportet venire primum? excitati enim conspectu tanti viri & vulgatam de eo repetentes memoria opinionem, scire cupiebant, vtrum ne vera esset Iudæorum sententia. Quæ si vera foret: quid illis respondendum esset, qui Christum idcirco se non recipere causa

*Aug. lib.  
20. Cini.  
ca. 29. &  
30.*

*Hierony.  
super  
Mal. 4.  
Chrysof.  
ho. 58. in  
Matt.*

*Ioan. 3.  
Mat. 24.*

*Ioan. 1.  
Mat. 16.  
Mat. 17.*

causabantur, quod Elias non præcessisset eius aduentum, sicut erat à Propheta prædictum. Huic non simplici Apostolorum dubitationi, breuiter, sed dilucidè Magister satisfacit, vtramque partem quæstionis aperiens: Elias quidem, inquit, venturus est, & restituet omnia: quibus verbis satis approbat atque confirmat opinionem Scribarum & Phariseorum de Elia Thesbite ante Christum venturo, & quid acturus sit indicat: Nam restitutum omnia dicit, hoc est veterem & collapsam religionem reuocaturum in integrum. Sed ne infidelitati suæ Iudæi velut iustam excusationem prætexerent, continuo adiecit: Dico autem vobis quia Elias iam venit, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eo quæcunque voluerunt: Sic & filius hominis passurus est ab eis. Quod propterea dictum est, quod Ioannes Baptista venit in spiritu & virtute Eliæ, vt Angelus pronuntiauit. *Matth. 17.* *Luc. 1.* *Matth. 11.* *Mar. 9.* *Mal. 4.* Quam rem Iudæis ipsis palam Dominus explicauerat, cum de Ioanne magnifice verba faceret, & si vultis, ait, recipere, ipse est Elias, qui venturus est: qui habet aures audiendi audiat, ita significans mysticum, nõ autem verum hunc esse Eliam. Malachiam autem de vtroque Elia & mystico & vero prophetasse apud Marcum Christus ostedit. Elias cum venerit primo, restituet omnia, & quomodo scriptum est in filium hominis, vt multa patiatur & contemnatur. Sed dico vobis quia & Elias venit, & fecerunt in eum quæcunque voluerunt, sicut scriptum est de eo. Hic Eliam & venturum esse & venisse, sicut scriptum erat de eo Christus affirmat. Quare qui vel Malachiæ vel Evangelij verba de Elia, ad solum Ioannem Baptistam referenda volunt, multum illi falluntur, cum perspicuè, sicut duplicem suum aduentum distinguit, ita duplicem Eliam sibi vel præisse vel præiturum, distinctè doceat.



doceat. Hanc esse germanam loci Evangelici explanationem qua tradidimus, vt plane discat, qui volet, legat colloquium Iustini Martyris: vbi Tryphon Iudæus obiicit, Iesum non fuisse Messiam, quod Elias nondū venerit, quem oportet venire ante Christum. *Iust. marty. in colloq. Tryph.*

Cui respondet Iustinus: vere quidem Eliam Thesbitem venturum ante Christum, secundum prophetiam, sed illam de secundo aduentu debere intelligi. Namque ante primum Ioannes Baptista venit in spiritu Eliæ. Itaque quod Apostoli de Iudæorum sententia rogauerunt, hoc Tryphon Iudæus de sua opposuit. Et quomodo Christus Apostolis respondit, hoc etiam modo Iustinus Tryphoni satisfecit. Denique certam de Elia in fine venturo fidem facit Ecclesiastici autoritas, quæ canonica est in Ecclesia Dei, in eo libro autor de Elia sic scribit. Qui scriptus est in iudiciis temporum, lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filium & restituere tribus Iacob. *Ecccl. 48.* Hæc qui de Ioanne, non de vero Elia dicta contendit, delirat planè, cum proximè dixerit: Qui receptus est in turbine ignis, in curru equorum igneorum. Itaque ille ipse qui raptus est curru igneo, inscriptus est, hoc est, designatus vel prænuntiatus à Malachia, in iudiciis vel indiciis temporum, quibus illa momèta, quæ soli Deo sunt nota in patris posita potestate insinuant, lenire iracundiam Domini, conciliare cor patris ad filiū, vt Malachias expressit, & restituere tribus Iacob, quod Christus dixit, restituet omnia. Hunc autorem de Malachia testimonio loqui, & certum est & omnes confitentur. De Elia autem Thesbite in fine venturo vaticinari, qui non videt, cæcus est. Nam quòd quidam ita hunc locum eludere volunt, vt fateantur quidem sapientem de testimonio Malachia loqui, illud autem Elia Thes-

M m bita

bitæ accommodare non secundum veritatem, sed secundum vulgi opinionem, adeo mihi videtur absurdum, vt nihil supra. Quid enim stultius quam excellentem Prophetam aliena laude ornare? quid vero insanius quam autorem canonicum & scripturæ canonicæ cōditorem, vel falsum esse putare, cum de Elia Thefbite intelligit, quæ de Ioanne Baptista sunt dicta, vel certe sefellisse, cum aliena præconia ipsius haberi propria vult, idque propter vulgi tantam ita opinantis errorem? Absit à catholico viro tam absurda sententia. Quam ob rem Cornelius ipse qui in Ecclesiastici commentariis conatus est defendere, nulla scriptura canonica certò conuinci Eliam in Mundi fine venturum, atque ea quam posui interpretatione Ecclesiastici locum eludit, concludens non esse de fide Eliam venire ante diem Iudicij: re melius postea considerata in concordia Evangelica, quod opus posterius est, scripsit sententiam esse Catholicæ Ecclesiæ, quæ non possit salua fide negari. Atque ipsas scripturæ auctoritates secundum Patrum antiquorum expositiones & veram germanamque intelligentiam, abunde monstrare Eliam non in spiritu solum vt in Ioanne Baptista, sed in persona etiam vere esse venturum, grauiter idem scriptor docteque confirmat. Quare si mea alicuius est pretij censura, non dubitarem equidem, sententiam Eliæ aduentum in fine negantem, non solum inter improbabilēs, sed inter temerarias quoque, atque etiam erroneas planè numerare.

*Cornelius  
Iāsenius  
in ca. 48.  
Ecclis.*

*Idem in  
concord.  
Euange.  
cap. 68.*

*Quod scriptura etiam Enoch venturum ante iudicium  
aperte tradat. CAP. VIII.*

**D**E Enoch verò, quamquam non ita expressa tamen certa sunt scripturæ quoque testimonia.  
Primum

Primum in Genesi, vbi legimus. Ambulauit Enoch *Genes. 5.* cum Deo & non apparuit, quia tulit eum Deus: Vbi satis docemur, hunc præ cæteris è præfenti sæculo raptum in eadem carne mansisse, quod perspicuum reddit Apostolus scribens ad Hebræos: Fide Enoch translatus est, ne videret mortem, & non inueniebatur, quia transtulit illum Deus: ante translationem enim testimoniū habuit placuisse Deo. *Hebr. 11.* Quod si translatus Enoch viuit, profecto ob rem aliquam gerendam tamdiu seruat<sup>9</sup> est. Id quod in Ecclesiastico explicatum legimus. Enoch placuit Deo & translatus est in paradysum, vt det gentibus pœnitentiam. Nihil amplius requireret suaue & docile ingenium. *Ecc. 44.* Sed vt sunt hominum dura & libera ingenia, non desunt etiam eruditi, qui nihil ex isto loco elici dicant ad Enoch aduentum certo comprobandum. Mihi vero permolestus est eorum labor, qui cum dogmata Ecclesiæ non negent, vel certe se non negare profiteantur, infirmant tamen, quo ad possunt, atque extenuant fundamenta scripturæ, quibus catholica doctrina nititur, quod Erasmo Roterodamo aliàs per sæpe, viro autem egregie catholico & erudito Iansenio, hic accidit. Contendit hic parum aut nihil valere testimonium ad rem de qua agimus. Græca enim ita habere: Enoch translatus est in exemplum pœnitentiæ generationibus. Itaque illud in paradysum, ab interprete Latino de suo additum, vt det vero gentibus pœnitentiam, vel non extare in græco vel hunc habere sensum, vt sit in exemplum pœnitentiæ, quod nihil aliud insinuat, quam ex insigni remuneratione & beneficio in Enoch collocato, prouocari impios ad Deum colendum, & peccata deserendum. Quæ disputatio istorum, penè mihi stomachum mouet. Nam quam sit insulsa ratio,

ideo translatum vt pœnitentiam discerent genera-  
 tiones, facile quibus intelligit. Cum enim ad requiem  
 vocatus sit, atque ad vitam longè iucundissimam, id-  
 que non ex facinoris alicuius ante acta pœnitentia,  
 sed potius ex vita integre atque innocenter ducta,  
 quod nam obsecro pœnitentiæ, exemplum est isthuc?  
 Quod si propterea exemplum est pœnitentiæ, quod  
 in illo homines cernunt Dei munera, ista ratione in  
 exemplum potius erit innocentiæ, aut fidei vt vult A-  
 postolus: Erit in exemplum spei, religionis, iustitiæ,  
 Charitatis: erit denique omnia, & nihil erit, quia ni-  
 hil peculiare illi factò tam insigni tribuitur. Iam ve-  
 ro quod ad Græcica prouocat, nos vix semilatini,  
 longe pluris facimus nostram hoc est vulgatam edi-  
 tionem, Ecclesiæ catholicæ in Tridentina Synodo  
 auctoritate munitâ. Neque conturbat nos nullo mo-  
 do, si vocula quæpiam absit in græco aut Hebraico,  
 qui ex Augustino & Hieronymo, imo ex ipso Luca  
 & Paulo, didicerimus, spiritû sanctum etiam inter-  
 pretibus ab Ecclesia probatis adfuisse, eundem qui  
 primos scriptores afflauerit. Qua ex re videmus plu-  
 rima testimonia in Apostolo & in Luca ex trãslatio-  
 ne septuaginta recitari, quæ tamen non verbis solum  
 sed etiam sensibus, in Hebraico non mediocriter di-  
 screpent, vt aliàs Deo duce ostendimus. Sanctos  
 quoque Patres cernim⁹ vtramque lectionem, valde  
 inter se sæpè dissidentem, exponere tamen, atque vt  
 sacram prætermittere non audere. Quod Hierony-  
 mus propemodû semper facit: Gregorius atque Au-  
 gustinus interdum, Retineamus ergo atque vendi-  
 cemus optimo iure auctoritatem nostræ lectionis, &  
 tamquam spiritus sancti, vt est verè, oraculum au-  
 diamus: Enoch translatus est in paradysum, vt det  
 gentibus pœnitentiam, atque hinc certè discamus,  
 ideo

*Hebr. 11.*

*Conc. Tri-  
dē sess. 4.*

*Aug. 18.  
de ciuit.  
c. 42. &  
lib. 20. c.  
28. Hier.  
in prolog.  
super Pa-  
ralipo.  
Lucas &  
Paul⁹ nõ  
raro sep-  
tuaginta  
trãslatio-  
ne vtun-  
tur & si  
Hebr. a-  
liter ha-  
bent.*

ideo translatum ut det poenitentiam: poenitentiam verò dare, quid sit, scriptura nos satis docet, excitando monendo, arguendo fieri, sicut de Ioanne Baptista dictum est: Præbis ante faciem Domini parare vias eius ad dandam scientiam salutis plebi eius in remissionem peccatorum eorum. Hoc igitur modo & scientiam salutis & poenitentiam gentibus dabit Sanctus Enoch suo tempore. Luc. i.

*In Apocalypsi aperte aduentum & prædicationem mirabilem Elia & Enoch ostendi.*

## CAP. IX.

**N**EQVE enim in fines temporum servatos esse hosce duos viros coniectura humana, sed divina potius auctoritate tenemus, de quibus sine dubio prophetatum est in Apocalypsi Ioannis hoc modo. Civitatem sanctam calcabunt gentes mensibus quadraginta duobus. Et dabo duobus testibus meis, & propheta-bunt diebus mille ducentis sexaginta, amicti saccis. Hi sunt duæ oliuæ, & duo candelabra in conspectu Domini terræ stantes. Et si quis voluerit eos nocere, ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorū, & si quis voluerit ipsos lædere, sic oportet eum occidi. Hi habent potestatem claudendi cælum, ne pluat diebus prophetiæ ipsorum, & potestatem habent super aquas conuertendi eas in sanguinem, & percutere terrā omni plaga quotiescunque voluerint. Et cum finierint testimonium suum, bestia quæ ascendit de abyssu faciet aduersum eos bellum &c. Præclara hæc de duobus excellentibus heroibus, qui veritatem Dei admirabili potentia asferturi sunt, quorum tanta apud Deum merita prædicantur, ut oliuæ duæ à Zacharia laudatæ, & candelabra duo lucentia ante maiestatem Dei censeantur, Apoc. ii. B. Prosper in li. de præd. part. 3. à ca. 6. usque ad 10. tract. hoc argumētum, atque ea oīa, quæ hic scribimus, copiose confirmat.

M m 3 qui

qui dies mille ducentos sexaginta, hoc est annos tres  
 & dimidium prædicationem suam expleturi sint, &  
 tum vitæ austerissimæ exemplo mortales ad pœni-  
 tentiam & mundi contemptum, saccos induti vilis-  
 simos, prouocantes, tum signorum magnitudine  
 impios perterrefacientes, tandem bestię quæ ascen-  
 dit de abyſſo, quam esse Antichristum alio capite  
 clarissimè demonstrat, bellum spirituale indicent,  
 ac fortissimè dimicabunt. Hæc inquam omnia nisi  
 de Elia & Enoch, intelligi nullo pacto possunt. Nam  
 quod in scholiis cuiusdã legi, duos istos testes, fuisse  
 Christum & Ioãnem Baptistam, qui annos tres cum  
 dimidio prædicarint, adeò est ineptum, vt refellere  
 p̄geat. Si enim hi duo testes sunt Christus & Ioan-  
 nes, quomodo horum Dominus crucifixus est, quod  
 statim subditur? An Christi Domini Dominus cru-  
 cifixus est; an Ioannes etiã Baptista surrexit post tres  
 dies & dimidium, quod de istis duobus testibus di-  
 citur? An Christi corpus iacuit in sepulchro vsque ad  
 resurrectionem, quod ibidem affirmatur? Missa et-  
 go vel stolida vel impia interpretatione, piam & ve-  
 racem Sanctorum Patrum expositionem amplecta-  
 mur; qui vno cõsensu de Elia, & Enoch illa Prophe-  
 tari certissimum ducunt. Gregori⁹ quidem Papa ita  
 scribit: Hinc est, quod duo illi prædicatores eximij  
 dilata morte subtrahiti sunt, vt ad prædicationis ve-  
 sum in fine reuocentur, de quibus per Ioannem di-  
 citur: Hi sunt duæ oliuæ & duo candelabra in con-  
 spectu domini terræ stantia, quorum vnum in Euan-  
 gelio per semetipsam veritas pollicetur dicens: He-  
 lias venturus est, & restituet omnia. Sanctus verb⁹  
 Ambrosius hoc modo. Nam & bestia illa Antichri-  
 stus ex abyſſo ascendit, vt aduersus Eliam & Enoch,  
 qui propter testimoniũ Domini Iesu terris sunt red-  
 diti,

diti, præliaretur, vt legimus in Ioannis Apocalypsi. Eodem modo explanat Hippolytus, cuius Hieronymus meminit, scribens super Daniele, nisi quod Eliæ & Enoch adiungit Ioannem Apostolum quod Ecclesia non satis approbat. Ex his autem patribus qui lectione dignos commentarios in Apocalypsim ediderunt, præcipui habentur Beda venerabilis, Richardus de Sancto Victore, quem ego maximè probo, & Thomas Aquinas. Extant etiam Ambrosij, quos quamuis Mediolanensis illius non esse mihi sit certum, tamen dignissimos lectu iudico. Hi omnes iuxta historiæ & literæ sensum de persecutione Antichristi, & prædicatione duorum Prophetarum Eliæ & Enoch scriptum esse consentiunt. Hieronymus quoque scribens in Zachariam vltimam sententiam recitat eorum, qui duo illo candelabra & duas oliuas dicunt Eliam esse & Enoch, vt habet Ioannis Apocalypsis. Quamquam in epistola ad Marcellam idem non satis rem exploratam putes. Quare cum & serie ipsa scripturæ satis per se apertum sit, & à maioribus nostris congruenter explicetur, neque sit quod ab horum sententia nos reuocet, superuacaneum est de re notissima ampli⁹ disputare.

*Beda in  
Apoc. c.  
11.*

*Richard.  
de S. Vi-  
ctor. l. 3.  
par. 2. S.*

*Thom. in  
11. Apoc.*

*Hiero. in*

*4. Zach.*

*Idem ad*

*Marcel.*

*in 3. To.*

*Ad quid venturi sint Elias & Enoch, quod Iudei videantur minimè conuertendi.*

## CAP. X.

**Q**VI N potius doctrina catholicæ Ecclesiæ de futura Eliæ atque Enoch prædicatione firmissimè retenta, quærere pergamus, quem sit habitura euentum tantorum Prophetarum ad mortalem vitam regressio. Nam sine eximio aliquo fructu rem tantam tot retro sæculis esse prouisam, minimè con-

*Eccel. 44.*  
*48.*  
 sentaneum est. Videtur verò mihi scriptura posuisse  
 distinctè vtriusque proprium munus. Et Enoch qui-  
 dem dicit seruari vt annuntiet gentibus pœnitentiam.  
 Heliam verò vt restituat tribus Iacob: Pro-  
 fus bene atque ex ordine. Sumptus est enim Enoch  
 de gentibus, hoc est de præputio, cum ea lex solum  
 vigeret, quæ erat naturaliter inscripta cordibus ho-  
 minum. Itaque ad hunc propriè pertinebit, quæ  
 nondum Euangelio manus dederint gentes, illas  
 vocare ad Christi admirabile lumen. Heliam verò  
 de Hebraico populo extitisse nouimus, cui conuer-  
*Galas. 2.*  
 tendo operam optimam daturus est. Ac fortassis vt  
 in exordio Ecclesiæ Petrus & Paulus dexteras sibi  
 dederunt, vt alter in circumcisione, alter in genti-  
 bus, Christi Euangelium euulgaret, quamquam in  
 vtroque vtrumque, & laborasse & fructificasse co-  
 piosissime constat, ita duo illi insignes Prophetæ,  
 quatuor omnibus Christi fidem annunciaturi sint,  
 tamen agnoscent inter se partes suas, vt in suum  
 quisque munus maximè incumbat. Mox verò pœra-  
 cto diuinitus demandatæ prouinciæ curriculo, cum  
 & gentes alter vocarit, vt in toto orbe omnibus gen-  
 tibus patefactum iam sit Euangelium Christi, & al-  
*Mal. 4.*  
 ter Israëlitiçi populi reliquias ad Deum Patrum  
 suorum conuerterit, & filios concordēs patribus, vt  
 habet Malachias, effecerit, tunc coniunctis viri-  
 bus, simul veritatis improbissimum aduersarium  
 aggredientur. Quis illorum præclarissima prælia  
 pro Christi gloria conspiciet? Quis ardorem aduer-  
 sus hostes veritatis? Quis tentatas cruciatibus, op-  
 probriis, atque omnib⁹ diaboli machinis, sed semper  
 inuictas, atque omni tartareo satellitio superiores, il-  
 las excelsas animas nõ summa veneratione atque im-  
 pensissimo studio prosequatur? Verū de his postea.  
 Nunc



Nunc quod institueram dicere, expedienda est non facilis quæstio: sint ne Iudæi in fine Eliæ ministerio redituri ad fidem Christi, nec ne. Quod si extremis id temporibus peragendum est, qui sit, vt Iudæos maxime, Antichristum esse sectaturos sancti patres pene omnes affirmant. Valde enim inter se pugnant hæc: Iudæos in fine ad Christum per Heliã redituros & Iudæos per Antichristũ omniũ maxime in Christi Ecclesiam debacchaturus. Fore autem vt Iudæi vti primi vel præcipui recipiant Antichristum, quem admodum sancti patres affirmant, satis supra in secundo libro demonstratum est. Itaque non esse vel feram illorum conuersionem expectandam, plurimę scripturæ videntur docere. Paulus quidem scribens ad Thessalonicenses, ita habet. Eadem passi estis & vos à contribulibus vestris, sicut & ipsi à Iudæis, qui & dominum occiderunt Iesum, & prophetas, & nos persequuti sunt, & Deo non placent, & omnibus hominibus aduersantur, prohibentes nos gentibus loqui, vt saluæ fiant, vt impleant peccata sua semper, peruenit enim ira Dei super illos vsque in finem. Quis oro hæc legens, & iram Dei confirmatam vsque in finem audiens, speret tam feram istorum salutem? Ad eosdem quoque in altera epistola ita scribit, cum de Antichristi temporibus loquitur. Cuius est aduentus secundum operationem satanæ in omni virtute & signis & prodigijs mendacibus, & in omni seductione iniquitatis ijs qui pereunt: eo quod charitatem veritatis non receperunt, vt salui fierent, ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati, sed consenserunt iniquitati. Quæ de perfidia Iudæorum, Christo abnegato, Antichristum recipientium proprie dici fere tractatores

*Supra li.  
2.c.5.*

*1. Thef. 2.*

*2. Thef. 2.*

*Pfal. 68.* intelligunt. De his dictum est in egregio Psalmo. Fiat mensa eorum coram ipsis in laqueum, & in retributiones & in scandalum (quod de scriptura dicit:) obcurentur oculi eorum, ne videant, & dorsum eorum semper incurua. fiat habitatio eorum deserta, & in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet, quoniam quem tu percussisti, persequuti sunt. Immensum erit, si prophetarum oracula, percurrere velimus, quibus populi Iudaici euersionem interitumque significant. *Dan. 9.* Illud autem Danielis eximium taceri non potest. Et non erit (inquit) eius populus, qui eum negaturus est. Et paulo post. Et erit in templo abominatio desolationis, & vsque ad consummationem & finem perseuerabit desolatio. Nullus igitur spei locus videtur fieri reliquus, cum vsque ad finem permanfura dicatur Iudaici populi desolatio.

*Quod Elia predicatione reliquia Israel in Christum creditura sunt.*

### C A P. XI.

**A**T ex altera parte non pauciora neque obscuriora loca proferuntur, quæ certam salutem illi genti in fine polliceantur. Paulus quidem quæstionem hæc acerrime ventilans, postquam gentium vocationem altissimæ Dei gratiæ ascripsit, Iudaici quoque populi excæcationem, superbiæ ipsius deputauit. Tandem eo perducit disputationem suam *Roma. 9.* *10.* vt roget, Nunquid Deus repulit populum suum? Et respondet, absit. Hic vbi sui temporis electos ex Israëlitica plebe, & se ex eis vnum commemorauit, ad posteritatem extremam se conuertit, & multis ad commendandam Dei gratiam & retundendam hominum siue gentilium siue Iudæorum arrogantiam, opportunè disputatis, postremò infert. Nolo enim vos ignorare fratres mysterium hoc (vt non sitis vobis ip

bis ipsis sapientes) quia cæcitas ex parte contigit in Israël, donec plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israël saluus fieret. Et paulo post. Sicut enim aliquando & vos non credidistis Deo, nunc autem misericordiam cōsequuti estis, propter incredulitatem illorum; ita & isti nunc non crediderunt in vestram misericordiam, ut & ipsi misericordiam consequantur. Conclufit enim Deus omnia in incredulitatem, ut omnium misereatur. Nihil potuit apertius de futura populi Israëlitiçi salute proferri. In Osee propheta ita legimus. *Ose. 3.* Dies multos sedebunt filij Israël sine Rege & sine principe & sine sacrificio, & sine altari, & sine Ephod, & sine theraphim: Et post hæc reuertetur filij Israël, & quærent Dominū Deum suum, & David Regem suum & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius in nouissimo dierum. Hoc quoque quamuis nulla expositorum luce illustraretur, per se ipsum clarissimum testimonium est. *Deut. 4.* Nec minus dilucide à Moysè prædictum. Postquam te inuenerint omnia quæ prædicta sunt ( prædixerat vero peccata illius populi, & terræ promissæ amissionē, & dispersionem in omnes gentes) nouissimo, inquit, tempore reuerteris ad dominum deum tuum, & audies vocem eius, quia Deus misericors Dominus Deus tuus est. Non dimittet te, neque omnino delebit, neque obliuiscetur pacti, in quo iurauit patribus suis. Porro hanc plebis Iudaicæ reuersionem ad Deum suum & ad Christum Regē suum, quem Oseas David vocat, Eliæ maxime ministerio sub ipsum mundi finem futuram, dilucide quoque scriptura significat. Nam ut *Matt. 17.* omittam illa quæ supra posui ex Euāgelio, Elias quidem veniet, & restituet omnia, quæ de conuersione Iudeorum Chrysofomus, Augustinus, Hieron. Beda, atque omnes deniq; intelligūt, Malachiæ sanè vaticinium *Mal. 4.*

cinium iam recitatum certissimam fidem facit. Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam antequam veniat dies Domini magnus & horribilis, & conuertet cor patrum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum. Quod de Iudæis dici superiora ostendunt, vbi dicitur, mementote legis Moyfi serui mei, quam mandavi in Horeb ad omnem Israël præcepta & iudicia. Apertissimè autem in Ecclesiastico. Conciliare cor patris ad filium, & restituere tribus Iacob. *Ecclesi. 48.* Quam ob rem D. Augustinus inter illa quæ sunt certa fide tenenda, connumerat Eliæ aduentum, & fidem Iudæorum sub ipsa tempora Antichristi. Atque hanc velut Catholicæ Ecclesiæ sententiam Sanctus Gregorius Papa sæpissimè inculcat, neque vllus est patrum qui neget.

*Ecclesi.**48.**Aug. 20. de Ciu. cap. 30.**Grego. in 1. lib. reg. cap. 2. &**20. moral. c. 23.**super Cant. ca. 6.*

*Conciliatio scripturarum de fide  
& infidelitate Iudæorum.*

CAP. XII.

**S**VPER EST loca locis, vt apparet, contraria conciliare. Quemadmodum autem cohæreant inter se illa, non possum equidem neque breuius neque dilucidius exponere, quam est Sancto Prophete Danieli, vbi de his ipsis tractat, ab angelo expositum. Vbi enim dixerat, in tempore illo consurget Michaël princeps magnus, qui stat pro filijs populi tui: & veniet tempus quale non fuit ex quo gentes esse cœperunt, vsque ad tempus illud, quæ de mundi fine dicta nemo dubitat. His statim annectit. Et in tempore illo saluabitur populus tuus, omnis qui inuentus fuerit scriptus in libro. Igitur cum Apostolus ait, omnis Israël saluus fiet. De eo accipiendum est, qui scriptus fuerit in libro vitæ. Quem etiam sensum habent illa Saluatoris. Elias quidem veniet, & resti

*Dan. 12. Rom. 11.*

restituet omnia, hoc est omnes Israëlitas; quos inueniet dociles & persuasibiles, vt bene enarrat Chrysostomus, conuerter ad Christum, instaurans fidem, spiritum, & religionem veram maiorum suorum Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum. Erit enim insignis sine dubio conuersio Iudæorum in nouissimo tempore vt Moyses prædixit siue in nouissimo dierum vt Oseas. Quod etsi nonnulla ex parte factum constet his sæculis, Beati Vincentij maximè prædicatione & Catholicorum Hispaniæ Regum Fernandi, & Isabellæ zelo & ardore, quorundã quoque sanctissimorum Pontificum opera ac diligentia: tamen multo copiosissimam fore per admirabilis Prophetæ Eliæ ministerium, secundum Canonice scripturæ fidem non est dubitandum. Quod nullo pacto cum eo pugnat, quod aliæ scripturæ insinuant, Iudæos potissimum Antichristum sectaturos. Quicumque enim scripti non sunt in libro Agni, neque ad vitam præordinati, hi omnes magno agmine ducem suum filium diaboli sequentur, quod ipsum scriptura non tacuit. Et adorauerunt, inquit, bestiam omnes qui inhabitant terram, quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ Agni. Quis hac sanctarum literarum mirabili consensione non plurimum delectetur? Daniel dicit populum Israëliticum omnem qui fuerit scriptus in libro fore tunc saluum: Ioannes addit, omnes non solum Iudæos, sed ceteros, quorum non sunt scripta nomina in libro vitæ Agni, bestiam adoraturos. Itaque verum vtrunque est, & Iudæos extremo tempore ad Christum redire: & Antichristum maximè recipere. Ac tanquam de duobus diuersis que populis, totum vtrunque dicitur, & omnem Israël fore saluum, & tamen dorsum illi semper incuruandum & iram Dei vsque in finem imminere rebel

*Deut. 4.  
Osee. 3.*

*Apoc. 13.*

rebellibus. Nam à parte totum dici, frequentissimus est scripturæ mos, quem qui vel ignorat, vel minus aduertit, sæpè confundi eū & scripturas putare contrarias necesse est. Neque in alio vsquam argumento vberiora exempla reperio, quam vbi de electione & reiectione populi Israël scripturæ loquuntur. Tam multa enim in prophetis & Psalmis & ipso Moyse obuia passim fiunt, de salute illius populi per Christum, de exaltatione, de gloria: tam multa contra de ruina, cæcitate, extrema miseria ob Christum abnegatum ab infelicibus & ingratis, vt integræ paginae sibi veluti oppositæ ( in Esaia præsertim ) in eodem penè vestigio occurrant. Atque in his omnibus Apostoli salutare documentum memoria repetendum esse. Non quod exciderit Verbum Dei. Non enim omnes, qui ex Israël, ij sunt Israëlita: neque qui semen sunt Abraham, omnes filij, sed in Isaac vocabitur tibi semen, idest non qui filij carnis ij filij Dei, sed qui filij sunt promissionis, æltimantur in semine. Et in alia epistola. Abraham credidit Deo: & reputatum est illi ad iustitiam. Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt, ij sunt filij Abraham. Quam ob rem etsi carnales Iudæi de semine Abraham sint, non tamen horum salutem annūtiat scriptura, sed eorum qui ex fide sunt filij Abraham, & cum fidei Abraham benedicentur. Atque in horum beatissimo numero etiam eos Spiritus sanctus intelligi voluit, qui secundum propositum gratiæ Dei prædestinati, ex carnali & exoletoria Iudaismo transeunt ad veram & spiritualem circumcisionem, non carne sed spiritu, quorum fore illustrem & copiosam vltimis diebus conuersionem ad Christum, Elia maxime prædicante, alijs nihilominus multis de eodem genere in sua cæcitate & perfidia persistentibus, satis vt mihi quidem vide

videtur, hæcenus disputatum est.

*An eodem tempore futurum sit Antichristi regnum & testimonium duorum illorum prophetarum.*

C A P. X I I I.

**Q**UÆRITUR vero quonam tempore Elias & Enoch ad Iudæorum ac gentium salutem illa sua admirabili prædicatione procurandam in medium prodituri sint, vtrum ante tempora Antichristi, an post illa? an potius vno eodemque tempore, & hic tyrannidem & illi fidele obsequium obibunt? Eliam quidem & Enoch Antichristi tempore prædicaturos, & cum eo pedem (vt dicitur) collaturos dubium non est. Sanctus quidem Gregorius ita scribit. *Greg. lib. 15. c. 36.* In fine mundi Satan hominem ingrediens, quem sacra scriptura Antichristum appellat tãta elatione extollitur, tãta virtute principatur, tantis signis & prodigijs in sanctitatis ostensione eleuatur, vt argui ab homine eius facta non valeant, quia cum potestate terroris adiungit etiam signa ostensæ sanctitatis, in cuius exprobrationem Elias & Enoch ad medium seducuntur. Hoc non solum Gregorius ac reliqui patres habent, qui ab his coarguendum illum diaboli filium scribunt, verum etiam Apocalypsis Ioannis manifeste declarat. Qua ex re intelligetur eodem tempore aliquo modo vtrumque futurum, & Antichristi regnum & illorum virorum testimonium. Et quoniam vtrique negotio æqualia tempore scriptura assignat, cum bestię ascendenti de abyssu dentur menses quadraginta duo, & principi illi extremo apud Daniele tempus & duo tempora & dimidium temporis, hoc est anni tres & dimidium; horum vero prophetiæ menses tribuit totidem, id est quadraginta duo, & dies mille sexcenti sexaginta, quæ omnia eodem redeunt, sit profecto vt vel

*Apoc. 13.*

*Dan. 11.*

*Apoc. 11.*

vel vno eodemque tempore, vel certe continuato  
 & cohærenti Tyrannis illius cum horum prædica-  
 tione concurrat. Augustinus quidem existimat Elia  
*Aug. 20.* aduentum & Iudzorum conuersionem prius futu-  
*de ciuit.* ram, quam Antichristus appareat. Beda quoque  
*c. 30.* sententiam quorundam refert ac probat, quod ab-  
*Beda in* soluta prædicatione Elia atque Enoch, & cæde  
*11. Apoc.* perpetrata tantorum virorum, tunc Antichristi Re-  
 gnum exoriturum sit, vt huius exordia illorum fini-  
 bus proxime succedant. Atque ad hunc modum in-  
 telligi vult Danielis prophetiam, asserentis in dimi-  
 dio hebdomadis fore, vt sacrificium cesset atque a-  
 boleatur. Namque annos septem hebdomadæ com-  
 prehendi in illa præclara Danielis prophetia notif-  
 simum est. Vltimam vero hebdomadam de fine  
 mundi intelligi non Beda solum sed alij antiquio-  
 res volunt. In illa ergo vltima hebdomada siue sep-  
 tennio, ita erunt diuisa spacia, vt dimidium illius  
 anterius, hoc est annos tres & semis, percurrat testi-  
 monium Elia & Enoch, posterius verò dimidium,  
 id est annos tres & semis qui supersunt, occupet  
 Antichristi Regnum. Hæc Bedæ venerabilis vt di-  
 xi, atque Hippolyti sententia est, in qua illud est  
 satis incertum vel potius improbabile, hebdoma-  
 des Danielis ad Christi aduentum posteriorem  
 & non ad priorem potius pertinere, vt Augusti-  
*Aug. epi.* nus scribit ad Hesychium sancti Hieronymi aucto-  
*78. c. 80.* ritate etiam vtens. Deinde ipse textus Apocalyp-  
 sis videtur post cædem duorum illorum Prophe-  
 tarum ab Antichristo perpetrata, & glorifica-  
 tionem diuinitus post tres dies & dimidium con-  
 sequutam, statim interitum Antichristi & finem  
*Apoc. 11.* mundi innuere. Ait enim. Væ secundum abijt, &  
 ecce væ tertium veniet cito. Per secundum væ  
 perse



persecutionem Antichristi sine dubio significās, per  
vā tertium ipsum iudicium extremum. Itaque Ri-  
cardus de sancto Victore, & S. Thomas Aquinas ma-  
gis videntur annos illos duos cum dimidio commu-  
nes facere & prædicationi duorum prophetarum &  
persequutioni Antichristi. Fieri enim potest vt di-  
uersis in locis & hic sæuiat in Christum, & illi fidem  
Christi tueantur, vsque dum mutuo in bello spiritua-  
li congregiantur. Sed siue hoc siue alio quocumque  
modo diuino consilio prouisum sit rebus humanis:  
certum est in Antichristi tempora tantorum prophe-  
tarum robur ad sanctæ ecclesiæ solatium & defen-  
sionem destinari.

*De concertatione Eliæ & Enoch cum Antichristo.*

CAP. XIII.

**Q**UID verò in eo certamine quod illi patres ad-  
uersus Satanae primogenitum gerent, tandem  
eueniat, in eadem Ioannis Apocalypsi graphicè ex-  
pressum legimus. Nam de excellētia & efficacia san-  
ctorum Eliæ & Enoch primum ita scribit. Et dabo  
duobus testibus meis & prophetabunt diebus mille  
ducentis sexaginta amicti saccis. Hi sunt duæ oliuæ  
& duo candelabra in conspectu Domini terræ stan-  
tia. Et si quis voluerit eos nocere ignis exiet de ore  
eorum, & deuorabit inimicos eorum, & si quis vo-  
luerit eos lædere, sic oportet eum occidi. Hi habent  
potestatem claudendi cælum ne pluat diebus pro-  
phetiæ ipsorum, & potestaté habent super aquas cõ-  
uertēdi eas in sanguinem, & percutere terram omni  
plaga, quotiescumque voluerint. Hactenus vitæ san-  
ctitatem, signorum splendorem, prædicationis vim  
scriptura docuit, iam beatissimum illorum exitum  
Christo simillimum declarat his verbis. Et cùm fi-  
nient

Nn

nierint

nerint testimonium suum, bestia quæ ascendit de abyſſo, faciet aduersum eos bellum & vincet illos, & occidet eos. Testimonium finitum, officium prædicationis expletum, bestiam de abyſſo ascendentem, Antichristum vel iuxta literam maria enauigantem, vel secundum tropicam locutionem est profundissima malitia emergentem, bellum quoque non per arma ferrea & ærea, sed per spiritus & sermonis oppositionem fieri, perspicuum est, neque eget commentatione. At illud, vincet eos, & durum est credere & difficile intelligere quid sibi velit. Nam si victoria hæc appellatur Antichristi, quod Dei Prophetas persequatur, comprehendat, teneat, suppliciiis subiciat, & tandem perimat, facile quidem est isthuc credere, quid enim mirum? Siquidem quod Prophetæ, quod Apostoli, quod millia martyrum experti sunt, quod ipse Dominus omnium pertulit, hoc præcipuos Dei testes perpeti, neque nouum neque inglorium erit. Verum ita vincere eos potius, quam vinci, vt aliàs quoque dixi, quibus facile intelliget, cui consuetudo scripturarum vel mediocriter nota sit. Pro veritate quippè & iustitia occumbere, eximia victoriæ est. Quare in hac eadem Apocalypsi legimus, illis qui stolas suas lauerat in sanguine agni, palmas victrices esse datas. Et qui vicerit, inquit, faciam illū columnam in templo Dei mei. Et hæc est, inquit, victoria, quæ vincit mūdum fides nostra. Igitur vbi fides Christi vsq; ad sanguinem incōctisā permanet, nullum ibi hostis trophæū erigere potest. Quibus expositis intelligitur longe aliud esse, quod scriptura innuit, cū dicit testes illos egregios à bestia truce vincendos. Erit verò hoc calamitatis & afflictionis in gente Christiana extremum argumentū, quod ea sit acerbitas tēporum, ea diuinæ iracūdiæ inflāmatio, vt suat suos in suscepto pro

*Apoc. 7.*

*Apoc. 3.*

*1. Ioan. 5.*

pro veritate conflictu, cedere quodammodo, & terga vertere. Tanta enim erit mirabiliū signorū ostentatio in Antichristo, vt Elias & Enoch inferiores appareant, ea rursus dicendi & differendi vis in ore illo ingentia loquente, vt omnis doctrinę & sapientię facultas veluti conticescere cogatur. Denique sicut Iannes & Mambre olim cum Moyse congressi magnitudine & multitudine signorum superati sunt, & sicut hic ipse Elias Prophetarum Baal impietate fre-

*Exod. 7.*  
*2. Tim. 3.*  
*3. Reg. 18*

git, Deo pro veritate pugnante: ita tunc ordine conuerso, Elias & Enoch atque ipsa Ecclesia Christi, falsi potestate signorum, & scientiæ ac sanctitatis fidei ostentatione opprimendi sunt, vt iudicio plurimorum, causa Antichristi & verior & potentior decernatur. Hoc Sanctus Papa Gregorius ita cōfirmat loquens de temporibus nouissimis. Quamuis etiā fidelibus in eius certamine signa nō deerunt, sed tanta erunt illius, vt nostrorum aut pauca aut nulla videantur. Quin potius ipse Christus ita prædixit. Dabūt signa magna & prodigia ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi. Atque in eadem Apocalypsi scriptum est, orbem vniuersum admiratione attonitū dicturum: Quis similis bestiæ? & quis poterit pugnare cū ea? Si cui verò incredibile videatur, tantam Antichristo diuinitus potētiā permit-

*Greg. lib. 3. mor. c. 3.*  
*Mat. 24.*  
*Apoc. 13.*

tendam, vt Elias & Enoch fortissimi veritatis duces, victi (mundi opinione) succumbant, recordetur is caput nostrum Iesum Christum ita afflictum & omnium hominū sentētia depressum, vt in cruce exclamauerit, se à Deo patre derelictum. De cuius extrema pressura in Psalmo canitur. Tu verò repulisti & despexisti, distulisti Christum tuū, euertisti testamentum serui tui, profanasti in terra Sanctuarium eius, & reliqua flebilis quæ persequitur, vsque dum dicat:

*Mat. 27.*  
*Psal. 88.*

Perfudisti eum confusione. Ergo mirum non debet haberi si seruorum causa potior non sit, quam domini sui.

*De martyrio & glorificatione sanctorum Elia atq; Enoch.*

C A P. X V.

**P**OST QUAM mundo spectante & pro Antichristo ferente sententiam, fidelissimi Dei testes bona conscientia tuti, ad partes aduersarij transire noluerint, quin potius Satanicam peruersitatem omnibus modis execrantes, in veritate inconculsi perstiterint, desperata iam venia, crudelissimus prædo & in viuos sæuiet, & in mortuos. Quam historiam (verè enim historia est, vt rectissimè Richardus de Sancto Victore admonuit, & non tropologia vt frustra quidam cõmentatur) pulcherrimè Apostolus Ioannes persequitur in hunc modum. Et occidet eos & corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma & Ægyptus, vbi & dominus eorum crucifixus est. Hic locū tãti conflictus apertè discimus futuram ipsam Urbem Hierosolymam, in qua Christus dominus noster crucifixus est, quod etiam Sancti Patres tradiderunt. Vocatur verò Sodoma & Ægyptus propter scelerum magnitudinem, & nimiam in Deum impietatem. Et videbunt, inquit, de tribubus & populis & linguis & gentibus corpora eorum per tres dies & dimidium: & corpora eorum non sinent poni in monumentis. Et inhabitantes terrã gaudebunt super illos & iocundabuntur, & munera mittent inuicem, quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt eos, qui habitant super terram. Hæc de passione & opprobrio sanctorum, iam de admirabili glorificatione sermo sit. Et post dies tres & dimidium spiritus vitæ intrauit in eos & steterunt super

*Apo. II.*

super pedes suos : & timor magnus cecidit super eos qui viderunt eos. Et audierunt vocem magnā de cœlo dicentem eis: Ascēdite huc: Et ascenderūt in cœlum in nube, & viderunt illos inimici eorum. Ecce fidelem Pauli sermonem, quia si compatimur & conglorificabimur. Neque verò incredibile est, viros tantos, quos præter legem omnium mortalium Deus vsque in finē in corpore reseruauit, functos iam egregiè suo munere, & ignominiosæ pro Christo morti deditos præcipuo quodam priuilegio ante communem omnium resurrectionem, ad vitā immortalem, & gloriam quòque corporū vocari diuinitus, quemadmodum doctè disputat Thomas, cum præsertim in tanta illa ecclesiæ tribulatione Christiana res suis illis ducibus amissis, nouo atq; inusitato euentu confirmanda sit, & immēsa triumphatoris aduersarij superbia deprimenda. Id quod consequens oratio declarat, vbi scribitur: Et in illa hora fact⁹ est terrę motus magnus, & decima pars ciuitatis cecidit, & occisa sunt in terrę motu nomina hominum septem milia, & reliqui in timorem sunt missi, & dederūt gloriam Deo cœli. Quod vtrum ita facto contingat, vt quemadmodū Christo resurgente terra contremuit, sic istis duobus prophetis in corpora redeuntibus, atque ad cœlestem sedem raptis, magnus vrbis Hierosolymitanæ tremor, & ruina futura sit: an potius mystica descriptione interitus impiorum & salutaris pœnitentia quorundā significetur, neque certū apud patres inuenio, neq; ipse affirmare possum, magisque procliue est, vt mysterium intelligatur, quod pleriq; volunt & Augustinus familiarissimum huic libro asserit, vt propriis tropica & figurata frequentissime admisceat. Illud cōstat Eliā & Enoch ab Antichristo truncatos diuinis honoribus palam esse decorādos.

*Rom. 8.**Thom. in  
ii. Apoc.**Apoc. ii.**Aug. lib.  
20. de ci-  
uit. c. 16.*

*Hier. ad Mar. 3. 10m.* Tamen enim quidam patrum, in quibus est Hieronymus, non audeant necem Eliæ & Enoch affirmare certâ, nec desint & noui & veteres quibus illi viri nunquam morituri videantur; tamen & plurimorum  
*Aug. li. 1. quas. ena. gel. c. 21. Ambr. in Psal. 45. Greg. 14. moral. c. 15. Hipp. de Antic. Tertull.* sententia, in quibus Augustinus, Ambrosius, Gregorius, Hippolytus, Tertullianus, ex posteriorib<sup>9</sup>, quos dixi Thomas, Richardus de Sancto Victore, cæterique expositores Apocalypsis, & ipse cõtextus egregie confirmat, quam pro certa narramus historiam. Neque enim ita redibit Elias, vt sine morte iterum transferatur in cœlum.

*Tertull. li. de anima.* Quod in monte Sancto Antichristus sessurus sit, ibidemque periturus.

## CAP. XVI.

*Tertull. in lib. de Anima.* **Q**UAE ubi effecta fuerint, non diu abesse illius patricidæ interitum, haud temere existimare possumus. Vt nõ immerito Tertullianus dixerit, sanguine Eliæ atque Enoch extinguendum esse Antichristum. Nam postquam magnam orbis terrarum partem peragrauerit, & perfidię signa vbique erexerit, supremum illi conatum fore, vt solum sibi in sancta ciuitate constituat, vnde & in vniuersum orbem dominetur, & ad immortalis glorię fœlicitatē aspi-  
*Apoc. 11. Dan. 11.* ret, partim ex iam dicta Apocalypsis scriptura, quæ aperte Hierosolymis occidendos Prophetas ab illo memorat, vbi Dominus eorum crucifixus est, partim ex libro Danielis discim<sup>9</sup>. In quo post multa de præliis & tyrânide Antichristi narrata, ad extremum sic loquitur angelus: Et veniet in multitudine magna: Et figet tabernaculum suum Apadno inter maria, super montem inclytum & sanctum, & veniet vsque ad summitatem eius, & nemo auxiliabitur ei. In tempore au

re autem illo confurget Michaël princeps magnus, qui stat pro filiis populi tui, & veniet tempus quale non fuit ab eo ex quo gentes esse cœperunt. Et in tempore illo saluabitur populus tuus omnis, qui inuentus fuerit scriptus in libro. Et multi de his qui dormiunt in terræ puluere euigilabunt, alij in vitam æternam, & alij in opprobrium, vt videant semper. Hæc de vltima Antichristi exaltatione, & de interitu illius & salute p̄orum, & resurrectione omnium manifestissime prophetata sunt. Quem locum tractans D. Hieronymus ita scribit. Nostri extremum visionis huius capitulum super Antichristo sic exponunt, quod veniat cum magna multitudine, vt conterat & interficiat plurimos, figat tabernaculum suum in Apadno iuxta Nicopolim, quæ prius Emaus vocabatur, vbi incipiunt Iudææ provinciæ montana consurgere. Denique inde se erigens vsque ad montem Oliueti Hierosolymorum regio ascenditur, & hoc esse quod tunc scriptura dicit. Et cum fixerit tabernaculum suum in montanæ provinciæ radicibus inter duo maria: mare videlicet quod nunc appellatur mortuum ab oriente, & mare magnum, in cuius littore, Cæsarea, Ioppe, Ascalon, & Gaza sitæ sunt: Tunc veniet vsque ad summitatem montis eius, hoc est montanæ provinciæ, id est, verticem montis Oliueti, qui inelytus vocatur: quia ex eo Dominus atque Saluator ascendit ad Patrem, & nullus Antichristo poterit auxiliari, contra se Domino sæuiente: Et asserunt ibi Antichristum esse periturum, vnde Dominus ascendit ad cœlos. Hæc ibi Hieronymus. Vbi non est prætereundum quod nos legimus iuxta vulgatam editionem, Et nemo auxiliabitur ei, septuaginta aperius ita vertisse: Et veniet hora consummationis eius. In commentariis quoque

*Dan. 12.**Hiero. in  
11. Dan.*

*Esa. 25.* super Isaiam, verba illa Prophetæ: Et præcipitabit Dominus in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos, & telam quam orditus est super omnes nationes: Præcipitabit mortem in sempiternum & cætera. Sic exponit: Dominatorem omnium

*Hiero. li. 8. in Esa.*

populorum, siue faciem tenebrarum super omnes populos, & telam quæ ordita sit super omnes gentes, quidam Antichristum intelligi volunt, qui in monte

*Hiero. in Dan. 11.*

Oliueti consumendus sit: quod & in Danielis vltima diximus visione. Ibi non solum de aliena sed etiam de sua sententia Hieronymus scribit: Quod autem Antichristus veniet vsque ad summitatem montis sancti & inclyti, & ibi pereat; Esaias plenius loquitur. Præcipitabit Dominus in monte sancto faciem

*Ansel. 2.*

*Thef. 2.*

*Thomas*

*ibid. lect.*

*2.*

Dominatoris tenebrarum super omnes gentes, & eum qui dominatur cunctis populis, & vnctionem, quæ vncta est contra vniuersas nationes. Ex hoc Danielis & Esaiæ vaticinio, vt à veteribus atque ipso Hieronymo exponitur, Anselmus & Thomas & alij in monte Oliueti vnde Christus ascendit in cælum, futuram Antichristi necem ex antiqua traditione confirmant, quod quamuis dogma fidei non sit, tamen nullo modo contemnenda est horum patrum auctoritas cum præsertim scripturæ non leuiter innitatur. Etenim cum in tantum superbiæ furorem ille diaboli filius rapiatur, vt extolli se velit vsque ad ipsam deitatem, & Christum Dei sapietiam & gloriam superare incredibili vanitate contendat, non solum resurrectione ex mortuis sibi effinget, vt sancti patres scribunt, verum etiam in cælum recta se ascensurum, & solium in summo vertice positurum, & ambitionissime pollicebitur, & audacissime tenebit; Itaq; in ipso cacumine motis facti vt patres docetes, figet sibi tetricum, vt designato die orbe spectate in celos efferatur,

Quod



Quod à Christo Domino ille pessimus  
interficiendus sit.

## CAP. XVII.

**H**Ic iam Christi Regis nostri patientia, quæ ad  
id vsque infanzæ pertulit infœlicem animam  
illam, in exemplum seueritatis iustissimæ conuerte-  
retur. Cuius interitû B. Paulus Apostolus nobis de-  
monstrat his verbis. Tunc reuelabitur ille iniquus: *2. Thef. 2*  
quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, &  
destruet illustratione aduentus sui. A nemine mor-  
taliû perimédum Antichristum aperte Daniel de-  
clarat, cum dicit, sine manu esse cõrerendum. Vtrum *Ioan. 8.*  
vero angelico ministerio interficiendus sit Thomas *Thom. 2.*  
quidem à Michaële necandum vult: quod videtur *Thef. 2.*  
Daniel innuere cum ait. In illo tempore confurget  
Michaël princeps magnus. Anselmus verò & Ioan- *Ansel. 2.*  
nes Damascenus, magis ab ipso Christo corporaliter *Thef. 2.*  
apparente hostem illum digno supplicio conficien- *Damasc.*  
dum putant, quod videntur verba Pauli magis sona- *4. li. c. 27.*  
re. Nam quemadmodum in cõuersione magni Apo- *Actu. 9.*  
stoli & Doctoris gentium Pauli, ipse Christus per se  
rem tantam obire dignatus est appatens luce mira-  
bili è cœlo, ita non est incredibile si facinus omnium  
maximum, cum omnium impiorum caput cæden-  
dam est, per se ipsum ipse dux noster suscipere ac  
peragere velit. Fortassis auté & ipse Christus è cœ-  
lo aderit, & Michaëlem principé militiæ secum ad-  
feret, vt illius potissimum ministerio Ecclesiæ suæ  
hosté extinguat. Siue ergo immani aliquo cruciatu,  
vt Antiochus & Herodes repête correptus, siue ter- *2. Ma. 9.*  
ribilis superne accepta voce cõcussus infelicissimus *Act. 12.*  
omnium mortalium tantæ maiestatis præsentia non *Ansel. 2.*  
fereps expirabit, & miserrimo sine humanum genus *Thef. 2.*

N n 5 tanto

tantopere illud digno impietatis suæ & temeritatis exemplo reddet attonitum. Illustrationem autem aduentus, qua Christus, iuxta Paulum, hostē destruet, plerique illā in iudicio supremo cum ad omniū causas discutiendas veniet accipiūt. Sed mihi melius D. Anselmus videtur sapere, qui peculiarē hunc aduentum, & maiestatis fulgorem ad Antichristi interitū futurum sentit. Quemadmodum est de Sauli cōuer-

*Dan. 11.* sione iam dictū. Nemo igitur auxiliabitur, vt habet

*Iob. 18.* Daniel, nemo è Dei viui manibus eripiet impium.

*Greg. ibi.* Tunc illud implebitur, quod in volumine Iob legimus, vt Gregorius docet. Memoria illius pereat de

terra, & nō celebretur nomen eius in plateis. Expellet eū de luce in tenebras, & de orbe transferet eum. Non erit semen eius, neque progenies in populo, neque vllę reliquię in regionibus eius. Impio enim extincto, omnis illi⁹ celebritas obscurabitur, & in eternam ignominia mendax illa gloria vertetur. Neque scelerati progenies amplius subsistet, cum mūdi ruina citissime cōsequatur. Tūc & illud Eisaia de Christo dictum egregie apparebit: Et spiritu labiorū suorum interficiet impium. Tunc angelorum audietur canticum Christi victoriam celebrantium: Factū est regnum huius mundi Domini nostri & Christi eius, & regnabit in sæcula sæculorum. Amen. Tunc denique Sanctorum cum Christo regnantium vox lætissima sonabit: Gratias agim⁹ tibi Domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es: quia accepisti virtutem tuam magnam & regnasti. Et iratę sunt gentes & aduenit ira tua & tempus mortuorum iudicari, & reddere mercedem seruis tuis Prophetis & sanctis, & timentibus nomen tuum pusillis & magnis, & exterminādi eos qui corruerunt terram. Atque alio in loco voluminis eiusdem. Appre-

*Esa. 11.* hensa

*Apoc. 11.* & regnabit in sæcula sæculorum. Amen. Tunc denique Sanctorum cum Christo regnantium vox lætissima sonabit: Gratias agim⁹ tibi Domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es: quia accepisti virtutem tuam magnam & regnasti. Et iratę sunt gentes & aduenit ira tua & tempus mortuorum iudicari, & reddere mercedem seruis tuis Prophetis & sanctis, & timentibus nomen tuum pusillis & magnis, & exterminādi eos qui corruerunt terram. Atque alio in loco voluminis eiusdem. Appre-

*Apoc. 11.* hensa

hensa

hensa

hensa

hensa est bestia, & cum eo Pseudopropheta, qui fecit signa coram ipso, viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulphure, & cæteri occisi sunt in gladio sedentis super equum. Apoc. 29

*De interuallo ab interitu Antichristi vsque ad diem Iudicij Danieli significato.*

CAP. XVIII.

**A**NTICHRISTO deleto, breui quidē futurus est mundi occasus, vt Sancti Patres immò scripturæ tradunt: non nihil tamen temporis intercedente ad pœnitentiam improborum expectandā, & piorum patientiam augēdam, satis nobis prophetia Danielis insinuat. Et à tempore quo ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta. Hos dies vsque ad interitum Antichristi numerari certum est, & conuenit inter omnes. Iam sequitur: Beatus qui expectat & peruenit vsque ad dies mille trecentos triginta quinque. Tu autē Daniel vade ad præfinitum, & requiesce, & stabis in sorte tua in fine dierū. Hæc sunt verba nouissima visionis vltimæ apud Danielem. Quem locum sic explanat Hieronymus. Beatus, inquit, qui interfecto Antichristo dies supra numerum præfinitum quadraginta quinque præstolatur, quibus est Dominus atque Saluator in sua maiestate venturus. Quare autē post interfectionem Antichristi quadraginta quinque dierum silentium sit, diuinæ scientiæ est, nisi fortè dicamus. Dilatio regni, sanctorū patientiæ cōprobatio est. Obiicit verò huic sententiæ Hieronymi auctor quidam non ignobilis, si ita sit, vt post Antichristi necem, dies quadraginta quinque intercedant vsque ad iudicij diē, fore vt diē illam certo ac definitè scire possimus, quod Dominus no

Dan. 12.

Hiero. in Dan.

nerint testimonium suum, bestia quæ ascendit de abyſſo, faciet aduersum eos bellum & vincet illos, & occidet eos. Testimonium finitum, officium prædicationis expletum, bestiam de abyſſo ascendentem, Antichristum vel iuxta literam maria enauigantem, vel secundum tropicam locutionem est profundissima malitia emergentem; bellum quoque non per arma ferrea & ærea, sed per spiritus & sermonis oppositionem fieri, perspicuum est, neque eget commentatione: At illud, vincet eos, & durum est credere & difficile intelligere quid sibi velit. Nam si victoria hæc appellatur Antichristi, quod Dei Prophetas persequatur, comprehendat, teneat, suppliciiis subiiciat, & tandem perimat, facile quidem est isthuc credere, quid enim mirum? Siquidem quod Prophetæ, quod Apostoli, quod millia martyrum experti sunt, quod ipse Dominus omnium pertulit, hoc præcipuos Dei testes perpeti, neque nouum neque inglorium erit. Verum ita vincere eos potius, quam vinci, ut aliàs quoque dixi, quibus facile intelliget, cui consuetudo scripturarum vel mediocriter nota sit. Pro veritate quippè & iustitia occumbere, eximia victoriæ est. Quare in hac eadem Apocalypsi legimus, illis qui stolas suas lauerat in sanguine agni, palmas victricis esse datas. Et qui vicerit, inquit, faciam illi columnam in templo Dei mei. Et hæc est, inquit, victoria, quæ vincit mundum fides nostra. Igitur vbi fides Christi vsq; ad sanguinem incôctisâ permanet, nullum ibi hostis trophæum erigere potest. Quibus expositis intelligitur longe aliud esse, quod scriptura innuit, cum dicit testes illos egregios à bestia truce vincendos. Erit verò hoc calamitatis & afflictionis in gente Christiana extremum argumentum, quod ea sit acerbitas temporum, ea diuinæ iracundiæ inflamatio, ut suat suos in suscepto pro

*Apoc. 7.*

*Apoc. 3.*

*1. Ioan. 5.*

pro veritate conflictu, cedere quodammodo, & terga vertere. Tanta enim erit mirabiliū signorū ostentatio in Antichristo, vt Elias & Enoch inferiores appareant, ea rursus dicendi & differendi vis in ore illo ingentia loquente, vt omnis doctrinę & sapientię facultas veluti conticescere cogatur. Denique sicut Iannes & Mambre olim cum Moyse congressi magnitudine & multitudine signorum superati sunt, & sicut hic ipse Elias Prophetarum Baal impietate fregit, Deo pro veritate pugnante: ita tunc ordine conuerso, Elias & Enoch atque ipsa Ecclesia Christi, fallaci potestate signorum, & scientiæ ac sanctitatis fidei ostentatione opprimendi sunt, vt iudicio plurimorum, causa Antichristi & verior & potentior decernatur. Hoc Sanctus Papa Gregorius ita cōfirmat loquens de temporibus nouissimis. Quamuis etiā fidelibus in eius certamine signa nō deerunt, sed tanta erunt illius, vt nostrorum aut pauca aut nulla videantur. Quin potius ipse Christus ita prædixit. Dabūt signa magna & prodigia ita vt in errorem inducantur (si fieri potest) etiā electi. Atque in eadem Apocalypsi scriptum est, orbem vniuersum admiratione attonitū dicturum: Quis similis bestiæ? & quis poterit pugnare cū ea? Si cui verò incredibile videatur, tantam Antichristo diuinitus potētiā permittebam, vt Elias & Enoch fortissimi veritatis duces, victi (mundi opinione) succumbant, recordetur is caput nostrum Iesum Christum ita afflictum & omnium hominū sentētia depressum, vt in cruce exclamauerit, se à Deo patre derelictum. De cuius extrema pressura in Psalmo canitur. Tu verò repulisti & despexisti, distulisti Christum tuū, euertisti testamentum serui tui, profanasti in terra Sanctuarium eius, & reliqua flebilis quæ persequitur, vsque dum dicat:

*Exod. 7.**2.Tim.3.**3.Reg.18**Greg.lib.**3. mor.**c.3.**Mat.24.**Apoc.13.**Mat. 27.**Psal.88.*

N n 2 Perfu

at:  
Perfu

Perfudisti eum confusione. Ergo mirum non debet haberi si seruatorum causa potior non sit, quam domini sui.

*De martyrio & glorificatione sanctorum Elia atq; Enoch.*

C A P. X V.

**P**OST QVAM mundo spectante & pro Antichristo ferente sententiam, fidelissimi Dei testes bona conscientia tuti, ad partes aduersarij transire noluerint, quin potius Satanicam peruersitatem omnibus modis execrantes, in veritate inconcussi perstiterint, desperata iam venia, crudelissimus prædo & in viuos sæuiet, & in mortuos. Quam historiam (verè enim historia est, vt rectissimè Richardus de Sancto Victore admonuit, & non tropologia vt frustra quidam cõmentatur) pulcherrimè Apostolus Ioannes persequitur in hunc modum. Et occidet eos & corpora eorum iacebunt in plateis ciuitatis magnæ, quæ vocatur spiritualiter Sodoma & Ægyptus, vbi & dominus eorum crucifixus est. Hic locū tāti conflictus apertè discimus futuram ipsam Urbem Hierosolymam, in qua Christus dominus noster crucifixus est, quod etiam Sancti Patres tradiderunt. Vocatur verò Sodoma & Ægyptus propter scelerum magnitudinem, & nimiam in Deum impietatem. Et videbunt, inquit, de tribubus & populis & linguis & gentibus corpora eorum per tres dies & dimidium: & corpora eorum non sinent poni in monumentis. Et inhabitantes terrā gaudebunt super illos & iocūdabuntur, & munera mittent inuicem, quoniam hi duo prophetæ cruciauerūt eos, qui habitāt super terram. Hæc de passione & opprobrio sanctorū, iam de admirabili glorificatione sermo sit. Et post dies tres & dimidium spiritus vitæ intrauit in eos & steterunt  
super

*Apo. 11.*

super pedes suos : & timor magnus cecidit super eos qui viderunt eos. Et audierunt vocem magnā de cælo dicentem eis: Ascēdite huc: Et ascenderūt in cælum in nube, & viderunt illos inimici eorum. Ecce fidelem Pauli sermonem, quia si compatimur & conglorificabimur. Neque verò incredibile est, viros tātos, quos præter legem omnium mortalium Deus vsque in finē in corpore reseruauit, functos iam egregiè suo munere, & ignominiosæ pro Christo morti deditos præcipuo quodam priuilegio ante communem omnium resurrectionem, ad vitā immortalem, & gloriam quæque corporū vocari diuinitus, quem admodum doctè disputat Thomas, cum præsertim in tanta illa ecclesiæ tribulatione Christiana res suis illis ducibus amissis, nouo atq; inusitato euentu confirmanda sit, & immēsa triumphatoris aduersarij superbia deprimenda. Id quod consequens oratio declarat, vbi scribitur: Et in illa hora fact⁹ est terrę motus magnus, & decima pars ciuitatis cecidit, & occisa sunt in terrę motu nomina hominum septem millia, & reliqui in timorem sunt missi, & dederūt gloriam Deo cæli. Quod vtrum ita facto contingat, vt quemadmodū Christo resurgente terra contremuit, sic istis duobus prophetis in corpora redeuntibus, atque ad cælestem sedem raptis, magnus vrbis Hierosolymitanæ tremor, & ruina futura sit: an potius mystica descriptione interitus impiorum & salutaris pœnitentia quorundā significetur, neque certū apud patres inuenio, neq; ipse affirmare possum, magisque procliuè est, vt mysterium intelligatur, quod pleriq; volunt & Augustinus familiarissimum huic libro asserit, vt propriis tropica & figurata frequentissime admisceat. Illud cōstat Eliā & Enoch ab Antichristo trucidatos diuinis honoribus palam esse decorādos.

*Rom. 8.**Thom. in  
ii. Apoc.**Apoc. ii.**Aug. lib.  
20. de ci-  
uit. c. 16.*

N n 3

Tametsi

Ios.

metfi

*Hier. ad Mar. 3. tom.* Tamerſi enim quidam patrum, in quibus eſt Hieronymus, non audeant necem Eliæ & Enoch affirmare certâ, nec deſint & noui & veteres quibus illi viri nunquam morituri videantur; tamen & plurimorum ſententia, in quibus Auguſtinus, Ambroſius, Gregorius, Hippolytus, Tertullianus, ex poſteriorib<sup>9</sup>, quos dixi Thomas, Richardus de Sancto Victore, cæteri que expoſitores Apocalypſis, & ipſe cõtextus egregie confirmat, quam pro certa narramus hiftoriam. Neque enim ita redibit Elias, vt ſine morte iterum transferatur in cælum.

*Tertull. li. de anima.* Quod in monte Sancto Antichriſtus ſeſſurus ſit, ibidemque periturus.

## CAP. XVI.

*Tertull. in lib. de Anima.* **Q**UAE vbi effecta fuerint, non diu abeſſe illius parricidæ interitum, haud temere exiſtimare poſſumus. Vt nõ immerito Tertullianus dixerit, ſanguine Eliæ atque Enoch extingendum eſſe Antichriſtum. Nam poſtquam magnam orbis terrarum partem peragrauerit, & perfidiæ ſigna vbique erexit, ſupremum illi conatum fore, vt ſolium ſibi in ſancta ciuitate conſtituat, vnde & in vniuerſum orbem dominetur, & ad immortalis gloriæ cœlicitatē aſpiceret, partim ex iam dicta Apocalypſis ſcriptura, quæ aperte Hieroſolymis occidendos Prophetas ab illo memorat, vbi Dominus eorum crucifixus eſt, partim ex libro Danielis diſcim<sup>9</sup>. In quo poſt multa de præliis & tyrânide Antichriſti narrata, ad extremum ſic loquitur angelus: Et veniet in multitudine magna: Et ſiget tabernaculum ſuum Apadno inter maria, ſuper montem inclytum & ſanctum, & veniet vſque ad ſummitatem eius, & nemo auxiliabitur ei. In tempore aut



re autem illo confurget Michaël princeps magnus, *Dan. 12.*  
 qui stat pro filiis populi tui, & veniet tempus quale  
 non fuit ab eo ex quo gentes esse cœperunt. Et in  
 tempore illo saluabitur populus tuus omnis, qui in-  
 uentus fuerit scriptus in libro. Et multi de his qui  
 dormiunt in terræ puluere euigilabunt, alij in vitam  
 æternam, & alij in opprobrium, vt videant semper.  
 Hæc de vltima Antichristi exaltatione, & de inte-  
 ritu illius & salute p̄orum, & resurrectione omnium  
 manifestissime prophetata sunt. Quem locum tra-  
 ctans D. Hieronymus ita scribit. Nostri extremum  
 visionis huius capitulum super Antichristo sic ex-  
 ponunt; quod veniat cum magna multitudine, vt  
 conterat & interficiat plurimos; figat tabernacu-  
 lum suum in Apadno iuxta Nicopolim, quæ prius  
 Emaus vocabatur, vbi incipiunt Iudææ provinciæ  
 montana confurgere. Denique inde se erigens vsque  
 ad montem Oliueti Hierosolymorum regio ascen-  
 ditur, & hoc esse quod tunc scriptura dicit. Et cum  
 fixerit tabernaculum suum in montanæ provinciæ  
 radicibus inter duo maria: mare videlicet quod  
 nunc appellatur mortuum ab oriente, & mare ma-  
 gnum, in cuius littore, Cæsarea, Ioppe, Ascalon,  
 & Gaza fixæ sunt: Tunc veniet vsque ad summita-  
 tem montis eius, hoc est montanæ provinciæ, id est,  
 verticem montis Oliueti, qui inclytus vocatur: quia  
 ex eo Dominus atque Saluator ascendit ad Patrem,  
 & nullus Antichristo poterit auxiliari, contra se Do-  
 mino sciente: Et asserunt ibi Antichristum esse peri-  
 turum, vnde Dominus ascendit ad cœlos. Hæc ibi Hie-  
 ronymus. Vbi non est prætereundum quod nos le-  
 gimus iuxta vulgatam editionem, Et nemo auxilia-  
 bitur ei, septuaginta apertius ita verisse; Et veniet  
 hora consummationis eius. In commentariis quoque

*Hiero. in  
 11. Dan.*

*Esa. 25.* super Isaiam, verba illa Prophetæ: Et præcipitabit Dominus in monte isto faciem vinculi colligati super omnes populos, & telam quam orditus est super omnes nationes: Præcipitabit mortem in sempiternum & cætera. Sic exponit: Dominatorem omnium populorum, siue faciem tenebrarû super omnes populos, & telam quæ ordita sit super omnes gentes, quidam Antichristum intelligi volunt, qui in monte Oliueti consumendus sit: quod & in Danielis vltima diximus visione. Ibi non solum de aliena sed etiam de sua sententia Hieronymus scribit: Quod autem Antichristus veniet vsque ad summitatem montis sancti & inclyti, & ibi pereat; Esaias plenius loquitur. Præcipitabit Dominus in monte sancto faciem Dominatoris tenebrarum super omnes gentes, & eum qui dominatur cunctis populis, & vnctionem, quæ vncta est contra vniuersas nationes. Ex hoc Danielis & Esaiæ vaticinio, vt à veteribus atque ipso Hieronymo exponitur, Anselmus & Thomas & alij in monte Oliueti vnde Christus ascendit in cælum, futuram Antichristi necem ex antiqua traditione confirmant, quod quamuis dogma fidei non sit, tamen nullo modo contemnenda est horum patrum auctoritas cum præsertim scripturæ non leuiter innitatur. Etenim cum in tantum superbiæ furorem ille diaboli filius rapiatur, vt extolli se velit vsque ad ipsam deitatem, & Christum Dei sapietiam & gloriam superare incredibili vanitate contendat, non solum resurrectione ex mortuis sibi effinget, vt sancti patres scribunt, verum etiam in cælum recta se ascensurum, & solium in summo vertice positurum, & ambitiosissime pollicebitur, & audacissime tætabit; Itaq; in ipso cacumine mortis sancti vt patres docetes, figet sibi tætorium, vt designato die orbe spectate in cælos efferatur,

*Quod*

*Hiero. li.  
8. in Esa.*

*Hiero. in  
Dan. 11.*

*Ansel. 2.  
Thes. 2.  
Thomas  
ibid. lect.  
2.*

Quod à Christo Domino ille pessimus  
interficiendus sit.

## CAP. XVII.

**H**Ic iam Christi Regis nostri patientia, quæ ad  
id vsque infanzæ pertulit infœlicem animam  
illam, in exemplum soueritatis iustissimæ conuerte-  
retur. Cuius interitû B. Paulus Apostolus nobis de-  
monstrat his verbis. Tunc reuelabitur ille iniquus: *2. Thef. 2*  
quem Dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, &  
destruet illustratione aduentus sui. A nemine mor-  
taliû perimédum Antichristum aperte Daniel de-  
clarat, cum dicit, sine manu esse cõterendum. Vtrum *Ioan. 8.*  
vero angelico ministerio interficiendus sit Thomas *Thom. 2.*  
quidem à Michaële necandum vult: quod videtur *Thef. 2.*  
Daniel innuere cum ait. In illo tempore consurget  
Michaël princeps magnus. Anselmus verò & Ioan- *Ansel. 2.*  
nes Damascenus, magis ab ipso Christo corporaliter *Thef. 2.*  
apparente hostem illum digno supplicio conficien- *Damas.*  
dum putant, quod videntur verba Pauli magis sona- *4. li. c. 27.*  
re. Nam quemadmodum in cõuersione magni Apo- *Actu. 9.*  
stoli & Doctoris gentium Pauli, ipse Christus per se  
rem tantam obire dignatus est appatens luce mira-  
bili è cœlo, ita non est incredibile si facinus omnium  
maximum, cum omnium impiorum caput cæden-  
dam est, per se ipsum ipse dux noster suscipere ac  
peragere velit. Fortassis auté & ipse Christus è cœ-  
lo aderit, & Michaëlem principé militiæ secum ad-  
feret, vt illius potissimum ministerio Ecclesiæ suæ  
hosté extinguat. Siue ergo immani aliquo cruciatu,  
vt Antiochus & Herodes repête correptus, siue ter- *2. Ma. 9.*  
ribilis superne accepta voce cõcussus infelicissimus *Act. 12.*  
omnium mortalium tantæ maiestatis præsentia non *Ansel. 2.*  
setens expirabit, & miserrimo sine humanum genus *Thef. 2.*

N n 5 tanto

tantopere illud digno impietatis suæ & temeritatis exemplo reddet attonitum. Illustrationem autem aduentus, qua Christus, iuxta Paulum, hostē destruet, plerique illā in iudicio supremo cum ad omniū causas discutiendas veniet accipiūt. Sed mihi melius D. Anselmus videtur sapere, qui peculiarē hunc aduentum, & maiestatis fulgorem ad Antichristi interitū futurum sentit. Quemadmodum est de Sauli cōuer-

*Dan. 11.* sione iam dictū. Nemo igitur auxiliabitur, vt habet

*Iob. 18.* Daniel, nemo è Dei viui manibus eripiet impium.

*Greg. ibi.* Tunc illud implebitur, quod in volumine Iob legimus, vt Gregorius docet. Memoria illius pereat de

terra, & nō celebretur nomen eius in plateis. Expellet eū de luce in tenebras, & de orbe transferet eum.

Non erit semen eius, neque progenies in populo, neque vllę reliquię in regionibus eius. Impio enim extincto, omnis illi⁹ celebritas obscurabitur, & in eternam ignominiam mendax illa gloria vertetur. Neque

scelerati progenies amplius subsistet, cum mūdi ruina citissime cōsequatur. Tūc & illud Esaiæ de Christo dictum egregie apparebit: Et spiritu labiorū suorum interficiet impium. Tunc angelorum audietur

*Esa. 11.* canticum Christi victoriam celebrantium: Factū est regnum huius mundi Domini nostri & Christi eius,

& regnabit in sæcula sæculorum. Amen. Tunc denique Sanctorum cum Christo regnantium vox lætissima sonabit: Gratias agim⁹ tibi Domine Deus omnipotens, qui es, & qui eras, & qui venturus es: quia accepisti virtutem tuam magnam & regnasti. Et iratae sunt gentes & aduenit ira tua & tempus mortuorum iudicari, & reddere mercedem seruis tuis Prophetis & sanctis, & timentibus nomen tuum pusillis & magnis, & exterminandi eos qui corruerunt terram. Atque alio in loco voluminis eiusdem. Appre-

*Apoc. 11.* hensa

*Apoc. 11.* hensa

hensa

hensa

hensa

hensa

hensa est bestia, & cum eo Pseudopropheta, qui fecit signa corā ipso, viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulphure, & cæteri occisi sunt in gladio sedentis super equum. *Apoc. 20*

*De interuallo ab interitu Antichristi vsque ad diem Iudicij Danieli significato.*

CAP. XVIII.

**A**NTICHRISTO deleto, breui quidē futurus est mundi occasus, vt Sancti Patres immò scripturæ tradunt: non nihil tamen temporis intercedente ad pœnitentiam improborum expectandā, & piorum patientiam augēdam, satis nobis prophetia Danielis insinuat. Et à tempore quo ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta. Hos dies vsque ad interitum Antichristi numerari certum est, & conuenit inter omnes. Iam sequitur: Beatus qui expectat & peruenit vsque ad dies mille trecentos triginta quinque. Tu autē Daniel vade ad præfinitum, & requiesce, & stabis in sorte tua in fine dierū. Hæc sunt verba nouissima visionis vltimæ apud Danielē. Quem locum sic explanat Hieronymus. Beatus, inquit, qui interfecto Antichristo dies supra numerum præfinitum quadraginta quinque præstolatur, quibus est Dominus atque Saluator in sua maiestate venturus. Quare autē post interfectionem Antichristi quadraginta quinque dierum silentium sit, diuinæ scientiæ est, nisi fortè dicamus. Dilatio regni, sanctorū patientiæ cōprobatio est. Obiicit verò huic sententiæ Hieronymi auctor quidam non ignobilis, si ita sit, vt post Antichristi necem, dies quadraginta quinque intercedant vsque ad iudicij diē, fore vt diē illam certo ac definitè scire possimus, quod Dominus no

*Dan. 12.*

*Hiero. in Dan.*

*Corneli<sup>9</sup>*  
*Iansen.*  
*in Cōcor.*  
*Euan. c.*  
*122.*  
*Ansel. 2.*  
*Thef. 2.*

nus noster negat, nulli hominum aut angelorum no-  
 tum esse diem illum affirmans. Sed Hieronymi sen-  
 tentiam confirmans Anselmus eā obiectiōne diluit,  
 hoc modo scribens. Occidetur autē (loquitur de An-  
 tichristo) sicut è volumine Danielis intelligimus, in  
 mōte Oliueti in papilione in folio suo, illo videlicet  
 loco, quo Dominus in cœlum ascēdit. Post cuius in-  
 terfectionem cōcedentur ad pœnitentiā quadragin-  
 ta quinque dies his, qui ad vitā præordinati sunt; &  
 persecutiōne illā non sine offensione trāsierūt. Vtrū  
 verò cōpleris illis quadraginta quinque dieb<sup>9</sup>, mox  
 adueniat Dominus an adhuc supersit aliquantulum  
 tēporis, omninò nescimus. Hęc Anselmus: quibus ita  
 defendit spatia post Antichristū occisum cōcessa ho-  
 minibus ad pœnitentiā, vt terminū illorū certum nō  
 definiat. Alij non multū ab hoc discrepantes prædi-  
 cationē denuo futurā veritatis, vt respiscant illusi ab  
 Antichristo, atq; eā intelligi septimi Angeli tubam  
 tradunt, quā proximè dies illa tremēda cōsequatur.  
 Itaque fore interuallū aliquod vsque ad mundi finē,  
 & breue quidē illud, sed tamē nobis incertū, quo tē-  
 pore qui præordinati sunt ad vitam, ad suū numerum  
 soli Deo cognitū perducantur, cæteri cum diabolo  
 sempiternas pœnas daturi, in sordibus suis sordescāt  
 adhuc: Mihi verò quamuis Hieronymi sententia de-  
 finito illo quadraginta quinque dierū numero, iuxta  
 Danielis prophetiam certa consistat, haudquaquā vi-  
 detur Domini sermoni contradicere de ignoratione  
 dñei illius, sed illam potius fortasse cōfirmare. **Quam**  
**rē quia explicare maioris operæ est, & de rebus An-**  
**richristi fusè disputatum est duobus libris, quæ de**  
**suscepto argumento dicenda restant, alio libro com-**  
**modius Deo fauente differemus.**

FINIS TERTII LIBRI.

DE



# DE TEMPORIBVS NOVISSIMIS

LIBER QVARTVS.



AN DIES DOMINI RE-  
pentinus, an potius vehementer formi-  
datus veniat. Cap. I.



VM veritati veritas contra- *Psal. 118.*  
ria esse non possit, cùmque  
omnium diuinorum verbo-  
rum principiũ immobile ve-  
ritas sit, si quando in sanctis  
litteris ea occurrunt, vt sa-  
pè accidit, quæ pugnare inter se  
videantur, excitèet necesse est  
atque exerceat nostra studia,  
vt quemadmodum mutuo cohæreant, quæ discrepa-  
re putantur, sancto spiritu suggerente, & vberius in-  
ueniamus, & dulcius cõtlemur. Habet enim hoc  
veritatis profectò inquisitio, vt eo charior inuèta sit,  
quo difficilius quæritur. De die verò illo supremo  
multa sunt diuinis quidem litteris nobis tradita, quæ  
tamen inter se aduersa videantur. Primum vtrum dies  
iudicij

iudicij repētina & inopinata veniat, an potius expectata ac vehementissimè à mortalibus formidata. Deinde an viuos oppressura sit, vt hi ad tribunal Christi cum iis qui olim mortui sunt vocētur simul: an prius omnium mors futura sit, mox iudiciū. Præterea quid de conflagratione mundi, quam scriptura docet, sentiendum sit, an iudicem venientē ille ignis antecedit nec ne. Has atque alias his adiunctas quæstiones enodare, quæ re vera magnam habent apud sanctos Patres obscuritatē, propter testimonia scripturarum varia, laboriosum est: sed vt arbitror, non mediocriter vtile, si Deo duce ad veritatis ipsius cognitionem perueniamus. Igitur diem illum terribilem toties cœlestibus oraculis inelamatum, propter immensam hominum væcordiam, inopinatum & subitum, nihil tale formidantes esse oppressurum, manifestissima & plurima documenta sunt. Apud Mat. 24. thæum Christus ipse sic admonet. De die autem illo & hora nemo scit, neque Angeli cœlorum, nisi solus pater. Sicut autem in diebus Noë, ita erit & aduentus filij hominis. Sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, nubentes & nupti tradentes, vsque ad eum diem, quo intrauit Noë in arcam, & non cognouerunt donec venit diluuium & tulit omnes, ita erit & aduentus filij hominis. Apud Luc. 21. Lucam verò in eadem concione sic: Attēditē autem vobis, ne fortè grauentur cōrda vestra in crapula, & ebrietate, & curis huius vitæ, & superueniat in vos repentina dies illa. Tanquam laqueus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem omnis terra. 2. Pet. 3. Petrus quoque in posteriore epistola, & Ioannes in Apoc. 3. Apocalypsi diem Domini vt furem occulte atque 16. improviso venturum prædicant. Paulus verò etiam prægnātis exemplum ad furis similitudinē adiungit, vt il



vt illius diei incertum magis confirmet. De temporibus, inquit, & momentis fratres non indigetis, vt scribamus vobis. Ipsi enim diligēter scitis, quia dies Domini, sicut fut in nocte, ita veniet. Cū enim dixerint, pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habenti, & non effugient. Non potuit apertius demonstrari illius diei penitus inexpectatus aduentus, quam tot tāmque illustribus exemplis significatum est, quibus & partus subito dolore inuadentis, & furis noctis silentia captantis, & laquei ad decipienda animantia absconditi, denique diluuij infelices homines vndique obruentis appositissima similia, ad nostram ignauiam excutiendam nobis ob oculos ponuntur. Attamen expectatum illum diem & vehementissimè etiā formidatum mortalibus v̄eturum, alia testimonia neque pauciora neque obscuriora declarant. Etenim in ipsa eadē oratione Christi, vnde superiora sumpta sunt, contra sic legimus. Erunt signa in Sole & Luna & Stellis, & in terris pressura gentium præ confusione sonitus maris & fluctuum, arescentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi. Quomodo quæso potest inopinatus haberi dies, quem pauidi mortales tanta formidine expectent, vt præ timoris magnitudine arescant? Hoc quoque Esaias annūtiat. Propter hoc, ait, omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis contabescet & conteretur. Torfiones & dolores tenebunt, quasi parturiens dolebunt: vnusquisque ad proximū suum stupebit, facies combustæ vultus eorum. Cur autem tanta sit doloris acerbitas, statim subdit: Ecce dies domini veniet crudelis, & indignationis plenus. Item in Matthæo: Tunc parebit signum filij hominis in cælo, & tunc plangent omnes tribus terræ.

Quod

1. Thes. 5.

Luc. 21.

Esaï. 13.

Mat. 24.

Quod mulieribus pie lamentantibus Christus crucem portans exposuit: Venient, inquit, dies, cum dicent, montibus, cadite super nos, & collibus operite nos. De qua extrema turbatione generis humani etiã

*Luc. 23.* Esaias scribit: Introibunt in speluncas petrarũ & in voragines terræ à facie formidinis Domini & à gloria maiestatis eius, cum surrexerit percutere terram.

*Esai. 1.* Similia Amos & Oseas canunt, quæ referte longum est. Illud pro multis vnum sufficiat, quod Sapiencia habet, vniuersum terrarum orbem pro Domino pugnaturum, id est, elementa omnia & omnes cœli regiones venturi iudicis iram veluti illius armatos satellites nouo atque mæstissimo apparatu demonstraturas. Quod si ita est, quæ poterit infelicibus esse securitas? quæ tanta sui obliuio, vbi omnia terribilem vindictam in eos intentant?

*D. Augustini sententia de proposita questione expenditur.*

C A P. I I.

*Aug. epi.  
80. ad  
Hesych.*

**H**ANC quæstionem versans Augustinus & scripturæ loca contraria vt apparet, componere nitens, secũdum diuersas partes generis humani vtrũque verum futurum dicit, vt boni atque electi in tribulationem incidant maximam, ac præ magnitudine afflictionis exarescant, contra improbi & nequam homines affluente rerum secundarũ summa prosperitate, tanquam omni in posterum metu deposito, fastui & libidini securissime indulgeant. Eam autẽ tribulationem quam Euangelium prædicit, Antichristi persecutionem hic pater intelligit. Signa verò in Sole & Luna & stellis figurate potius esse accipienda, & vt in ipsa Ecclesia fiant, cuius Sol Christus ex plurimorum aspectu obscurabitur: Luna quoque ipsa Ecclesia cõtenebrescet, viri quoque perfecti qui stellarum

larum instar sunt, cadent. Denique omnia illa quæ Saluator commemorat, in illo sermone; partim impleta esse in Hierosolymitano excidio, partim quotidie impleri in Ecclesia, partim demum in vltima Antichristi persecutione implenda, quam iudicis cœlestis nulla interposita mora, nullo ante dato iudicio subito consequetur. Itaque non esse mirum, si homines mundi voluptatibus deditos, & nihil tale verentes, de repente opprimat ira Dei, vt olim suffur & grando Sodomam, & diluuium orbem inuasit, & fur ignoratus domum. Hanc beati illius patris sententiam ita posteriores probant, vt tamen aliam adhibendam iudicent, quod non vsquequaque ei fortassis acquiescant. Me vero sunt multa quæ moueant. Primum scriptura talem illius extremi temporis perturbationem describit, vt liquido significet etiam impiorum vehementissimam futuram esse formidinem. Quid enim est illud, arescentibus hominibus præ timore & expectatione, quæ superueniet vniuerso orbi? præfecto expectatio earum calamitatum quæ orbi vniuerso superuenient, non potest omnibus impiis æque atque iustis non esse communis. Pressuram quoque gentium intelligere quam gentes tunc faciant, non quam patiantur, vbi de terribili tremore hominum sermo est, durum est admodum. Deinde terrorem impiis tunc temporis longe maiorem incutiendum esse quam iustis, ipse Saluator insinuat, cum ait: His autem fieri incipientibus aspice & leuate capita vestra, quoniam appropinquat redemptio vestra. Et in libro Sapientiæ: Armabit creaturam adulatione inimicorum, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Et in Esaia generaliter: Omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis contabescet & conteretur: vnus-

*Gen. 19.**Genes. 7.**Ansel. 2.**Theff. 5.**Tho. lect.**1. in 2.**Theff. 5.**Luc. 21.**Luc. 20.**Sapiet. 5.**Esaï. 13.*

O o quisque

Luc. 13. quisque ad proximum suum stupedit. Itemque illud  
 Ose. 10. Osee, & Euangelij: Tunc incipient dicere montibus  
 Mat. 24. cadite super nos & collibus operite nos: & rursus.  
 Tunc plangent omnes tribus terræ. Iam vero signa  
 illa terribilia verè in cælo & terra & cæteris ele-  
 mentis apparitura, antequam Iudex è cælo veniat,  
 tum ex ipso contextu Euangelico tum ex aliis scrip-  
 turis abunde constat. Nam cælestium corporum con-  
 turbatio ostenditur, cum signa in Sole & Luna &  
 2. Petr. 3. stellis prædicuntur, eo quod virtutes illorum com-  
 moueantur, in mari autem sonitum & fluctuum redun-  
 dantiam futuram ultra modum, quod verò hæc verè  
 & corporaliter futura sint, Petrus apertissimè decla-  
 rat: Adueniet, inquit, dies Domini vt fur, in quo cæli  
 Sap. 5. magno impetu transient, elementa verò calore sol-  
 uentur, terra autem & quæ in ea sunt opera exurètur.  
 Liber quoque Sapientiæ eloquentissimè: Pugnabit,  
 inquit, cum illo orbis terrarum contra insensatos:  
 ibunt directæ emissiones fulgurum, & tamquam à  
 bene curuato arcu nubium exterminabuntur, & ad  
 certum locum insilient, & à petrosa ira plenæ mie-  
 tentur grâdines; excandescet in illos aqua maris, flu-  
 mina concurrent duriter. Contra illos stabit spiritus  
 virtutis & cætera. Denique Amos Propheta elegan-  
 tissime pingit pauorem impiorum & turbationem,  
 nihil vsquã tutum sibi videntium, sed infesta potius  
 Amos. 5. omnium creaturarum atque in se tela conuersa. Væ  
 desiderantibus, inquit, diem Domini. Ad quid eam  
 vobis? Dies Domini ista tenebræ & nõ lux. Quomo-  
 do si fugiat vir à facie leonis, & occurrat ei vsus, &  
 ingrediatur domum & innitatur manu sua super pa-  
 rietem, & mordeat eum coluber; numquid non te-  
 nebræ dies Domini, & non splendor in ea? Hæc in  
 hypocritas & Pseudochristianos Propheta de vlti-  
 ma

ma orbis calamitate vaticinatur. Quod si tropice omnia accipere pergamus, & quæ de magnitudine signorum & prodigiorum illius supremi mundi interitus prænuntiata sunt, neque historiam ipsam ut est narrata, historice auscultemus, fiet sanè ut omnis illa commemoratio ad pungendos animos hominum, quod Spiritus sanctus agit, mirum in modum frigeat. Quare non Patrum modum concors sententia de vero & historico euentu illorum terribilium, quæ in Euangelio & Prophetis leguntur, tenenda est, verum omnium fidelium animis insculpta persuasio. Neque piam tamen atque vtilem Augustini atque Origenis expositionem allegoricam reiicimus, sed amplectimur potius & veneramur, dummodò in sua sede ac veluti basi fixus maneat sensus historicus. Nam quod Augustinum mouit, ne putemus signa esse Dominici aduētus, tamquam mira & inaudita, quæ sæpe aliàs contigerint, & quibus, ut ipse ait apud gentiles legantur multo maiora, me, fateor, parum vrget, qui omnia quæ vel verè acciderunt, vel artificiosè conficta sint, longè inferiora cogitem illis magnis & admirabilibus extremi temporis signis; quorum tanta descripta est in Sapiencia, & Euāgelio, & Prophetis immanitas, ut memoriam omnium immò cogitationem mortaliū superet.

*Expositio superioris questionis, quomodo dies vltimus incertus sit, & tamen formidatus atque prouisus veniat.*

## C A P. III.

**V**T ergo planè comprehendamus, quemadmodum dies Iudicij vltim⁹ & occultus ac repētinus irruat in mundum, & homines tamen formidine ac terrore penè exanimatos inueniat, memoria repetendum est, eodem modo diuinas literas pronunciare de incerto & inopinato exitu cuiusque nostrum

*Augu. in  
episto. 80.*

ex hac vita: quo semper ad illud tēporis extremum, ex quo pendet æternitas, vt est opus, parati simus. Ita Angelum Sardis, hoc est Episcopum, Christus conuenit, & adhortatur. Serua & pœnitentiã age.

*Apoc. 3.*  
*Ecclis. 9.* Si ergo non vigilaueris: Veniam ad te tamquam fur, & nescies qua hora veniam ad te. Quod de morte illius non de vniuersi interitu proculdubio dicit. Salomon quoque: Nescit, inquit, homo finem suum. Sed sicut pisces capiuntur hamo, & sicut aues laqueo comprehenduntur, sic capiuntur homines in tempore malo, cum eis extemplo superuenerit. Ex quibus satis apparet, furis simile & laquei, æquẽ & morti cuiusque, & iudicio omnium, in sanctis litteris accommodari; vt vtriusque inopinatum finem significant. Quin potius ipse Christus vbi de mundi exitio vltimo, & suo ad iudicium aduentu multa differuit: Vigilare nos omnes debere admonuit, quod nesciamus diem neque horam, illius ad nos aduentus, ne fortẽ imparatos offendat. Quæ de fine cuiusque nemo est tam ineptus qui non intelligat dicta. Quemadmodum Lucas alio in loco magis explanat, vbi cū seruorum expectantium domini sui reditum parabolã introduxisset, & patris familias, furis insidias cauentis, diligentiã commemorasset, ad finem intulit. Et vos estote parati, quia qua hora nõ putatis filius hominis veniet. Aduentum verò, vt in morte nostra cogitaremus, amplius addendum putauit, vt Petri interrogationem absolueret, quæreris, an ea quæ differeret, ad omnes cõmuniter pertinerent: Ad omnes certè, exemplo serui voracis & pigri nos terrẽs? Veniet, ait, Dominus serui illius, in die qua non sperat, & hora qua nescit, & diuidet eum, partemque eius cū infidelibus ponet. Sed quid moror in re manifesta? Quid enim notius quam quod habet vulgare prouerbum, nihil esse

*Mar. 13.**Mat. 24.**Luc. 12.**Ibidem.*

esse certius morte nihil hora mortis incertius? Iam verò quis nesciat, quãuis incerta sit hora mortis deprehendi tamen posse, cum est valde propinqua, certis indiciis quæ ad ipsam iam quodãmodo mortem pertinent? vt est frequens singultus, atque interturbatus anhelitus, oculi defixi & caligantes, nasus distortior, pedum ac crurium rigor, brachia cadẽtia; denique totius humani corporis tamquam machinæ dissolutæ maxima perturbatio. Et certè qui hæc vel in se experitur, vel in alio cernit, potest is iure de mortis certitudine pronuntiare. Potest angi, potest attonitus & perterrefact<sup>9</sup> supremum expectare. Potest dixi? Quin potius maximopere perturbetur, ac vehemētissimè pauëat necesse est, si quid cordis habet, si homo est, non pecus, vel supra hominem Angelus carne circumdatus. Nonne hunc impiorum in exitu suo pauorem & grauissimam metus & angoris procellam, quæ illis inexpectatum & repentinum malum illud denuntiat, diuina scriptura demõstrat? Ego, inquit, in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id quod timebatis euenerit. Cum irrue- rit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit, quãdo venerit super vos tribulatio & angustia. En repentinam calamitatem, & interitum subito irruentem, & tamen angustia & tribulationis quam olim timerent, moram talem, vt tunc inuocent Deum, neque exaudiantur tamen. Neque aliud est quod idem auctor in Ecclesiaste de mortis instantis fragore; & totius humani domicilij perturbatione generaliter admonet, commemorans tempus afflictionis, & dies exosos, solis quoque & lunæ & stellarum offuscationem, quando nutabunt, inquit, viri fortissimi, & comouebuntur custodes domus, excelsa quoque timebunt & formidabunt in via. Itaque

*Prone. i.*

*Eccl. 12.* mortis quidem dies incertus, & hora ignota: sed tamen ipsi iam instatis prænuntij tales, vt fortissimum quemque perterrefaciant. Neque verò opus est, vt iaculo improviso confossus in puncto occumbat, aut cerebri a poplectico malo corripatur, aut recti mole cadētis dormiens obruatur, aut patiat denique tale aliquid, quale ille qui soporem morti socians defecit, vt verè ac planè affirmare possim⁹, mortis homini esse incertum diem. Nam ipsæ mortis causæ, siue morbi siue vulnera, siue quiduis aliud, incertæ sunt: quæ cum ita accidunt, vt manifestum obitum breui declarent, ad ipsam iam mortem pertinere verissimè intelliguntur. Quibus expositis, facilè est explicare quemadmodum signa illa horribilia, iudicij diem antecedentia, metu & perturbatione concutiant genus omne hominum, & tamen dies Domini nemini notus sit, & peccatores securè epulantes & nihil aduersi formidantes subito occupet. Ipsa enim totius naturæ conuulsio, & horrenda cæli terræque & maris commutatio, quæ proximè diem Domini antecedit, de insperato profus adueniet. Et quæuis moram nonnullam illa omnia portenta ferant, ex quibus sine dubio finis vniuersi intelligetur, nihilominus interitus repentinus impiorum meritò dicitur, propterea quod ad ipsum iam interitum illa ipsa terribilia pertinent, & tamquam iudicis aduentantis satellitia quædam, cum ipso iudicis aduentu computantur.

*Conciliatio locorum scriptura oppositorum: qua ostenditur malis semper esse improvisum aduentum Domini, bonis nunquam.* CAP. IIII.

*Sic expli  
ca. B. Pro  
sper in li.  
de pradi-  
ctio. par.  
3. cap. 15.*

**H**A NC diuinæ literas explicandi rationē, quam huius multorum Patrū illustre nomen satis faciat probabilem, tamen certam nisi ego fallor, ipsa scriptura



tura demonstrat. Nam parturientis simili proposito, abundè Paulus ostendit, vt dolores & torsiones parituram subito opprimunt, qui partum iam vicinum certo denuntiant, ita homines repentina rerum omnium commutatione perturbados, celerem domini aduentum expectaturos. Sed tamè iis Augustiis oppressos, eas mètis inopia fore, præ incredibili terrore confusos, vt nihil salutaris consilij adhibere queant. Quod clamor ille sponsi aduētantis media nocte factus, & Virginum stultarum vacuæ lampades neque rempestiuè foræ, satis indicant. Ipsa quoque diluuij Noë commemoratio rem declarat, neque enim diluuium vno momento orbem absorbit: sed irruentes vehementissimi atque perpetui imbres, mortales huc illuc discurrentes, & fugā quæritantes iā seram, tandè consumpserunt. Itaque Christus, cum atrociam illa & plena formidinis spectarentur, tunc dixit nos scire debere in ianuis esse negotiū. Illud quoque accuratè cogitandū est, quod quamuis terrores magni, diè Domini præeuntes, pauidos atque attonitos teneat improbos, atque ipsa interitus sui expectatione suspensos, tamen diuinæ literæ nequaquam etiam tunc, eos scire aut expectare aduentum Domini volunt. Contra, eos qui se ipsos præpararunt in occursum Domini venientis, quamuis diem atque horam æquè atque reliqui ignorauerint, censent tamè non ignaros & imprudentes subiti aduentus, propterea quod ita peruigilauerint tamquam eo ipso tempore futurum nossent. Quam ob rem Paulus cum docuisset diem domini, vt furem inopinato venturū, adiūxit illico: Vos autem fratres non estis in tenebris, vt vos dies illa, tamquam fur comprehendat: Ita fit vt iusto nulla sit repentina mors: impio nulla prouisa. Nam qui se non parauit, vt decuit, nullo modo

*1. Thef. 5.  
Iren. lib.  
5. ad subitū Antichristi aduentū refert illud, cum dixerint pax &c. Mat. 28.*

*1. Thef. 5.*

censeri debet, obitum suum præscisse, quamuis multis diuturnisque cruciatibus visus sit certior impendentis exitus factus: qui vero ita se comparauit, vt omnino futurum exitum suum, tametsi quando sit futurus ignarus, bene agendo ac vigilando præmunierit, certè nullo puncto temporis inopinatum & improvium malum accipiet, etiam si ex humanis subito forte rapiatur. Iustus enim ( ait scriptura ) si morte præoccupatus fuerit hoc est intempestivè extinctus, in refrigerio erit. Raptus est enim, ne malitia mutaret intellectum eius. **Quamobrem Christus** audita clade illorum, quos turris Siloë de repente cadens oppresserat, cæteros omnes admonendos putavit: Nisi pœnitentiam egerint, similiter perituros, prorsus vere. Nam qui pœnitentiam, diuinitus admonitus, agere negligit, subito periturum nullo pacto debemus ambigere. Ita verum perpetuo est, quod sapiens aliàs dixit, Virum qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei superueniet interitus: Verum, quod Christus minatur seruo malo, venturum Dominum hora qua nescit: Verum, quod Salomon impiorum fore interitum repentinum? Verum denique, quo Paulus Apostolus, vnde hæc omnis profecta est disputatio, malis hominibus & seculi voluptatibus deditis, cum omnia sibi pacata & secunda sponderint, tunc subitum ad futurum exitum. Qui ducunt quidem in bonis dies suos, sed in puncto, vt est apud Iob, descendunt ad inferos.

*Quod ex aduentu Antichristi & Elie, Sancti & docti deprehendent certo instare iudicium.*

### C A P. V.

**Q**UAM QVAM equidè cõciliari scripturas, quæ videbantur repugnare, eo modo quo diximus satis

fatis intelligam, iuuat tamen non nihil amplius premere rem, denuo que rogare. An sicut cōmutata iam facie omnium, rerū perspicuè iudiciis instātem aduentum declarātium, omnes homines impij equè atque pij, mundi finē adesse cognoscēt: ita etiam vel omnes vel plerique ex aduentu Elię, & tyrannide Antichristi id ipsum sint percepturi? Videntur enim ignorare non posse, quod tot tamque apertis scripturarum oraculis prōditum est, nisi infideles sint. At si etiam valde fideles, prænoscere possint mundi finem, & diem Domini in numerato habere, necesse est sanctarum Scripturarum periclitetur auctoritas: quę vsque adeo eius diei notitiam hominibus adimunt, vt etiam Angelos inde excludant. Hīc auctor nobilis Theophylactus fatetur Eliam atque Antichristum certo mūdi finem adesse indicare, verū diem Domini nō ita definire, quod possit vel serior vel celerior esse: itaque omnes mortales latebit. Anselmus etiam addit ab interitu Antichristi fluxuros quidē dies quadraginta quinque, iuxta Danielis vaticinium, diem tamen Domini semper incertum fore, quod soli Deo exploratum sit, vtrum ad eos dies aliquid, quātumue accessurum sit. Verū vt demus dies ab interitu illius vsque ad sęculi finem fore definitos quadraginta quinque, quod sentiunt D. Hieronymus, & Rupertus Tuitiensis, immō ipsa verba Prophetę exprimere videntur. A die, inquit, cum ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem, dies mille ducenti nonaginta. Quod interual- lum temporis omnibus consentientibus ad regnum Antichristi pertinet, itaque statim: Beatus qui expectat & peruenit vsque ad dies mille trecentos triginta quinque. Quę nam hic obsecro beatitudo intelligi potest eius, qui vsque ad diē quadragesimum

*Theophr. in 1. ad Thef. c. 5.*

*Ansel. in eundem locum Pauli. Dan. 12.*

*Hiero. in c. 12. Daniel Rupertus. li. 13. de Visiona verbi Dei. c. 15. Dan. 12.*

quintum à nece pestiferi illius peruenit, nisi quam  
 Apostolus declarat, asserens eos qui relictī ex tantis  
 malis fuerint superstites, rapiendos in nubibus ob-  
 uiam Christo: *1. Thess.* Vt igitur concedamus ea sic habere,  
 † viri grauíssimi sentiunt, & ipse propheticus ser-  
 mo satis insinuat, nihil ego periculi esse video, nihil  
 quod Euágelicis Apostolicisque literis contradicat.  
 Repeto enim quod supra iam dixi, perinde philoso-  
 phandum esse de notitia vel ignorantia diei cuique  
 nostrum vltimi, atque ipsi vniuerso vltimi. Vtrumq;  
 enim penes Deum esse diuinæ nos literæ docent, ne-  
 que posse quemquam sibi arrogare eius rei defini-  
 tionem. At tamen mors incumbens, vel etiam ince-  
 sēns, deprehendi potest non solum indicijs illis cer-  
 tissimis, cum iam anima propemodum efflatur, quod  
 cuius & vulgo perspicuum est, sed alijs etiam oc-  
 cultioribus, certis tamen, quorum periti medici so-  
 lent nonnullos ante dies, interdum obitum ægrotan-  
 tis prædicere. Ita mihi videntur duo signorum gene-  
 ra mundi iam deficientis & properantis ad exitum,  
 extremum diem indicare. Vnum omnibus peruium  
 atque expositum, quodque non tam signum interi-  
 tus est, quam initium certum, & inchoata mors mun-  
 di. Quo in genere sunt, cælestiũ luminarium illa me-  
 stissima obuelatio, maris fluctus efferatissimi, cæte-  
 rorumque intolerabilis furor in genus hominum, at-  
 que omnium maximè ignis illius vndique grassantis  
 immanitas, quæ cum mortales intuebuntur, etiã tar-  
 distissimi & sceleratissimi diem ira & furoris adesse, i-  
 gnorare nullo pacto poterunt. At hæc vt dixi, ad ip-  
 sum iam interitum mundi pertinet, neque tam futu-  
 rum prælagiunt, quam instantem declarāt. Alterum  
 genus est eorum signorũ, quod soli probi doctique  
 prospicient, quale est regnũ Antichristi, prædicatio  
 Eliæ,

Elizæ, cædes illius feræ. Hęc cum eo modo rebus ipsis completa apparuerint, quo sunt in Sanctis Scripturis designata, non equidem dubito, Angelos certè diem aduentus Domini intelligere iam posse, neque valde timeo etiam Sanctis & Apostolicis viris eandem cognitionem tribuere. Neque verò vlla ex parte Evangelio obstitimus, etenim reuelationis notitiã & præscientiam negat omnibus, notitiam ex signis ipsis & rerum euidencia, ad eò non negat, vt vel ob eam ipsam salubriter impertiendam mortalibus, tot signa ita enucleatè tradiderit, & nos vehementer intentos esse voluerit. Quamquam absolutissima & omnibus modis infallibilis certitudo diei illius atq; horæ nouissimæ, non est vendicanda cuiquã mortalium, nec Angelorum fortassis, propterea quòd semper in diuina potestate est situm, vel accelerare vel prorogare negotium, quemadmodũ in quantacumque morbi magnitudine de hominis morte pronunciare solemus. Sed vt sæpe iam dixi, ex rerũ ipsarum euidencia & testimonio, non dubium est quin, non modico ante tempore de aduentu diei extremi Sancti & in literis Canonicis versati, verè ac sapienter pronunciare queant. In quod improbi vitæ huius amatores neque intelligent, neque monentibus credent. Atque hoc, nisi fallor, aperte Daniel ostendit illis verbis. Et ego audiui & non intellexi. Et dixi: Domine mi, quid erit post hæc? Cui Angelus: Vade Daniel quia clausi sunt signatiq; sermones vsque ad præfinitum tempus. Velut dicat. Donec ipsa hæc eueniant quæ dixi, ne mireris si minus intelligas, quæ dicuntur. Latent enim nouissima tempora, vsque dum infinitus rerum ordo succedat. Adiungit verò mox Angelus, eligentur, & dealbabuntur, & quasi ignis probabuntur multi: & impiè agēt impij: neque intel

Dan. 12.

intelligent omnes impij: porrò docti intelligent. Quid oro est, neque intelligent omnes impij, nisi quod Apostolus docet, cum dixerint Pax & securitas, tunc repentinus eis superueniet interitus & non effugient? Quid verò illud. Porrò docti intelligent, nisi id ipsum quod statim addit Paulus: Vos autem non estis in tenebris, vt vos dies domini tāquam fur comprehendat? Ergo post regnum Antichristi, sancti quidem & fideles Dei homines imminere nouissima tempora intelligentes, patientiam in tantis malis adhibebunt maximam, se verò ipsos totis viribus in Christi occursum, quem ardentissimè opperientur, optabunt. Impij verò nihil nisi carnis delicias cogitantes, se se flagitiis omnibus, & impuritatibus dedit, nihil neque in præsens experti aduersum, neque in posterum formidantes, mundi gloria & rebus secundissimis circumfluentes.

*Quod impij etiam perempto Antichristo, iudicium minimè expectent.* CAP. VI.

*Lyran. su per 13. ad Theff. c. 5.* **N**A M quod quidam obijciunt, non esse verisimile, impios extincto Antichristo, (cuius acerbissimus casus non poterit non magno terrore concutere omnes illius sectatores,) in tanta securitate victuros, vt illos lætos & nihil mali suspicantes de repente occupet dies Iudicij, mihi sanè non multum negotij facefsit: Longè amplius adducor, vt Glossæ ordinariæ, quam illi oppugnant, sententiam sequar, quam etiam Thomas & Anselmus probant. Aiunt hi patres, perempto Antichristo dies quadraginta quinque concedi ad pænitentiam hominibus: quo tempore qui præordinati sunt ad vitam, interitu Antichristi excitatos, conuerti ad Christum, & præterita mala noua pænitentia delere. Cæteros verò, quorum erit innumerabilis multitudo, non adeo curare ducis

*Glossa ordinaria  
ibidem  
Anselm<sup>o</sup>  
ibidem.*

ducis sui exitium, vt factum libidinemque deponat, sed cito eiusmodi calamitatis oblitus, voluptatibus & gloriae humanae vehementius se dedere; denuo conuiuia inire, coniugia copulare, domos & mœnia sibi extruere, rebus secundis frui. Denique vt in diebus Noe, pro nihilo ducere omnes futuri iudicij cōminationes, Sanctorum vitā & cohortationes ride-  
re, ipsos sceleratissimè affligere. His deditos, ac ventris & veneris ceno profundissimè immersos, tandē improuisa tempestate, vt alites laqueo, capi. Qui verò ictu Antichristi aut etiam exercitus illius magna clade (quod tamē in scriptura probata me legisse nō memini) ita putat terreri impios, vt ad consuetas cupiditates & illecebras eos redire, & metum citò deponere admireretur, neque fide dignum existimet: parum is mihi videtur humanae mentis vicissitudines, atque nequitiae profunde defixę consuetudinem cogitare, cuius est tanta vis vel potius furor, vt futura facile contemnat, præsertim suauitate ducatur. Nonne Pharaonis & Ægyptiorū plage nobis occurrunt, & toties mutata sententia, & citissimè diuinæ vltionis metus abstersus, vsque dum ipsis maris elati fluctibus simul vitā eum inscitia obstinatissima subruerunt? Quid ipsi Hebræi Deo & Moyse toties infesti, toties cæsi, toties pacta conuenta oblitī? Cum enim eos occideret quarebāt eum; & tamen cito redibant ad sua. Nonne moriente Domino Solē obscuratum, petras scissas, ac multa prodigia viderunt, & tamen à scelere nullo modo auersi sunt? Quoties Saul, quoties ceteri metu percussi sanam mentem quam acceperant, breui deposuerunt? Magna est humanae mentis absurditas, quam facillimè vincunt præsentis dulcedinis illecebræ. Quotidie cernimus homines tempestatibus maximis iactatos, aut turbine caelesti de-

*Exod. 9.  
& 10.*

*Psal. 7.*

*Matt 27.  
1. Reg.  
24. 26.*

territos

iti de-  
territos

territos, vel subito terræ tremore concussos, quâdiu ista durant, videri resipiscere & Deum sibi offensum votis placare: at vbi terroris sensus excelsit, simul omnem illam cōtinentiam & religionem ex animis euanescere, itaque perinde ludere & cachinnari & scortari, vt ante faciebant. Quod cum humanum oppidò sit, non oportet vt nouum & incredibile improbare quod sceleratissimi satellites Antichristi ad horam forte perculsi illius exitio, pro consuetudine inueterata, arridente simul mundi prosperitate, delictijs se & cupiditatibus dedant, futuram illam obliuiscantur, pacem & securitatē sibi polliceantur. Etenim vt colūbas ceterasque volucres cernimus vehementi aliquo sonitu percussas, statim quidem euolare, & facta cūbumque deserere: sed breui admodum eiusmodi terriculi oblitas, pristinum pastum repetere, atque ibi hærere, etiam si nōnullæ illarum istæ ceciderint: ita nos quod quotidie in simili improborū exemplo fieri animaduertimus, de illa maxime gente infideli & praua cogitare debemus: vt locum etiam illic habeat Salomonis sententia, sicut aues laqueo comprehenduntur, sic impios tēpore malo, eum illis improuisum aduenerit. Quanquā non video quid magnopere nobis opus sit de Antichristi interitu laborare, cum constet orbem totū ab illo seducendū: ad cuius maximam partem intra sesqui mensem, cladis illius non possit fama peruadere. Itaque vt faciamus bestia cruentæ exitio spectatores satellites territos, ceterosque vicinos, voluptates vitæ & gloriā abiecisse præ metu, quod nullo modo crediderim, tamen erit certè verum in plurima impiorum parte, eos cum pacem & securitatē sibi putauerint, repentiño interitu obrui. Quare perspicuum est diem Domini sanctis, & iustis hominibus optatum atque expectatum,

impijs

*Eccles. ca.*

9.



impijs prorsus inuisum atque improuisum esse venturum.

*Quis sit apparatus futurus iudicij iam instantis: & quæ signa caelestia.*

CAP. VII.

**S**ATI iam constat, quædam prænuntia Iudicij Sab impijs nullo modo intelligēda, quæ ab electis animaduersa salutis sint: quædam rursus extrema communi terrore hos æquè atque illos acceptura, sed tamen obfirmata peruersitate, & ita Dei nullū amplius concedere locum, Iudicij tēpus affuturum. Et Ioannes quidem vidisse se narrat Angelum vtraque manu in cælum elata, iurantem audisse per viuentem in sæcula sæculorum. Quia tēpus non erit amplius. Sed in diebus vocis septimi Angeli cum cœperit tuba canere, Dei mysterium consummabitur. Hoc ipsum insinuat Euangeliū, vbi ait, statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur & cetera. Tribulationem quam statim iudicium cōsequentur, nullo modo dubito, sæpe iam commemoratam Antichristi persecutionem intelligi, vt Augustinus, Hieronymus, Ambrosius, Gregorius, Beda, Thomas, Bonaventura ac ferè omnes accipiunt, quāuis obfistant nobis Chrysostomus, & Theophylactus, atque hos sequuti Abulensis, & Iansenius, longo sermone contendentes, eam tribulationem excidium Hierosolymitanum esse, de quo illuc vsque sermonem habuerit Dominus, inde iam ad consummationis sæculi signa transiens, neque debere esse mirū, si dicat statim fore, quod plurimis annorum centurijs interiectum sit, quod more scripturæ multa nostra sæcula Deo breuissimum interuallum sit. Verum vt hoc demus, quod libenter concedimus, tamē non habet scripturæ phrasis, vt illud post illud statim fieri dicat, nisi cū series

*Apoc. 10.*

*Mat. 24.*

*Abulen.*

*in 24.*

*Mat. 9.*

*67. &*

*47.*

*Iansen.*

*in Cōcor.*

*c. 122.*

series ipsa rerum temporis etiam quadam coniunctione cohereret. Neque narrandi aut predicandi ordo aliud patitur. Sed illud bene habet, quod exinde sermo Euangelicus, dissentiente nemine, totius de iudicio extremo & quæ illud antecedunt, signis, existit.

*Soph. 1.*

*Hier. 30.*

*Joel. 2.*

*Apo. 10.*

Magnum eum diem scripturæ vocant, & diem Domini proprium: in quo regnaturus est Christus, de profligatis & victis hostibus perpetuo triumphans. Quauis enim ad eius diei illud supremum opus declarandum, multis similibus scriptura vtatur, iam vindemiam quandam aut etiã messem omnium inducens, iam expiscationem & sagemam, tum etiam nuptias, & conuiuium magnum. atque aliàs quoque aliter: frequentissimum tamen est vt prælij cuiusdam & conflictus terribilissimi imagine, iram Dei atque vindictam in peccatores tunc penitus effusam demonstrat.

*Apo. 14.*

*Matt. 13.*

*Mat. 122.*

*Esa. 25.*

Sicut in Ioële legimus, atque in alijs prophetis crebro. Illud verò prælium, in quo de summa imperij æterni agetur, dignus Deo apparatus antecedit. Quæ breui mihi videtur Sapiens complexus, cum dixit: Armabit creaturam in ultionem inimicorum, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Quod enim solent Imperatores in supremo conflictu facere, cum de summa rerum certatur, vt omnibus copijs dimicent, ipsi primi lectissimas acies armati obeant; milites suos cohortentur, animos certæ victoriæ pollicitatione accendant, commemoratione iniuriæ hostilis extimulent: id planè totum summus ille Princeps hoc loco egregie præstans in literis diuinis inducitur. Accipiet, inquit, armaturam zelus illius: induet pro thorace iustitiã, & accipiet pro galea iudicium certum: sumet scutum inexpugnabile æquitatem: acuet autem diram iram in lanceam.

*Joel. 3.*

*Sap. 5.*

Armabit creaturam in ultionem inimicorum, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Quod enim solent Imperatores in supremo conflictu facere, cum de summa rerum certatur, vt omnibus copijs dimicent, ipsi primi lectissimas acies armati obeant; milites suos cohortentur, animos certæ victoriæ pollicitatione accendant, commemoratione iniuriæ hostilis extimulent: id planè totum summus ille Princeps hoc loco egregie præstans in literis diuinis inducitur. Accipiet, inquit, armaturam zelus illius: induet pro thorace iustitiã, & accipiet pro galea iudicium certum: sumet scutum inexpugnabile æquitatem: acuet autem diram iram in lanceam.

*Sap. 5.*

Armabit creaturam in ultionem inimicorum, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra insensatos. Quod enim solent Imperatores in supremo conflictu facere, cum de summa rerum certatur, vt omnibus copijs dimicent, ipsi primi lectissimas acies armati obeant; milites suos cohortentur, animos certæ victoriæ pollicitatione accendant, commemoratione iniuriæ hostilis extimulent: id planè totum summus ille Princeps hoc loco egregie præstans in literis diuinis inducitur. Accipiet, inquit, armaturam zelus illius: induet pro thorace iustitiã, & accipiet pro galea iudicium certum: sumet scutum inexpugnabile æquitatem: acuet autem diram iram in lanceam.

Armatum probe. Regem nostrum audimus: cohortantem

rantem suos ad prælium alius Propheta narrat: Dominus, inquit, exercituum præcepit militiæ belliventientibus de terra procul à summitate cœli: Dominus & vasa furoris eius, vt disperdat omnem terrâ: & paulo superius: leuate signum, exaltate vocem, leuate manum, & ingrediantur portas duces. Ego mandavi sanctificatis meis & vocavi fortes in ira mea, exultantes in gloria mea. Altera ex parte exercitus hostium Christi scriptura describit, Procedunt, inquit, ad reges totius terræ congregare illos in prælium ad diem magnū omnipotentis Dei. Quam ob rem & turbarum, & signorum, & amorum plurima mentio est in sacro eloquio, quoties diei illius tremendi significare vult cladem. Et quoniâ in magnis præliis equitatus præcedit deinde peditum phalangis cōserta manu rem gerunt, mox cæsis fugatisque hostibus victricia signa in arcibus eriguntur, eadē captas vrbes ignis consumit, deinceps cōsideremus: Virū in illo magno Domini die, ex ordine illa omnia gerantur. Equitatum sanè cogitare possumus nobilissimam creaturam, Angelicam & cœlestem. Angelos officio nō defuturos qui sunt potentes virtute ad faciendum verbum illius, illud docet quod inusitato modo virtutes cœlorum commouebuntur, non iam hominibus ministrantes salutem, sed certum interitum afferentes. Ipsi cœli magno impetu trāsient teste Petro, Deo quippe irato necesse est omniū procerum statum commoueri. Quid cœli præclarissima portio, Sol, Luna, sidera omnia? Sol, inquit, obscurabitur, Luna non dabit Lumen suum, & stellæ cadent de cœlo. Mysticè hæc gerenda in ecclesia sub Antichristo, Augustino libenter assentior: Verū historicè quoque illa corpora terrorē, qualem nunquam antea, demonstratura, dubitare nullo modo Christiani

*Esaï. 13.**Apoc. 16.**Psa. 102.**Mat. 24.**2. Pet. 3.**Mat. 24.**August. epist. 80.**Luc. 21.*

P p possumus

nus

possumus, qui legimus signa fore in Sole & Luna & stellis & in terris pressuram gentium, qui in Esaiâ, & Ioële, & ipsa Sybilla eodem teste Augustino, planè prædictum nouimus. Sybillini versus hi sunt.

*Aug. 18.  
de ciuit.  
cap. 23.*

*Epiritur solis iubar, & Chorus interit astris,  
Soluetur cælum, lunæ splendor obibit.*

*Hilarius  
Hierony.  
Chryf. in  
24. Mat.* Neque vero, quod alias doctissimi & Sanctissimi patres volunt, Hilarius, Chrysofomus, & Hieronymus, erit obscuratio illa præ magnitudine charitatis iudicis aduentantis, sicut sole exoriente stellæ obscuratur, & minus lumen maiore offuscatur. Minimè id

quidè scriptura vult quæ signa inusitata terroris, ista commemorat. Sed reuera deficiet Solis lux, & facies illius pulla & tristissima mortalibus apparebit: luna eructo quodam atrore luctum simul atque iram demonstrabit: stellæ omnes sine lucidiores illæ, quos plânetas vocant, siue affixæ firmamento, quoniam ab oculis intuentium nullis nubibus obductæ paulatim subducentur, cadere videbuntur. Scripturas scripturæ aperiuunt; & quod Matthæus dixit, stellæ cadent de cælo, hoc Esaiâs explicat: Quoniâ stellæ cæli & splendor earum non expandent lumē suum: hoc Ezechiel hoc modo: & operiâ, cum extinctus fueris cælum & nigrescere faciâ stellas eius: Solē nube tegâ, & Luna nō dabit lumen suū. hoc denique Ioël apertius: A facie eius cōtremuit terra, moti sunt cæli: Sol & Luna obtenebrati sunt, & stellæ retraxerūt splendorē suū. Atque vt quâ cœpimus Dei pugnat, & militiæ cœlestis in aciem prodeuntis patremiâ, melius contempleremur, quid protinus adiungat idem Propheta, auctemur: Et Dominus, inquit, dedit vocem suâ ante faciē exercitus sui: quia multa sunt nimis castra eius, quia fortia & faciētia verbū eius: magnus enim dies Domini, & terribilis valde, & quis sustinebit eum?

*Mat. 24.  
Esa. 13.  
Ezec. 32.  
Ioël. 2.  
3.*

*Ioël. 2.*

De

De cæteris prodigiis, quæ in terra cæterisque elementis tunc  
fient. CAP. VIII.

**C**ÆLESTIS quidē militia ita pugnabit aduersus impios ac cœli facies, cuius est lumen, iucundissimum aspectu, mœstissime velata, tristitiam vehementem afferet, motus autem & conuersio illa ordinatissima, veluti dissoluta compage, inæquali ac dissimili cursu pauorem maximum incutiet, chorus ipse syderum pulcherrimus noua significatione furoris, nihil non violentum præferet. Superna verò orbis parte ita pugnante, non erit inferioris creaturæ velut pedestris exercitus, remissior opera. Sed terra fragoribus & tremoribus maximis, agitabitur, vt scriptum est in Psalmo: *Commota est terra, Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini, à facie Domini omnis terra, Esaias quoque: Cœlum turbabo, & mouebitur terra de loco suo propter indignationem Domini exercituum, & propter diem iræ furoris eius. Neque dissimiliter Aggæus, qui etiam cœlum commouendum & mare & aridam annuntiat, quod de secundo Domini aduentu Paulus interpretatur, quamuis in primum etiam aperte congruat. Terram verò atque illius partes, montes, & valles, & tumulos, æmulabitur in pœna impiis irroganda mare: cuius tantam turbationem, atque eam fluctuum magnitudinem atque æstum & sonitum Saluator prædicit, vt exatescant homines præ timore. De toto hoc elemento aquæ quod est in genus humanum alioqui placidum & maxime utile, tunc verò atrociter furens, in Sapiencia ad hunc modum legimus: Excandescet in illos aqua maris, & flumina concurrent duriter, contra illos stabit spiritus virtutis, & tanquã turbo venti diuidet illos, & ad*

*Psal. 96.**Esai. 13.**Aggæ. 2.**Hebr. 10.**Luc. 21.**Sapiet. 5.*

eremū perducet omnem terram iniquitatis illorum. Terra & mari ita ſcruentibus, ipſe aër, cuius flatu vitam hanc ducimus, non mitiorem ſe dabit, qui præter infectionem peſtiferam etiam oſtentis iniuſtitiæ & funeſtiſſimis ſummo omnes terrore peccellet, neque terrebit ſolum mōſtris verum ignitis quoque iaculis cōficiet; de qua re in eodem libro paulo ſuperius ſcriptum eſt: ibunt directè emiſſiones

*Sapient. 5.*

fulgurum, & tamquam à bene curuato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum inſiſtent, & à

*Apoc. 10.*

perroſa ira plenæ mittentur grandines. Apocalypſis etiam ſic habet. Facta ſunt fulgura, & voces & tonitrua, & terræmotus factus eſt magnus, qualis nunquam fuit ex quo homines fuerunt ſuper terram talis terræmotus ſic magnus. & mox: & grando magna ſicut talerū deſcēdit de cælo in homines, & blaſphemaſerunt Deū homines propter plagam grandinis, quoniam magna facta eſt vehementer. Omnium denique elementorum acerrimus ignis, extrēmas partes in hac contentione obibit, ac veluti firmiſſimo robore creaturarum pro Deo pugnantium, aduerſus ſceleſtos agmen claudens, impreſſione facta funditus euertet & proſtigabit. De quo ſcriptum Petrus reliquit. Adueniet autem dies Domini vt ſur, in quo cæli magno impetu tranſient, elementa vero calore ſoluentur: terra autem, & quæ in ea ſunt opera exu-

*2. Petr. 3.*

rentur. Et in Pſalmo: Ignis ante ipſum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius. Item que Da-

*Pſal. 96.*

*Daniel. 7.*

*Aug. 18.*

*de ciuit.*

*cap. 23.*

batur. Sybilla quoque Erythræa.

*Decidet è cælis igneſque, & ſulphuris amnis.*

De quo quoniam habet peculiare cōſiderationem, diſſerendum erit vberius, modo illud firma cogitatione teneamus, formidādum proſus eſſe certamen, quod

quod pro iustitia contra iniustos, orbis terrarum, atque vniuersa simul creatura suscipiet, vt qui in cunctis deliquimus, vt ait Gregorius, in cunctis feriamur, & qui cunctorum Regem cuncta nobis largientem ingrati offendimus, cunctorum aduersus nos conuersa tela sentiamus. Sed mala illa suprema omnium, quæ vnquam aut fuere, aut excogitari potuerunt, dicendo amplificare & superuacaneum est & ab instituto opere alienum. Is certe, qualia sint, tantisper apud se existimare poterit, quem Dei timor inceserit: cogitare planè ac mente voluere deberemus omnes sanctum Iob imitantes, qui semper hos tantos fluctus tamquam in se exciperet, Dei offensam perhorrescebat. Liber nihilominus Hippolyti Martyris periodum quandam appingere de sæculi consummatione: Tunc, inquit, sonabit tuba & excitabit dormientes à profundissimis terræ, tam iustos quam peccatores: omnisque natura, lingua, gēs, & tribus resurgent in ictu oculi, & astabunt super faciem terræ expectantes iusti atque terribilis iudicis aduētum in timore & tremore inenarrabili. Fluuius enim ingneus egrediēs cum furore instar maris sæui exuret montes, & colles, & mare delebit, ac æthera inflammatione dissoluet: stellæ cadent de cælo, sol conuertetur in tenebras, & luna in sanguinem, cælum more libri volutabitur. Exuretur vniuersa terra propter opera quæ in ea corruerunt homines. Quin etiam Lactantij Firmiani particulam quandam attemam. Tunc vero, inquit, detestabile atque abominandum tempus existet, quo nulli hominum sit vita iucunda. Eruentur funditus ciuitates, atque interibunt non modo ferro atque igni, verum etiam terræ motibus assiduis, & eluuiæ aquarum, & morbis frequentibus & fame crebra: aër enim vitiabitur, &

Gregor.  
Hom. 35.  
in Euāg.

Iob. 31.

Hippo. in  
orat. de  
consum.  
sæculi.

Luc. libr.  
1. de dini.  
pram. ca.  
16.

corruptus ac pestilens fiet, nec terra homini dabit fructum. Fontes quoque cum fluminibus arefcant, vt ne potus quidem suppetat, & aquę in sanguinem aut amaritudinem mutabuntur. Propter hæc deficient & in terra quadrupedes, & in aëre volucres, & in mari pisces. Prodigia quoque in cœlo mirabilia mētes hominum maximo terrore confundent, & crines cometarum, & Solis tenebræ, & color lunæ, & candentium syderum lapsus. Nec tamē hæc vſitato modo fient, sed existent subito & ignota & inuisa oculis astra: sol in perpetuum fuscabitur, vt vix inter diem noctemque discernatur. Luna iam non tribus deficient horis, sed perpetuo sanguine obfusa meatus extraordinarios peraget: stellæ verò creberrimæ cadent, vt cœlum omne cæcum sine vllis luminibus appareat. Montes quoque altissimi decident, & planis æquabuntur, mare in nauigabile constituetur. Ac ne quid mali hominum terræque desit, audietur è cœlo tuba, itaque trepidabunt omnes & ad luctuosum illum sonitum contremiscent. Hæc à viro eloquente allata modo sufficiant. Attamen omnis humana eloquentia simplici Dei enunciatione longe inferior est: neque omnia illa vel Hippolyti vel Lactantij vel cuiusuis alia, peruenire mihi videntur ad hoc Euangelium, Arefcantibus præ timore & expectatione, quæ superuenient vniuerso orbi, aut ad illud propheticum, omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis contabescet & conteretur: Torſiones & dolores tenebunt, quasi parturiens dolebit: vnusquisque ad proximum suum stupebit: facies combustæ vultus eorum. Et quod alius Propheta exclamat: conuersæ sunt vniuersæ facies in auriginem: vā, quia magna dies illa, neque est similis eius.

Luc. 21.

Eſai. 13.

Hier. 30.

*Quosdam*



*Quosdam patres opinari cæli substantiam igne  
illo extremo esse consumendam.*

## CAP. IX.

**Q**UONIAM de iis prodigiis quæ proximè terminū mundi anteibunt, dictum est supra, atque inter cæteras orbis partes, aduersus Dei hostes confligentes, etiam ignis mentio est facta, opportunum est quærere, vtrum ille iudicis aduentum præcedat, an sequatur potius, tum vero qualis ille futurus sit, & an omnia cælestia etiam corpora cum terrestribus communi incendio cõsumprurus. Hinc ergo sumamus exordium. Nam de natura cælestis corporis quemadmodum inter veteres philosophos, ita inter ecclesiasticos scriptores non satis conuenit. Antiquiores patres, Græci præsertim, magis Platonice quam Aristotelice placitis ferè auscultantes, sphaeras illas cælestes natura quidē sua corruptibiles faciunt, quod sint elementaris substantiæ, sed Dei nutu & lege permanere, vsque dum mundi finis adueniat, & ab eodem auctore tunc alij cæli meliores æternique fabricentur: Vel certe ij ipsi ita immurentur, vt nulla possint vetustate marcescere. Nam quintam essentiam illam, quam Aristoteles induxit, non admodum probat Basilii, Ioannes Damascenus veluti anceps hæret, Ambrosius & Chrysostomus etiam repudiât, asserētes scripturæ diuinę cõtrariam, Iustinus Philosophus ipsi quoq; Philosophiæ repugnare multis disputat. Quare cæli, solis, lunę stellarū substantiã igneã quidem esse naturæ, atque ita lucentem, aut etiã quadam ex parte aqueã, atque inde pellucidam. Quod verò interituri sint cæli tunc cum mūdus iste abolebitur, manifestè tradi à Propheta, cum dicit, In initio tu Domine terram fundasti & opera manū tuarū sunt

*Basil. hom. i. Hexa. Damasc. l. 2. c. 6. Ambros. lib. 1. Hexa. ca. 6. Chrysost. Hom. 10. ad popu. Ant. & Hom. 14. ad Rom. Iustin. in confut. Arist.*

*Psal. 101.*

cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanes: & omnes sicut vestimentum veterascent, & sicut opertorium mutabis eos & mutabuntur. Tu autem idem ipse es, & anni tui nō deficient. Quo testimonio etiam Paulus vtitur, ad Christi æternitatem statuendam. Præterea Christus, cœlum, ait, & terra transibunt. & Paulus. Vanitati subiecta est creatura, non volens, sed propter eum qui eam subiecit in spe, quoniam & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis: creaturæ nomine etiam cœlestes orbes complecti Apostolum, Chrysostomus latè monstrat, & ipsa oratio Pauli satis id. exprimit. In Apocalypsi etiam legimus cœlos novos & terram nouam, quæ Dominus pollicetur per Esaiam, ex quo aliud quoque testimonium afferunt, leuate, inquit, in cœlū oculos vestros, & videte sub terra deorsum: quia cœli sicut fumus liquefcent, & terra sicut vestimentum atteretur, & habitatores eius sicut hæc interibunt. Postremo Petrus videretur horum confirmare sententiam, qui scribit ad hunc modum, cœli autem qui nunc sunt & terra, eodem verbo repositi sunt, igni reseruati, in diem iudicij & perditionis impiorum hominum: & nonnullis interiectis. Adueniet autem dies Domini tamquam fur, in quo cœli magno impetu transient: elementa verò calore soluentur, terra autem & quæ in ea sunt opera exurentur, & post nonnulla: In aduentum diei Domini, per quem cœli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescunt, Nouos vero cœlos & nouam terram secundum promissā ipsius expectamus, in quibus iustitia habitat. Tertio repetit cœlorum interitum, eumque igni efficiendum, quo omnis mundana machina conflagrabit. Vnde Clemens aduersus Simonem Magum Petrum disputantem inducens, tradit cœlū in consummatione sæculi abolen

*Hebr. 1.**Mat. 24.**Rom. 8.**Chrysof.**Hom. 14.**ad Rom.**Apoc. 21.**Esai. 65.**Esai. 51.**2. Petr. 3.**Clem. li.**1. Recog.*

abolendum, ut eius amoto velamine, aliud cælum excel-  
 celsius atque elegantius appareat. atque in alio libro *Li. 3. idē.*  
 eiusdem operis, veluti pullum effracta ac remota oui  
 testa, nouum prodire, ita dissoluta hac cæli & mundi  
 machina, oriturum nouum cælestem statum. Magnus  
 verò Basilius interitum mundi ab igne futurum di-  
 cit, quod tum cælo tum terræ ignis insperlus sit plu-  
 rimus, qui nunc quidem aquarum supernè atque in-  
 fernè circumstantium incredibili copia temperetur.  
 Sed in fine sæculi aquis absumptis, cuncta sit com-  
 muni incendio deuoraturus. ita enim scribit: Tātam *Basil. hō.*  
 humoris naturam, qui omnia disponit Deus, parauit *3. in Hex.*  
 atque recondidit, ut ad definitos vsque fines ipsius  
 mundi constitutionis, cum paulatim ab ignis viri-  
 bus absumatur, ipsi resistere valeret. Enim verò qui  
 pondere cuncta mensuraque disposuit (in numerato  
 namque ipsi secundum Iob, etiam pluuiæ guttæ sunt)  
 is plane cognorat, quantum præscripsisset temporis  
 mundo ad durationem, & quantum etiam igni sum-  
 ptus pabulique recondi oporteret, non ignorauit.  
 Atque infra. Per inenarrabilem opificis sapientiam,  
 opera eius rerum moderatrice, effectum est, ut ignis  
 aduersantem sibi aquæ naturam haud facile consu-  
 mere possit. Erit tamen quando & vniuersa crema-  
 buntur & conflagrabit igne, ut Esaias asserit: *Qui Esai. 51.*  
 dicit abyssō: deserta eris & omnes fluuios tuos de-  
 ficcabo. Hactenus Basilius, qui veterum Stoicorum  
 placita amplexus & cælum igneæ naturæ facit, &  
 ab illius incendio tum ipsum, tum cætera peritura,  
 quemadmodum Zeno, Cleanthes, & Chrysiippus  
 tradiderunt, ut Eusebius refert, æthereo igne omnia *Euseb. li.*  
 tandem fore ut intereant. *præp. E-*  
*uang. 15.*

P p 5

Quod

*Quod substantia calis perpetua sit, elementa quoque vltimo incendio non intereant: sed in melius commutentur.*

## CAP. X.

**S**ED de cælestium orbium essentia incorruptibili, Satque omnis externæ transmutationis experte, in schola Theologica iam pridem Aristotelis sententia obtinuit, cuius placitis assuefactæ olim aures, aquam aut ignem cælo inuehentium opinionem, protinus respuunt. Quamquam non consuetudo tantum audiendi, sed rationis etiam pondus in hac parte cæli naturalem perpetuitatem tuetur, quam figura, motus, situs, quam denique ordo ipse vniuersitatis indicat. A qua sententiâ nullo modo abhorret Theologus ac Philosophus ter maximus Dionysius de cælestibus corporibus ita scribens: Cælestium quoque principiorum & finium causa, bonum ipsum est: cum neque augeri neque minui possit illa substantia, neque omnino variari. Motuum quoque sine sono ac strepitu suas agentium vices, huius (si sic dicere oportet) amplissimi cælestis itineris sydereorumq; ordinum decentiæ, & luminum atque stabilitatum non aliunde causa est. Natura igitur diminutionis aut accretionis, ac cuiuscumque variationis substantiam illam cælestem esse incapacem, quemadmodum Peripateticorum habet opinio, etiam magnus ille autor affirmat. Quod diuinis quoque literis testatum volunt magni Theologi, vbi secernunt sphæras illas cælestes ab istis corruptibilibus, pronuntiantque de illis, quod eas statuit Deus in æternum & in sæculum sæculi. Neque mihi videtur Plato, quemadmodum eum ex Cicerone Augustinus interpretatur, admodum à nostris discrepare: sed verbis magis quam re interest inter illum & nostros Peripateticos, si quid interest. Nostri quidem cælum natura immortale & incorrupti

*Dion. lib.  
de diu. nō.  
ca. 4. p. 1.*

*Thom. 4.  
con. gē. 6.*

*Ps. 148.*

ptibile aiunt : Plato potius suapte natura dissolubile & corruptibile. Hic plurimū sibi repugnare videntur. At immortale cælum nostri non ita ponunt, vt implicet contradictionem (sicut loqui solent) cælum non esse. Id enim soli primo enti propriū esse, quod ita per se simplex est, vt non esse omnibus modis repugnet. Cætera siue corpora sint cælestia, siue etiam spiritus Angelici, immortalia esse propterea quod in se interitus causam non habeant: at nihil repugnare, vt subtracta diuinitus data ope, subsistere delinant, cum sint composita omnia hæc entia ex potentia & actu, hoc est ex materia & forma, aut ex esse & essentia. Ita nostri philosophantur, atque omne compositum fatentur posse non esse: Quia Plato, cuius libenter Augustinus hinc sententiam sequitur? Perpetua sanè & nunquam interitura sentit cælestia illa corpora: sed tamen dissolubilia esse per se, quod sint composita & colligata: Dei verò nutu & voluntate perstare. Nos verò cum per se immortalia dicimus, & concedimus, tamen Deo facillimum esse in nihilum cuncta redigere, nonne vocabulis potius, quam sensu ab illo dissidemus? Referam ipsa verba Augustini, vel Platonis potius de hac re. Platonis, inquit, hæc verba sunt, sicut ea Cicero in Latinum vertit, quibus inducit summum Deum Deos quos fecit alloquentem, & dicentem: Vos qui Deorum satū orti estis, attendite, quorum ego operum parens effectorque sum. Hæc sunt indissolubilia nutu meo, quamquam omne colligatum solui potest. Sed haudquam bonum est, ratione iunctum dissoluere velle. Sed quoniam estis orti, immortales quidem esse & indissolubiles non potestis. Neque vnquam tamen dissoluemini: neque vos vlla mortis fata periment, neque erunt valentiora, quam consilium meum,

*Aug. lib.  
13. de Ci-  
uit. c. 16.  
Plato in  
Timæo.*

meum, quod maius est vinculum ad perpetuitatem vestram, quam illa quibus estis, cum gignebamini, colligati. Itaque perpetua esse illa corpora æquè Platonici & Aristotelici, & nostri Theologi sentiunt, sed Platonici per se esse dissolubilia, quod sint composita, contra Aristotelici, esse indissolubilia per se, quod dissolutionis principio careant: nostri & incorruptibilia per se, & tamen posse non esse, Dei nutu. Ita fit, vt locutione quidem Aristoteli magis obsequamur, sensum tamen Platonis potius retineamus. Neque enim Aristoteles vnquã adduci queat, vt cælestia & sempiterna corpora, quacumque voluntate aut potentia, abire in nihilum posse concedat. Sed siue sint substantiæ incorruptibiles naturaliter, siue etiam corruptibiles, & solubiles, Augustini certè & Hieronymi atque optimi cuiusque auctoris sententia est, igne illo supremo, quo mūdus ardebit, nullo modo esse ceteros eos in quibus Sol & Luna, & sydera cetera sunt interituros. Cæsant hi patres, in quos prona schola discedit, incendio extremo non substantiam cælorum, neque elementorum ipsorum aboleri, sed speciem & qualitates in melius cōmutari, atque hoc esse quod Apostolus docet. Præterire huius mundi figuram. Hoc quod Esaias pollicetur: Ecce ego creo cælos nouos & terram nouam: quod vidisse se Ioannes etiam refert. Nam cum eadem scriptura habeat Lunę fulgorem futurū soli æqualem, Solis ipsius, septuplum, & regnum Christi māsorum quamdiu solis splendor iste permaneat, perspicuū esse Solis & Lunę syderumque substantiam omnis interitus fore expertem: innouationem verò non corruptione prioris essentia, sed commutatione quadam & perfectioris qualitatis acquisitione, debere intelligi. Itaque cum Dauid, cælos perituros dicit, ac veluti amictum

*Aug. lib.*

*20. de Ci*

*uit. c. 16.*

*¶ 18.*

*Hiero. in*

*E/sai. lib.*

*18. in ca.*

*65.*

*1. Cor. 7.*

*E/sai. 65.*

*¶ 66.*

*Apoc. 21.*

*E/sai. 30.*

*P/sal. 71.*

Etum esse mutandos, nihil aliud sibi vult, quam renovationem quandam atque in melius commutationē accepturos. Ita ferè D. Hieronymus, cui assentiens Augustinus illud quoque acutè addidit, cælorum nomine cū Petrus. Apostolus igni referuatos affirmat, comprehendi totum hoc spatium quod aëria regione contentum varijs impressiōibus expositum est. Illud alterum superius, in quo Sol, Luna, atque astra voluuntur, nullo modo. Neque eo ignem illum quantumuis maximum peruasurum. Esse hunc germanum Petri sensum, ex ipsius oratione demonstrat. Sic enim habet, latet enim eos hoc volentes, quod cæli erant prius & terra de aqua, & per aquam consistens Dei verbo, per quæ ille tunc mundus aqua inundatus perijt. Cæli autem qui nunc sunt & terra eodem verbo repositi sunt, igni referuati in diem iudicij & perditionis hominum impiorum. Ergo quemadmodum cælōs illos & mundum aquæ diluuiō interijse scimus, ita cælōs quoque hos, & mundum hunc igni abolitum iri existimare debemus. Atqui satis constat supremos cælōs & veros, nullo modo esse inundatos, de Petri igitur sententiā inferiores tantum atque aërios cælōs arduos tunc accipere debemus. Quare transibunt quidem cæli magno impetu, ut statim dicit, quod summa celeritate corripiantur ignis vi repenti diuinitus excitata: elementa quoque calore tabescent, cum vehementissimo illo incendio non solum aër, sed aquarum ipsa moles & maris amplitudo ferè exarescet: Terra verò & quæ in ea sunt opera exurentur. Neque enim humanorum operum & deliciarum & molium, quicquam illæsum restabit, sed omnia funditus solo æquabuntur, ac redigentur in cineres. At quemadmodum terra exusta stabit (terra enim in æternum stat,) ita & aër ipse & aqua

2. Petr. 3.

*Ecclis. 1.* aqua manebit. Neque quod Ioannes dicit: Mare iam non est, ita debemus accipere, quasi illud elementum penitus corrumpatur, sed procellosum non erit neque feruens. Quia omnia hæc elementa longe melioribus qualitatibus igni expurgata, induentur, ut  
*Apoc. 21.* nouum filiorum Dei statum nouo quoque habitu adornent. Nam expectatio creaturæ, ait Paulus, reuelationem filiorum Dei expectat: quia & ipsa creatura liberabitur à corruptione. Hoc igitur erit opus ignis illius, quod ita eleganter Augustinus breuiterque collegit. Illa conflagratione mundana elementorum corruptibilium qualitates, quæ corporibus nostris corruptibilibus congruebant, ardendo penitus interibunt: atque ipsa substantia eas qualitates habebit, quæ corporibus immortalibus mirabili mutatione conueniant: ut scilicet mundus in melius innouatus apte accommodetur hominibus, etiam carne in melius innouatis.

*Mundi conflagrationem futuram antequam mortui resurgant.* CAP. XI.

*Aug. lib. 20. de Ciuit. c. 18. c. 18. c. 3. c. 17. in psalm. 96.* **Q**uo tempore verò conflagratio illa mundana futura sit, an ipsam iudicij horam præeat, an sequatur potius, quæri solet, quæ est omnium vna sententia. Nam idem planè Doctör, cuius est tanta auctoritas, neque obscurè neque semel sentit futuram iudicio iam peracto. Qui post multa de hac re alijsque temporis nouissimi disputata ad hunc modum, summam, atque ordinem omnium eorum colligit. In illo iudicio vel circa illud iudicium has res didicimus esse futuras: Heliam Thesbiten, fidem Iudæorum, Antichristum persecuturum, Christum venturum, iudicaturum, mortuorum resurrectionem, bonorum malorumque diremptionem, mundi conflagrationem, eiusque renouationem. Quæ omnia quidem



dem ventura esse credendum est: sed quibus modis & quo veniant, magis tunc docebit rerum experientia, quam nunc valet consequi ad perfectam hominum intelligentia. Existimo tamen eo quo sunt à me ordine commemorata, esse ventura. Quibus quidem verbis suam de conflagratione mundi resurrectionē potius sequutura quam antecessura sententiam, satis exponit, non illam quidem penitus certam, sed tamen probabiliorem ac non quod quidam frustra asserunt, nullam. Cur autem ita existimauerit, sunt rationes non leues. Primum incendium illud, mundi renouatio statim sequitur secundum scripturas, perinde atque auri aut argenti adustionem expurgatio puritasque metalli: at mundus renouandus non est nisi iam finito iudicio. Iudicio igitur finito ac nō antea, commune fiet incendium. Deinde mūdo vbique inflammato & flagrante, necesse est ad iudicium nullum relinqui locum, ignis expertem. Erunt igitur nō solum impij, sed iusti quoque & Sancti inter igneos globos collocati, cum caelestis iudex pro tribunali sederit, quod horret ipsa cogitatio & tanquam valde absurdum respuit. Postremo si ante communem resurrectionem, orbis vniuersus flamma correptus ardebit, nemo neque piorum neque impiorum illam mortem euadet: qui enim poterit igni vbique grassante? Itaque non erit verum quod Paulus affirmat, multos superstites tunc ituros in aëra obuiam Christo, ne illud quidem quod in symbolo profiteamur omnes Christiani, Christum venturum iudicare viuos & mortuos. Habent hæc sanè nonnullam obscuritatem, atque vt apparet, 'quamdam suam vim ad persuadendum resurrectione facta, finitoque iudicio, fore potius commune illud incendium, quo complicati & conuoluti iniqui præcipitem

*Sotus in  
4. d. 48.  
q. 1. a. 2.*

*1. Thef. 4.*

pitentur in chaos æternum, iuxta Domini euāgelicam vocem. Attamen in ijs vel asserendis vel refel-  
*Matt. 25.* lendis, quæ de Dei voluntate dependent, diuinam scripturarum vel exigua significatio omnibus humanis rationibus anteferenda est: quæ quidem hac de re consultæ tradunt ignem illum, iudicis aduentum potius antecessurum, atque ob eam causam non solum Anselmi & Thomæ, sed cõmunis scholæ sententia est merito complectenda. Nam de extremo diuinum Psaltem canere aiunt: Ignis ante ipsum præcedet, & inflammabit in circuitu inimicos eius: atque aliàs: Deus manifestè veniet, Deus noster & non silebit, ignis in conspectu eius exardescet, in circuitu eius tempestas valida. Quamquam Augustinus tenax suæ sententiæ, ignem qui dicitur in Psalmo quadragésimo nono anteire dominum, interpretatur non illum iudicij vltimi, quia ille ignis inquit, post eius aduentum erit, sed quemdam alium gentium irascentium aduersus ecclesiam. Attamen planior & receptior Patrum sensus habet de igne iudicij Psalmum agere. Ex Ioële quoque propheta illud recitatur: Ante faciem eius ignis vorans, & post eum extrens flamma. Quod quamuis de Chaldeorum exercitu dictum sit, instar ignis accensi cuncta vastans, tamen contemni non debet, quòd ad diem quoque iudicij vt Hieronymus ibidem explicat, referatur. Mibi vero potissimum testimonium de hac re sumitur ex Paulo, obscure quidem, sed tamen accommodate valde ita scribente: Vniuscuiusque opus manifestum erit: Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur: & vniuscuiusque opus, quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit, quid super ædificat, mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur; ipse autem saluus

saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Scio hunc locum inter difficillimos Pauli ab Augustino numerari, de quib<sup>9</sup> Petrus dixerit esse in huius epistolis multa difficilia intellectu: quare excepto errore hæreticorum, qui per fidem sine operibus salutem inde conati sunt polliceri, quos refellit copiosissimè atque clarissimè idem doctor, adhuc tamen Patrum catholicorū varias esse expositiones: Scio etiā eum ipsum Patrē de igne potius tribulationis, hoc est metaphorico accipere, tamen de vero etiā igne qui diem domini antecedit, quem iusti quoque sentiant, rectè intelligi & ipse fatetur aliàs, & alij Patres magis probant, & series ipsa Apostolica ferè necessario postulat. Quid enim est aliud Dies Domini declarabit, quia in igne reuelabitur, nisi ignē dici supremi prænuntium, omnes esse homines probaturū, vt eo grauior leuiorve cuique sit, quo opus illius vel solidius in Christo vel inanius fuerit. Ille igitur ignis cū extiterit, & depopulari orbem cœperit, aduenisse iam finem sæculi, diemque iudicij omnes intelligent. Hoc enim est, quod Apostolus dicit diē Domini in igne reuelari, quod explicans Anselmus: Dies, inquit, iudicij, qui nunc omnes latet, tunc omnibus erit notus. Cum enim viderint omnes ignem illum ante faciem iudicis per totum diffundi orbem, scient adesse diem iudicij. Neque putandum est alium esse hunc ignem ab eo, quem in alio loco, idem Apostolus commemorat, ita Thessalonicensibus scribens, si tamen iustum est apud Deum, retribuere tribulationem iis qui vos tribulant, & vobis qui tribulamini, requiem nobiscum in reuelatione Domini Iesu de cælo cum Angelis virtutis eius, in flamma ignis dantis vindictam, iis qui non nouerunt Deum, & qui non obediunt Euangelio Domini nostri Iesu Christi, qui

pœnas

*Aug. lib  
de fid. &  
oper. c. 15.*

*Aug. in  
Ench. c.  
68. &  
tractat.  
Psal. 90.*

*Aug. lib.  
21. de ci-  
uit. c. 26.*

*Ansel. in  
3. c. 1. epi.  
ad Cor.*

*2. The. 1.*

pœnas dabunt in interitum æternas à facie Domini & à gloria virtutis eius cum venerit glorificari in Sanctis suis. Manifestè reuelationem diei Domini docet futuram in flamma ignis dantis vindictam, quem esse fluuium igneum & rapidum à facie Dei egredientem apud Danielem plerique intelligunt: quamuis Ruperto magis placeat Spiritum Sanctum significari. Illud certè diuinis literis consentaneum est, in igne iudicij diem reuelandum, qui sanè aliis probationi purgationique sit, aliis vindictæ ac supplicio sempiterno. Quibus efficitur vt ille ipse ignis præcedat quidem diem iudicij, non tamen ante extingatur, quam iudicium fiat, quo absoluto, in sempiternum pœnâ vertatur. Itaque & anteibit iudicium & sequetur ille ignis, quemadmodum est à Ioelè præclare dictum: Ante faciem eius ignis vorans ( Angelorum enim exercitum, vt Paulus dixit, iudicem comitantium, anteibit ) & post eum exurens flamma. Quasi hortus voluptatis terra coram eo, & post eum solitudo deserti, neque est qui effugiat eum.

*Ioel. 2.  
2. Thef. 1.*

*Responsio ad rationes allatas de igne ante resurrectionem futuro.*

C. A. P. X. I. I.

*Thom. in  
4. d. 48.  
q. 2. a. 3.*

**Q**VARE non male distinguunt scholastici eiuſdem ignis geminum opus: afferentes ante iudicium quidem, ignem illum viribus naturalibus vehementissimè auctis omnia caduca perditurum breuissimo tempore, simul etiam vi quadam cœlesti & occulta, hominum merita probaturum, vt iis qui ad salutem prædestinati diuinitus sunt, purgationi sit, tâto cuique acrior, quâto erit illius culpa grauior: neque enim id fieri non potest, vt vel ignis viuentes mortales

mortalesque homines non omnes æquè exurat, vel  
 temporis breuitas ad purgandū electos doloris ma-  
 gnitudine compenferat. Post iudicium verò scelera-  
 ros homines, & à Christo iudice sempiterna morte  
 damnatos, idē ipse ignis corripiat, & inuolutos mise-  
 ros atque implicatos secum intimum tartarū voluat.  
 Porro cū impios omnes tartarus absorberit, atque  
 in sua fauces suas infelicem escam æterno tēpore vor-  
 randa glutierit, tunc terra & cælum elementaque  
 cætera graui onere libera, & admirabilem decorem  
 indata, assequentur libertatem gloriæ filiorum Dei, *Rom. 8.*  
 quam adhuc vanitati subiecta ingemiscunt atque su-  
 spirant. Hæc si ita habent vt & magni Theologi tra-  
 dunt, & arcana litera satis insinuant, facile est, quam  
 parum premant rationes illa de igne, quæ multum  
 premere videbantur, animaduertere. Nam licet re-  
 natiō mundi non ante futura sit, quam iudicium  
 finiat, eademque ignis opera peragenda sit, non ta-  
 men sequitur, vt ignis ille non ante iudicium excite-  
 tur, cum daturus sit & ante purgando, & mox pu-  
 niendo, atque ita tandem instaurando creaturam Dei.  
 Altera verò ratio de loco iustorum, atque promium  
 hominum, si ignis vniuersa corripiat, & que etiam ha-  
 bet difficultatem post iudicium, atque ante, cum sint  
 corporibus omnes homines restituendi: Itaque Au-  
 gustinus respondet duobus modis. Vno modo San-  
 ctos in sublimi loco futuros, quo ignis non petri-  
 gat, quo scilicet diluuij aquæ non porrecta: altero *Aug. 20. de ciuit. c. 18.*  
 modo, diuina vi fieri posse vt boni in medijs etiam  
 ignibus non lædantur, vt olim tres pueri Babylo-  
 nij. Mibi tertium etiam occurrit, non esse absurdum  
 si vniuerso mundo flagrate, locum aliquem ab igne  
 liberum Deus esse iubeat, in quem velut in thea-  
 trum, omnium hominum conuētus confluat, & factō

*Mat. 25.* Evangelico discrimine, boni præmium, mali pœnam debitam ferant. Quamquam est hæc omnis cogitatio rusticana, & ab admirabili illius iudicij maiestate aliena, quod tâta celeritate peragetur, vt in ictu oculi & citissimo momento omnium causæ finiatur, idque lôge explicatius & dilucidius, quam vnus apud nos solet per diem totum. Itaque nihil est quod nobis ab illius incendij æstu timeamus, si bona cōscientia recti erimus. Nam impios & illum ignem sentire & perpeti in ipso iudicio nihil vetat, atq; ex eo igne in æternum qui est diabolo paratus cum suis satellitibus, iuxta sententiam iudicis rapi. Etenim ignem illum, quo mundus flagrabit, quamquam Augustinus cuiusmodi sit nescire se fateretur, imo credere, hominum neminem scire, tamen Thomas atque alij scholæ sectatores prænuntiant fore hunc ipsum speciem, quem videmus, effectum atque excitatum maximè diuina potentia, sed intermedio ministerio Angelorum, & causarum naturalium obsequio. Itaque neque descensurum de sphæra sua elementarem illum, neque ascensurum de baratro infernalem, sed in terrestri regione maximarû causarum impulsu ex subiecta materia exoriturum, & incredibili celeritate in orbem vniuersum grassaturum. Porro iudicio absoluto ignis illius, partes crassiores simul cum turba infelicitum, in baratrum descensuras, vt igni illic parato admisceantur, quem esse Basilius docet crassum & tetrum, ac minime lucidum: partes autem subtiliores ad sphæram suâ conuolaturas, vt omnia ordinem suum æterna stabilitate conseruent. Hæc disputant nostri scholastici, in quibus quia nihil est fidei aut certæ rationi contrarium, probabiliter dicta interim accipi nihil vetat. Quamquam ne illud quidem improbabile mihi apparet incendio illud vltimum, instar

*Mat. 25.**Aug. 20.**de ciuit.**c. 16.**Thom. in**addit. q.**74. n. 3.**In eadē**q. art. 9.**Basilius**in Psal.**28.*

instar diluuij Noë efficiendum, cui à Petro Apostolo *2. Petr. 3.*  
 comparatur. Legimus verò de diluuiò hoc modo. *Gen. 7.*  
 Septimodecimo die rupti sunt omnes fontes abyssi  
 magnæ, cataractæ cœli apertæ sunt, & facta est plu-  
 uia super terram. Quare similiter & de cœli igne, & *Dionys.*  
 de eo qui subtus terram est aut etiam, vt Dionysius *de cal.*  
 docet, inclusus in omnibus, maximam illam confla- *Hier. ca.*  
 grationem Angelico ministerio subito excitandam *15.*  
 & toti orbi inuehendam, cur non debeamus potius  
 existimare, non video. Quod postremo loco dubita-  
 batur: Vtrum mortales omnes boni æquè atque ma-  
 li illo incendio extinguendi sint, itaque iudicis ad-  
 uētus superstite inueniat neminem, sed omnes prius  
 corporibus redditi ad illius tribunal vocentur, quo-  
 niam magnam prolixamque habet quæstionem in  
 huius operis fine tractandam, interim differatur, dum  
 de loco iudicij, de signo filij hominis, de extrema tu-  
 ba quæ restare videntur exponimus.

*Locum iudicij futurum in valle Iosaphat, iuxta  
 Ioëlis prophetiam.*

### CAP. XIII.

**Q**UIA iudicium vltimum & à visibili iudice &  
 inter homines visibiles & corporeos, agendū  
 est, necesse est locum certum ac definitū cogitatio-  
 ne comprehendamus, in quò causæ omnium simul  
 definiantur. Nam sicut veritas dixit, tunc congrega- *Mat. 25.*  
 buntur ante eum omnes gentes, cum venerit filius  
 hominis in maiestate sua, & omnes Angeli eius cum  
 eo. Quem autem in locum tātus hominum conuētus  
 cogi debeat, quo iudex cælitus ad rem omnium, quæ  
 possunt cogitari, maximam, summus, ipse descendat,  
 insinuare aliqua ex parte Spiritus Sanctus dignatus  
 est. Quia enim in terris visus est, & cum hominibus *Bar. 3.*  
 conuer

conuerfatus non immerito existimatur, nō aliam orbis terrarum regionem iudicio deputaturus, quam mysterio complendo nostræ redemptionis elegit.

*Mic. 2.* Itaque in ipsa Palæstina, & Palæstinæ Iudæa prouincia, & Iudææ in ea maximè parte, vbi vel homines redemit moxicas, vel cœlum aperuit ascendens, & iter pandens ante eos. Sanctus quidem Hilarius locuto potius videtur pafsionis eligere, ita scribens: At

*Hilar. in  
Matth.  
cap. 25.  
Mat. 24.*

ne vel loci quidem eius, in quo futurus esset, effemus ignari, ait, vbi cumque fuerit corpus ibi congregabuntur & aquilæ. Sanctos de volatu spiritalis corporis aquilas nuncupauit; quorum congregantibus Angelis, conuētum futurum in loco pafsionis ostendit. Et digne illic claritatis aduentus expectabitur, vbi nobis gloriam eternitatis, pafsione corporee humilitatis operatus est. Aliis magis placet diuinæ ascensionis apex, quod legamus ab Angelis dictū. Apostolis, Christi ascensum admirantibus: Hic Iesus quibus assumptus est à vobis in cœlū sic veniet, quem admodum vidistis eum euntē in cœlum. Veniet igitur, inquit, sicut ascendit, id est visibilis, in nube splendida, aduolans in mōtem ipsū oliuarum. Huic monti Oliueti subiectam esse vallem Iosaphat periti Geographiæ sanctæ tradunt: itaque in valle Iosaphat futurum esse iudiciū idem est cum illo Domini descensu ad montem Oliuarum. Fore verò in eo

*Act. 2.*

loco iudiciū Dei, ex prophetia Ioelis constare volunt, quæ ita habet: Ecce in diebus illis & in tempore illo, cum conuertero captiuitatem Iuda & Hierusalem: cōgregabo omnes gentes, & deducā eas in vallem Iosaphat: & disceptabo cū eis ibi super populo meo, & hæreditate mea Israël. Et infra rursus: cōsurgant & ascendāt gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedebo vt iudicem omnes gentes in circuitu. Nam

*Ioel. 3.*

loco iudiciū Dei, ex prophetia Ioelis constare volunt, quæ ita habet: Ecce in diebus illis & in tempore illo, cum conuertero captiuitatem Iuda & Hierusalem: cōgregabo omnes gentes, & deducā eas in vallem Iosaphat: & disceptabo cū eis ibi super populo meo, & hæreditate mea Israël. Et infra rursus: cōsurgant & ascendāt gentes in vallem Iosaphat, quia ibi sedebo vt iudicem omnes gentes in circuitu. Nam

*Ioel. 3.*

qued



quod de vltima illa disceptatione & iudicio cū bonis & malis agatur, quādo Dominus dicturus est: E suriui & dedistis vel non dedistis mihi manducare, sequentia apertè declarant; Mittite, inquit, falces, quoniā maturauit mēsis, venite & descēdite quia plēnū est torcular, exuberant torcularia, quia multiplicata est malitia eorum, populi populi in valle cōcisionis, quia iuxta est dies Domini in valle cōcisionis. Sol & Luna obtenebrati sunt; Stellę retraxerunt splendore suum, & Dominus de Siō rugiet, & de Hierusalē dabit vocem suam, & mouebūtur cœli & terra, & Dominus spes populi sui & cætera. Hæc de nouissimo tempore prophetari manifestū est, nequet eget testificatione. Nā & messes & falces, & torcularia sanguine perditorū redundantia tum Euangelium nobis tum Apocalypsis exponūt, vbi legimus in die iudicij Angelos messorēs falces suas missuros in segetem iussuque domini improbos tanquā spinas & zizania igni duros, legimus etiā, ab Angelo missam falcem acutam in botros, & calcatas vuas in lacu iræ Dei copiosissimo sanguine defluxisse. Iā quis sit dies domini, qui Solis, & Lunæ, & stellarum ille defectus, qui populi concisionis, quæ vox & rugitus leonis, quæ nemo timere nō possit, cæteraq; diei vltimi apparatus indicantia, vsus ipse scripturarum sanctarum vel negligētes & oscitantes ignorare non patitur. Quod si de die iudicij prophetia hæc tota accipienda est, profecto in valle Iosaphat futurum iudicium extremum, semel atque iterū manifestè denuntiat. Aiunt verò quidam viri eruditi, Iosaphat iudicium Dei significare. Itaque quocūque in loco Dei iudicium peragatur, rectè eum vallem Iosaphat appellari, ex quo sequitur, nihil de certo loco prophetatum esse à Ioele. At cum re vera vallis Iosaphat &

*Matt. 25.**Matt. 13**Apoc. 14**Amos. 3.**Ari<sup>o</sup> Mō  
tanus in  
Ioel.*

re & nomine fuerit, quam templo orientali ex parte  
 sitam Hieronymus affirmat, cuius vocabulum hodie  
 quoque manere & spatium ostendi periti earum re-  
 rum indicât, nulla ratio finit, vt Prophetæ terta ver-  
 ba per incertas allegorias eludamus. Fuit enim Ioel  
 posterior ætate, quam Iosaphat, quem scriptura sin-  
 gulari commendatione illustrat, quod iudicij recti-  
 tudinē & coluerit & docuerit, à quo merito vallem  
 eam inter duos mōtes, id est Sion & Templi, sitam,  
 cognominatā existimare debemus. Nam quod Ma-  
 gister sententiarum Petrus Lombardus ridere vide-  
 tur iudicium in valle illa constitui, cum in aëre po-  
 tius futurus sit Dominus, atque ibi vniuerso orbi di-  
 cturus sententiā, potius quidem ridicula argumen-  
 tatio est. Neque enim pueriliter vallis ipsius spatia  
 metimur, vt infinitas myriadas corporum exiguo &  
 angusto solo includamus: Verum toto illo circuitu  
 eum locum circumspicente, sursum, deorsum, læua,  
 dexterā, vndique considerato, quem esse futurū am-  
 plissimum pro innumerabili hominum multitudine  
 cogitare cōsentaneum est, ibi inquam, iudicij sedem  
 positā, ad vallem Iosaphat pertinere rectē dicimus.  
 Quod si interpretata significatione nominum, per  
 allegoricos sensus, historicum nobis eludendi licen-  
 tia sit, iam neque in Prophetia Michæ Bethleem  
 certo erit designata ortui Saluatoris, qui vbicumque  
 nasceretur, cum verē sit panis viuus qui de cœlo des-  
 cendit, certē ibi Bethleem esset, hoc est domus panis.  
 Eadēque arte Oseas etiam si Christus non isset in  
 Ægyptum, tamen ex Ægypto filium vocatum dice-  
 re potuit, quia ex angustia & tribulatione, quod Æ-  
 gyptus, siue Mezraim interpretatur, vocatus sit. De-  
 nique isto more Origenistico nihil ferē firmum &  
 constans, nihil historicum in scripturis relinqueremus,  
 vbi pri

vbi primum proprius atque historicus sermo minus arriserit. Neque tamen cum Millenariis & Iudaizantibus toties Hieronymo mouentibus nauscam, omnia per proprietatem accipienda decernimus, sed tropicas & figuratas prædictiones libenter audimus, dummodo iis, quæ possunt rectè per proprietatem intelligi, suus præcipuus locus sit. Quod certè in designatione eius loci, in quo fidei nostræ summa, per nouissimum iudicium complenda est, æquissimum est putare, vt diuinitus indicatus prænotatusque sit per Ioelem.

*De loco iudicij illustre vaticinium Zachariae.*

CAP. XIII.

**E**VND E M quoque sensum habere Zachariae illustre vaticinium videtur, cuius hæc verba sunt. Et egredietur Dominus & præliabitur contra gentes illas, sicut præliatus est in die certaminis. Et stabunt pedes eius in die illa super montem Oliuarum, qui est contra Hierusalem ad Orientem & scindetur mons oliuarum ex media parte sui ad orientem, & ad occidentem prærupto grandi valdè, & separabitur medium montis ad Aquilonem, & medium eius ad meridiem. Et fugietis ad vallem montium eorum, quoniam coniungetur vallis montium vsque ad proximum, & fugietis sicut fugistis à facie terræ motus in diebus Ozia Regis Iuda: & veniet Dominus Deus meus, omnesque Sancti cum eo. Et erit in die illa, nõ erit lux, sed frigus & gelu. Et erit dies vna quæ nota est Domino, non dies neque nox & in tempore vesperti erit lux. Et erit in die illa exhibunt aquæ viuæ de Hierusalem. De die iudicij hæc Prophetari Hieronymus dicit esse manifestum, quod & initium eius capitis innuit. Ecce venient dies Domini. Quamuis

*Zach. 14*

Q q s neque

neque Hieronymus ipse de die iudicij interpretationem satis exequatur, & Theodoritus magis ad diem passionis inflectat, quæ ille de die iudicij manifestè loqui confirmat, neque verò cæteri interpretes quos vidi, ( vt in loco obscurissimo ) satis inter se conueniunt. Dicam tamen sine præiudicio cuiusquam, quid mihi iam pridem in mentem venerit. Ergo prophetiz summa est Christi posterior aduentus. De hoc dicit, egredi dominum, quod è cœlo veniat, & præliari aduersus gentes, cum pugnabit pro eo vniuersus terrarum orbis cõtra insensatos, cum acuet diram iram in lanceam, & sumet scutum inexpugnabile æquitatem; vt præliatus est in die certaminis, siue in mare rubro, vt habet Chaldaica paraphrasis, quãdo equũ & ascensorem deiecit in mare, perducturus eodem modo populum suum in verã promissionis terram celestem illam, demerso scilicet omni diabolico exercitu impiorum, & tanquam plumbo aquas vehementes æternæ damnationis ingresso. Tunc igitur in illa die stabunt pedes eius super montem oliuarum, vnde ascendit in cœlum, atque eodem modo rediturum se per Angelos discipulis annuntiauit. Et quoniam veniente Domino ad iudicium, omnium ante eum gèrium congregatio futura est, mons ipse gloriæ venientis cedit, & in quatuor partes dissectus longissimè diffugiet, vt tribunali iudicis Theatrum totius orbis assistat. Erit tunc trepidatio hominum & pavor tantus, vt insani diffugiant in mediam vallem quæ futura est amplissima, cum montibus remotis coniungenda sit cum omni circumposito campo.

*Sap. 5.* Vt enim in terræmotu magno sub Ozia contigit, vt homines ipso fragore perterriti, dissilirent, & sibi ruta quærerent, ita in illo terribili die fiet, quoniam terra tremet, cum Dominus ad iudicandum surget, & vidit

& vidit & commota est terra, montes sicut cera fluxerunt à facie Domini, à facie Domini omnis terra. Simul enim atque illuxerunt coruscationes illius, qui ut fulgur veniet commota est & contremuit terra, Veniet etiam tunc cum gloria, & maiestate sua, & omnes Angeli & Sancti cum eo. In illa autem die non erit lux cum sit dies caliginis & tenebrarum, dies iræ & angustiarum. Arque ideo miseri mortales pauebunt, ac veluti gelu immenso correpti, obrigescent, ut obriguerunt olim omnes habitatores Chanaan. Huic verò diei iudicij, succedet apud iustos dies vna æternitatis, cum sol iustitiæ orietur & sanitas in pennis eius. Quæ sanè dies, siue iudicij nota est Domino, quia de die illa nemo scit neque Angeli cœlorum, siue æternitatis etiam nota est Deo, cum solus ipse possit illam quantacumque est comprehendere: sed tamen dies illa vicissitudinem lucis & tenebrarum nullam habebit, neque timendum est ut vespertino tempore vergat in occasum, erit enim lux perpetua, in qua largissimæ æternæ voluptatis aquæ ex cœlesti illa Hierusalem quæ est pacis visio prodibunt, & sanctos omnes siue priores siue posteriores, æquo tramite, sempiterna lætitia circumfluent. Vbi nulla erit hyemis & æstatis vicissitudo, sed lætissimum perpetuumque ver omnes afficiet. Neque erit vlla in beata illa gente dissensio, sed sub vno Rege Deo, & sub vno illius nomine lætabitur & regnabit vniuersa multitudo Sanctorum. Hæc paraphrastice: quamquam aliquid pro nostro instituto prolixius, tamè non inepte, ut opinor, ex aliis scripturis, sensus sortassis proprius atque historicus explicatus est loci difficillimi, nullo interim alio, si melior occurrat, repudiato. Nã quod terremotus ingens futurus sit cū dominus descēdet ad iudiciū, docet Clemēs Romanus ita scribens.

Tunc

*Psal. 76.*  
*Mat. 24.*  
*Mat. 25.*  
*Amos 5.*  
*Sopho. 1.*  
*Exod. 15.*  
*2. Petr. 3.*  
*Mala. 4.*

- Const.* Tunc apparebit in cœlo signum filij hominis: Dein-  
*lb. 7.* de sonus tubæ excitabitur per Archangelum, interea  
*Apost. 6.* mortui in vitam redibunt, tumque veniet Dominus,  
*33.* & vna omnes sancti cum eo, cum terræ motu, supra  
 nubes cum Angelis virtutis suæ in Throno Regni  
 ad condemnandum deceptorem Mundi diabolum,  
 & ad tribuendum vnicuique pro actionibus suis.  
*Dan. 11.* Quod si ea quæ de interitu Antichristi in superiore  
 libro commemorauimus ex Patrum veteri traditio-  
 ne, & Danielis vaticinio, vera sunt, vt is in monte  
 sancto sedem ponat, inter duo maria, quæ & à Da-  
*Zac. 14.* niele ibi, & hic à Zacharia referuntur, est que Do-  
 minus Iesus ad nequam illum interficiendum appa-  
 riturus è cœlo; profecto etiam hoc modo iudicium  
 in valle Iosaphat, siue in mōte oliuarum, quod idem  
 est, possumus confirmare. In superiore verò aëris lo-  
*Sap. 5.* co, in nube fulgentissima sedentem Dominum, ele-  
 ctosque Regem suum circumstantes, atque è sublimi  
 immensas impiorum turbas infra positas prospectā-  
 tes: tum reos mortis æternæ miserabili facie se se in-  
 uicem comprimentes & proculcantes, atque attoni-  
 tōs vultus sursum leuantes, & eorum quos contem-  
 pserunt atque affixerunt serò tandem gloriam ad-  
 mirantes, se que ipsos ignauitæ & sceleris omnis tri-  
 stissimè incūsantes: tum etiam Angelos huc illuc  
 discurrentes, & è media peruersorum caterua vnum-  
*Mat. 25.* quemque pium & Deo dignum legentes, & hædis  
 putentibus sinistra relictis, oues pastori suo carissi-  
 mas dextra se ponentes, cæteraque omnia quæ diui-  
 nus sermo describit, partim narrando, partim etiam  
 philosophando, melius apud se, quàm spiritus da-  
 bit, cogitando quisque & silendo consequi, quam  
 loquendo nos explicare poterimus.

Quod

*Quod quidam media nocte, quidam sub crepusculum matutinum, Christi aduentum fore opinentur.*

## C A P. X V.

**Q**VONIAM de loco, vt potuimus, diximus, etiã de tempore iudicij, quã antiquus sermo habet, præterire non debemus. Sed ne interim rideamur ab astrologis, cum iudicij horam quærimus, ratione habita Hierosolymitanæ vr̄bis aut meridiani, vbi futura est iudicij cõgregatio, quærimus. Alioquin scimus pro diuersis orbis partibus, simul & noctem & meridiem & auroram posse constitui. Ergo sanctorũ plerique media nocte futurum Christi aduentum scriptis prodiderunt, eãque ob causam in parabola decem Virginum nuptiis occurrentium, à Domino sigillatim narrari, media nocte clamorem factum de sponso aduentante. Hinc in Ecclesia v̄ltima Apostolica traditione manasse scribit Hieronymus, vt in peruigilio Paschæ, fideles ab Ecclesia non recedant, antequam tempus mediæ noctis aduenerit, quod sicut Angelus Ægyptios quondam percutiens media nocte transferit, ita Christus ad interitum impiorũ nocte media v̄turus sit. Hieronymo attestatur Lactantius ad hunc modum scribens: Tũc aperietur cœlum medium intempesta & tenebrosa nocte, vt in orbe toto lumen descendentiis Dei tanquam fulgur appareat, quod Sybilla his versibus locuta est, quæ Latine reddi sic possunt.

*Matth. 25.*

*Hierony.*

*in 25.*

*Matth.*

*Lactan.*

*li. 7. c. 19.*

*Cum venerit ille,*

*Ignis erit, mediãque horrenda in nocte tenebra.*

Et hæc est nox, quæ à nobis propter aduentum Regis ac Dei nostri peruigilio celebratur. Cuius noctis duplex ratio est, quod in ea & vitam tum recepit, tum passus est, & postea orbis terræ regnum recepturus

*Cassiod.* pturus est. Hæc Lactantius. Idem Cassiodorus affir-  
*in Psal.* mat. Chrysofostomus etiam media nocte resurrectione-  
 118. *in il-* nem futuram meminit. Porro alijs magis probatur  
*la uerba.* sub crepusculum futuram. Verum hæc non admo-  
*Media* dum excutienda sunt, quæ neque magnopere con-  
*noctæ jur* ducunt, neque certa ex diuinis literis habentur, cum  
*ge.* presertim tempus mediæ noctis vix intelligi possit.  
*Chrysf.* Vbi virtutibus cælorum commotis, vt habet Euan-  
*Ho. 79.* gelium, neque Sol neque Luna satis suas vices pera-  
*in Mast.* gent: & satis horrenda nox illa erit, quæ cælestibus  
*Thom. in* luminibus obscuratis, totum terrarum orbem tene-  
*add. q.* bris & caligine inuoluet. Media certè nocte clamo-  
 77. *A. 3.* rem propterea maximè Euangelium factum com-  
 & *hunc* mendat, quòd inscijs atque imparatis mortalibus,  
*sequuntur* instar furis, Christi aduentus incumbet, tuba illa ter-  
*Abul. q.* ribili dormientes in occursum Dei excitante.  
 77. *in c.*  
 22. *Mat.*

*De signo filij hominis, quod apparebit.*

CAP. XVI.

*Mat. 24.* **S**E adueniente Domino, signum illius apparebit  
 in cælo. Et tunc, inquit, parebit signum filij ho-  
 minis in cælo, & plangent omnes tribus terræ. Hoc  
 ita Sanctorum Patrum magna pars accipit, vt inter  
 cætera signa horribilia, quæ instantem iam mundo  
 consummationem indicent, sit præclarissima in me-  
 dio cælo figura Crucis, quæ omnem orbem splen-  
 doris sui magnitudine illustret, impios perterrefa-  
 ciens, pios confouens & consolans. De hoc ita Hip-  
 polytus Martyr. Orietur ab Oriente in Occidentem  
 vsque signum Crucis superantis splendorem Solis,  
 denuncians aduentum & apparitionem Iudicis, vt  
 reddat cuique secundum opera sua. Eadè Origenes,  
 aliique plerique, qui obscurato Sole Crucē in medio  
 cælo fulgentem instar Solis futuram dicunt. Atque  
 hunc sensum probate videtur Ecclesia, cū canit. Hoc  
 signum

*Hipp. de*  
*consim.*  
*Mundi.*



signum Crucis erit in cœlo, cum Dominus ad iudicandum venerit. Tunc ergo gentes hominum plangent & eiulabunt, quòd in Crucifixum credere noluerunt, Iudæi maximè, qui cœlorum Dominum crucifixerunt, sicut à Ioanne prædictum est. *Apoc. 1.* Ecce venit cum nubibus, & videbit eum omnis oculus, & qui eum pupugerunt. Et plangent se super eum omnes tribus terræ. Erit verò planctus iste & serus & sterilis, qualem describit Sapiens eorum, qui, *Sap. 5.* ingemiscens magna cordis angustia flebit, & errauimus, dicent, à via veritatis & Sol intelligentiæ non est ortus nobis. Piorum autem erit longè alius planctus, quem Prophetâ narrat, cum dicit: *Zach. 12.* Aspiciet ad me, quem confixerunt, & plangent & dolebunt, vt doleri solet in morte primogeniti, & plangent omnes familiæ, *Esai. 53.* familiæ & familiæ seorsum. Omnes enim errauimus sicut oves, & posuit Dominus in eo iniquitates omnium nostrum. Itaque peccatis quisque suis Christum Dominum omnes confiximus. Ergo signum Crucis in Cœlo viso omnes flebunt. Quod si ita intelligimus, ante resurrectionem communem, & iudicij horam erit quod dictum est, dum portenta cœlestia terrent oculos, supremam calamitatem iam expectantium. Attamen Chrysostomus signum Crucis tanquã Regium vexillum ab Angelis gestandũ sentit ante Iudicẽ, vt illud in signum maiestatem Christi prælatum omnibus indicet. Quod si ita est, potius in ipsa hora iudicij Crux apparebit facta iam resurrectione mortalium, in ipsum iudicij locum conuenientium. Cui sensui etiam fauet Ecclesiæ vox, cum canit: Vexilla Regis prodeunt, fulget Crucis mysterium. Diuus Hieronymus more suo vtrumque sensum enarrans, lectoris arbitrio relinquit optionem. Quod si ex duabus altera sola est eligenda,

magis

*Ita refert  
M. in 4.  
di. 48.  
Sed Chr.  
ho. 77. in  
Matt. idẽ  
scribit.  
quod Hip  
pol.  
Hierony.  
in 24.  
Matth.*

magis mihi placere sententiam priorem fateor, quam  
 & scripturæ & Patrum intelligentiæ accommoda-  
 tiorem video. Sed minimè displicet Abulensis, v-  
 trumque fieri posse declarans, vt ante diem iudicij  
 Crucis signum in cœlo per dies cõplures appareat,  
 ac nihilominus in ipsa hora iudicij Christũ iam ve-  
 nientem præeat, nouoque modo, incredibili terrore  
 omnium iniquorum cætum afficiat. Sed Crucis &  
 Crucifixi amatores, tales, qualis ille erat qui sibi nul-  
 quam nisi in Cruce Christi gloriandum arbitra-  
 tur, tunc plane exhilarati canent, tunc de hostibus vi-  
 cti triumphabunt, victricem manum Christi summis  
 laudibus prædicantes, quia in Deo fecere virtutem,  
 & ipse ad nihilum deduxit inimicos eorum.

*De tuba nouissima.*

CAP. XVII.

**A**NTE communem mortuorũ resurrectionem,  
 & superni iudicis ad hæc terrena descensum,  
 fiet cælitus admirabilis, & nullis retro sæculis audita  
 significatio, quam res tanta deposcet. Hanc scriptu-  
 ræ variis modis exaggerant. Paulus quidem ita scri-  
 bit: Ipse Dominus in iussu & in voce Archangeli, &  
 in tuba Dei descendet de cœlo; & mortui qui in  
 Christo sunt, resurgent primi. Et aliàs: In momento,  
 in ictu oculi, in nouissima tuba: canet enim tuba &  
 mortui resurgent incorrupti. Huius quoq; tubæ clan-  
 gorem Dominus commemorat in Euãgelio. Et mit-  
 tet Angelos suos cum tuba & voce magna; & con-  
 gregabunt electos eius à quatuor ventis. Id circo  
 diem tubæ vocauit Sophonias: Dies iræ, inquit, dies  
 illa, dies tribulationis & angustię, dies calamitatis &  
 miserię, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ,  
 & tur

& turbinis, dies tubæ & clangoris super ciuitates munitas & super angulos excelsos. Quod tubā, hoc ipsum clamorem accipere debemus, quem in Euangelio legimus factum media nocte aduentum sponsi ad nuptias, quo excitatæ virgines occurrerunt festinanti. Vocem quoque suam dixit filius Dei, vbi ait: Amen amen dico vobis, quia venit hora, & nunc est, quando mortui audient vocem Dei, & qui audierint, viuent, & mox: venit hora in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem eius, & procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ, qui vero mala egerunt, in resurrectionem Iudicij. Hanc vocem siue clamorem, siue clangorem & tubam, tonitruum Dei Iob appelladum censuit, vt Gregorius docet, vbi interrogans ait. Quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri? Abunde discere possumus, quam sit stupenda illa vox, quam diuinæ litteræ tanta verborum amplificatione extollunt. Tubam verò nouissimam ob id Paulus dixit, quod aliæ sint tubæ priores, de septima vero eademque vltima tuba scriptū sit: In diebus vocis septimi Angeli, cum cœperit tuba canere, consummabitur mysterium Dei. Qualis autem illa vox & clangor tubæ futurus sit, in scholis quæri solet. Vtrumne visibilis & corporalis, an potius intelligibilis, Dei imperium ipsa exequendi potentia & velocitate declaras, qualis illa fuit, qua Deus dixit, fiat lux, & facta est lux. Videtur quidem nonnullis, Gregorium nullum externum sonum recipere, sed ipsam Saluatoris præsentiam cum ipsius voluntate mundo exhibitam, nomine tubæ, & clangoris & vocis & tonitruum denotari propter vehementem & subitam efficientiam, in cuius vel verba vel sensum magis S. Thomas quoque consentit. S. Anselmo atque aliis probabilius apparet contrarium,

*Matt. 25.**Ioan. 5.**Iob. 26.**Gregor. ibidem.**Apoc. 10.**Genes. 2.**Greg. 17.**Mor. ca.**21.*

R r quod

*Tho. qu.* quod mihi ipsi propemodum certum est. Nam phra-  
*76. ar. 2.* sis ipsa scripturæ hoc satis innuere videtur. Quid est  
*addit. &* enim, quod cum prætereuntes Paulus tubam com-  
*1. Thess.* memorasset, repetit sermō, canet enim tuba, nisi quod  
*4. lect. 2.* reuera futurum sonitū; non metaphoricum, voluit  
*Ansel. 1.* reuera futurum sonitū; non metaphoricum, voluit  
*Thess. 4.* exprimere? Quo etiam tendit illa accurata inculca-  
*Abulen.* tio, in iussu Dei, in voce Archangeli, in nouissima  
*qu. 72. in* tuba? satis erat iussum Dei dixisse, si præter ipsius nu-  
*22. capit.* tū, nulla esset alia futura externa significatio? Deinde  
*Mat. So-* cum in promulgatione legis Deum flammam lega-  
*tus. in 4.* tus & tubam sibi adhibuisse, cum sciamus etiam in  
*dis. 43. 9.* effusione spiritus gratiæ, similiter ignem & sonitum  
*1. art. 4.* magnum descensui spiritus sancti insetuisse; factus  
*Exod. 19.* est enim repente sonus tamquam aduentantis spiri-  
*Deus. 4.* tus vehementis, quæ ad apparatus vel legis, vel gra-  
*Act. 2.* tiæ sicut sapientia Dei opportuna iudicauit, profecto  
 existimare debemus vltimum & maximum illius  
 aduentum, quem scriptura in flamma ignis & in vo-  
 ce tube futurum dicit, non intelligibili tantum, sed ex-  
 terno & vero igni, sensibili ac proprio sono & quidē  
 fortissimo, vt tuba merito appelletur, toti humano  
 generi declarādū. Quid enim rationis habet, vt hoc  
 addam, vox illa potenter producta, quæ clamauit  
 mortuum excitaturus, Lazare veni foras, nisi vt ho-  
 minis eiusdemque Dei potestas etiam externo cla-  
 more proderetur? An in vno homine ad vitam eam-  
 que mortalem & caducam reuocando tanta concen-  
 tione opus fuit, in omnium hominum ad vitam per-  
 petuam excitatione mirabili, vocis illius diuinæ maie-  
 statem adhibendam non putabimus? At agebat tunc  
 homo inter homines, ipsoque vsu vocis diuinum  
 imperium innotesceret, oportebat. Verum id qui-  
 dem. Sed non deerunt viui ac superstites, vt osten-  
 demus mox, quorum auribus insonet vox Dei mor-  
 tuos

tuos ad vitam vocantis, & qui Saulum propria voce inclamavit è cœlo, is etiam glorificato sibi vocem non defuturam demonstravit, cum rei magnitudo ita posceret. Quæ verò potest cogitari maior, aut Dei voce dignior res, quàm vniuersæ humanæ naturæ ad fines suos perpetuos conuocatio? Erit igitur vera vox filij Dei iubentis adesse sibi omnes mortuos: quæ tuba, vt dixi propterea dicitur, quod vehementissimo ac potentissimo sono omnia terrarum spatia peruadet: Eam vocem exaudient omnes qui in monumentis erunt, & incredibili celeritate æterni Regis iussa perficient. Sed cur Archangeli vocem dicit Paulus, quam Christus profusetur suam? An erit alia Christi iubentis, vt Iudicis, alia Archangeli vt præconis clamantis vox? Ita sane cogitare nihil incommodat, & tamen vna erit eademque vox à Christo imperatore prolata, atque ab Angelis ad remotissima atque abditissima quæque deducta, vt est idem carmen, quod tibicem canit, & quod ex eius ore tibia sonat. Quamquam Angelum septimum tuba canentem qui Christum bene intelligere sibi videntur, ij etiam illum Archangelum vt potest principem Angelorum omnium, non admodum recusabunt. Theophylactus addit tertium. Iussio, inquit, Dei faciet terram reddere corpora ad immortalitatem transformata: vt vero omnes colligantur in vnum, per diuersa loca dispersi, vox Archangeli efficiet, Angelis administrantibus.

*Ita Ambrosius, illic & Mag. in 4. dist. 43. Theophyl. in 1. The. 4.*

*De ministerio angelorum in communi Resurrectione.*

C A P. X V I I I.

**H**ic à me fortassis requirer quispiam, vt de resurrectione mortuorum, quæ ipsò narrationis ordine sequitur, deinceps disseram: quæ ego vt faciam, vel officij mei vel instituti esse non puto: officium plane nemo desiderabit.

R r 2 in

in argumento à tot tantisque patribus copiosissimè præclarissimèq; tractato. Vel ipse Paul<sup>9</sup> satis esse potest, nihil omittens ad persuadendam illustrandâ que hanc fidei Christianæ, vel præcipuam partem. Porro

*Irena. li-  
bro 5.* aduersus hæreticos Marcionistas & Seleucianos aliosque Resurrectionem negâtes, Irenæus antiquissimus: aduersus Origenistas resurrectionis carnis veritatē oppugnâtes, Epiphanius atque Hieronymus: *Epiph. in Anco. 11. in episto. ad Ioan.* aduersus Græcos atque huius mûdi sapientes simplicitatem Christianæ fidei de resurrectione corporum irridentes, Theodoritus Græcis, nostris Augustinus, *Hie. Hieron. in 2. lib. aduersus Ruff.* atque omnium vt solet exactissimè Thomas. *Theodor. Aug. lib. 21. de Ciuit. Tho. in 4. cõt. gent. & in 4. sen. di. 43. & 44. Mat. 22.* Quin potius ipse Christ<sup>9</sup> aduersus Sadducæos resurrectionem negantes diuina auctoritate disseruit. Nos vero in hoc opere narrationem potius rerum nouissimis temporibus futurorum, quam quæstionum de rebus ipsis admirabilibus explicationem professi sumus. Ita que neque de Resurrectionis natura & qualitate, neque de cõbustione damnatorû, neque de beatorû gloria dicendum modo arbitramur, tâtum historica quadam comprehensione cõtenti erimus. Ad quam sane pertinet, vt ministeria Angelorum illo tempore non omnino prætereamus. Distinguit enim Chrysostomus optimo iure, quid Angeli, quid Christus in generali resurrectione præstent: atque homines quidem congregare, Angelorû esse partes, excitare vero dormiètes, atque animas corporibus reddere, solius esse diuinæ atque omnipotentis Christi maiestatis. Ipsum tantisper Paulina verba enarrantem audiamus. Quemadmodum, inquit, apud Regem fieri solet; ita & tunc futurum est, Angelis ad resurrectionem ministrantibus: Dicet enim, Resurgant mortui. Et fiet opus, non Angelorum ad hoc quicquam valentium, sed verbi ipsius: tamquam si Rege quopiam imperan

imperante, egrederentur conclusi & captiui, & ministri eos adducerent. Non illi postea propria virtute, sed ex voce illa hoc facerent. Archangelum verò putamus eum esse, quæ præsit & incumbat Angelis aliis in orbẽ missis, atque hoc illis inclamet: Paratos facite omnes, adest enim Iudex. & mox: si descensurus est, cuius gratia rapiemur? Honoris gratia. Nã Rege ciuitatem ingressuro, qui illustres quidem sunt, ad occursum eius egrediuntur: qui verò rei sunt, & iudicio obnoxij, intus expectant iudicem. Ergo vt Euangelium habet, mittet Angelos suos cum tuba, & congregabunt electos eius. Resurrectioni verò inservient vt auctores probati tradũt, materiam ipsam colligendo & parando, hoc est pulueres. vnde quaque cogendo & sibi inuicem copulando: ad quam rem magna erit Angelorum discurrentium multitudo. At vt spiritus in ossa arida & sibi compacta, vt Ezechiel habet, ingrediatur, soli<sup>9</sup> erit diuinæ iussio- nis dicentis: A quatuor ventis veni spiritus: & viuifica ossa hæc. Et statim vnusquisque ossibus suis extractus, & pelle circumdatus, ac proprio spiritu viuificatus stabit, quid præterea sibi imperetur opperĩs. Erit verò tunc Angelorum, omnes filios Adæ cõuocare atque cogere ad commune Concilium, in locum iudicio generali diuinitus destinatũ. Quæ omnia incredibili velocitate perficiẽt, ita vt Apostolus, nictum oculi non esse celeriore affirmet resurrectione cunctorum. Agilitas verò in deferendis & congregandis corporibus iam suscitatis, quanta Angelis insit, ille Angelus satis ostendit qui Abacuch capillo raptum ex Iudæa transposuit in Babylonem cum prædio suo. Primũ igitur sonabit diuina Christi vox, resurrectionem mortuorum imperantis: deinde Archãgeli magni erit officium Angelis denunciare,

*Mat. 24.  
Thom. in  
addi. qu.  
76. ar. 3.*

*Ezec. 37.*

*I. Cor. 15.*

*Dan. 14.*

atque instare, vt citissimè imperata peragant: illi festini in varias mundi partes discurrent, vetustissimū atque abditissimum & dissipatissimū puluerem vndique legētes, tum diuina vi mortui excitati audient vocem eandem Filij Dei. Simul enim efficiet vt viuunt, simul vt audiant vocem qua viuunt. Vt solet in somno fieri, cum vehemēti voce qui dormiebat, ex-

*1. Reg. 3.* citatur. Expergiscitur enim ac simul experrectus, vt olim Samuel, hauriens vocem, respondet: Adsum.

*Apoc. 20* Quale autem spectaculum illud erit, cum terra reddiderit mortuos suos, & mare suos, & gēs hominum ex diuersis aded mūdi regionibus in vallem Iudicij cœperit conuenire? omnes attoniti, omnes pauidi, demisso vultu, nulla pristinae ætatis vel gloria vel ignobilitate distincti. O nos decies cæcos, qui hæc tam magna, tā illustria non cernimus, & stolidi inepta ista vitæ vanitate iactamur. Sed venit in mentem quærere, si omnes mortales simul conueniemus in illum cœrum, quid est, quod de electis solum cōgregandis per Angelos Dominus edicit? An non etiam impij conuenient? conuenient certè, cum veritas dicat, congregandas esse ante eum omnes gentes, & separandos tunc bonos à malis. Aderunt igitur sine dubio omnes simul homines, qui sunt; qui fuerint, & tunc quicumque supersint. Verum diuinæ scripturæ proprietates admiranda est: cum de omnibus confusè loquitur, generaliter dicit cōgregandas omnes gentes: cum de electis, specialiter ab Angelis congregandos docet, vt intelligamus electos beneuolo ac dulci ministerio Angelorum subuehēdos: iniquos contra, vt ij qui in triremibus damnati remigant, vi & pugno adigēdos, fortassis malorum Angelorum opera. Idcirco etiam non resurgere impij in iudicio dicuntur, quod reuiuiscant potius ad mortem,

*Mat. 25.*

*Psal. 1.*

quam



quam è morte reuocentur in vitam : qui æterna vita perpetuo carituri sunt.

*An Christi aduentus ad iudicium, aliquos sit reperiturus, non dum mortuos.* CAP. XIX.

**I**NTERIM de viuis magna est quæstio, quæ à nobis prætermitti minimè potest. An simul expectaturi sint iudicem, qui tunc erunt reliqui, cum ipsis iam excitatis, atque omninò, vtrum resurrectionis generalis tempore aliqui reperiãtur in carne, an verò necesse sit omnes prius decessisse de vita, quã fiat communis resurrectio. Si enim omnes extincti erunt, absoluta res est. Cum enim omnes simul excitentur, simul etiam omnes conuenient, Iudicem expectantes. Sin verò superstites aliquos nouissima hora repererit, non erit etiam dubium ministerio Angelorum in eundem quoque locũ coituros, cum expressè veritas dixerit: Et congregabuntur ante eum omnes gentes. Est autem duplex quæstio: vna, vtrum omnino aliqui mortalium sine morte ad immortalitatem transeant; altera, an eorum omnium qui resurrecturi sunt, resurrectio eodem puncto futura sit. Neque enim est idem vtrumque. Sunt qui omnes simul resurrecturos sentiant, sunt qui nonnullos nunquam morituros putent: Sunt denique qui omnes quidem morituros volunt ac resurrecturos, verum non omnino simul. Celebris est & antiqua sententia multorum magnorumque virorum, in aduẽtu Iudicis multos homines superesse, qui ita, vt inueniuntur, viui, iudicentur, & pro diuersitate meritorum ad vitam æternã aut mortẽ transferãtur, nulla facta dissolutione corporis atque animæ. Nam qui de iustis tantum esse quæstionem affirmãt, verã omnes morituri sint,

*Mat. 25.*

*Sorab. in  
4. di. 43.  
q. 2. n. 4.*

R r 4 non

non de impiis, quasi inter omnes cõstet impios om-  
 nes morituros, non videtur legisse Hieronymum in  
 illa toties citata epistola ad Minerium & Alexan-  
 drum. Vbi omnium primum numerat Theodorum  
*Hier. ad* Herocleotem tradẽtem omnes & iustos & iniquos,  
*Mine. 6.* quos dies Domini inueniet superstites, sine media  
*Alex. 3.* mortẽ ad incorruptionem transituros. Eandemque  
*tomo.* esse sententiam Apollinarij atque Diodori. Neque  
*Ambr. in* ab iis multum abest S. Ambrosius, ita scribens: Non  
*15. cap. 1.* omnes immutabuntur; qui in corpore sunt reperti,  
*Corint.* quia Sancti soli beatitudinis gloriam consequentur.  
 Sentit Sanctus certẽ etiam impios in corpore repe-  
 riendos. Neque video equidem cur qui iustos sine  
 morte opinantur ad immortalitatem transituros, ve-  
 reantur etiam impios sine morte ad mortis æterna  
 supplicia transferre. Neque enim fieri hoc repugnat,  
 neque scripturæ magis de morte corporali iniquo-  
 rum quam iustorum loquuntur, sed potius de com-  
 muni hominum morte, vt homines suat. Nonne  
*Num. 16.* legimus disruptam esse terram sub pedibus Datan  
*Deut. 11.* & Abyron, & aperuisse os suum, ac deuorasse impios  
 cum tabernaculis suis & vniversa substãtia? Descen-  
 deruntque viui, ait scriptura, in infernum, sicut etiam  
*Psal. 105.* in Psalmo celebramus. Quod si illos impios creda-  
 mus ad æternam mortem & corpore & anima simul  
 transisse, sine temporali morte, videbimur ne ali-  
 quid sentire scripturæ contrarium? Imò ex ipsa scri-  
 ptura ita credendum suadit S. Epiphanius. Itaque  
*Epiph. in* fieri profecto potest, quod vates quibusdam impre-  
*Ancora-* catur, veniat mors super illos & descendant in infer-  
*111.* num viuẽtes. Mortem dicit æternam iis qui corpore  
*Psal. 54.* viui in inferos tradẽtur, ad supplicia sempiterna. Ni-  
 hil ergo vetat, si qui iusti morituri nõ sunt, vt etiã ini-  
 qui tũcagẽtes, nõ disiunctis prius animo & corpore,  
 statum

statum infelicitatis suæ experiantur. Quare qui hoc de impiorum morte robustissimum argumentum se proferre arbitrantur, nõ admodum in sua causa proficiunt. Scriptores illos antiquos mouit lectio diuersa in epistola priori ad Corinthios. Vbi enim habemus nos, omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur: illorum Græcanici codices potius habent. Non omnes dormiemus, sed tamen omnes immutabimur. Quam lectionem & sensum, quòd ij qui viui reperiantur in aduentu Domini non moriantur, sequuntur Ioannes Chrysostomus, Theophylactus, *Chrysto. ho. 4. 2. in 1. Cor. 15. Origen. 3. lib. in 1. episto. ad Theff.* Theodoretus, Oecumenius. Contrà, lectionem quidem Origenes eandem, sed sensum longè diuersum, vt tradit Hieronymus. Nam legit quidem, omnes non dormiemus, & tamen sentit omnes secundum corpus esse morituros. Interpretatur verò dormitionem & somnum, lapsum post fidem receptam, à quo tamen per pœnitentiam surrexerint: atque hos à Paulo dici mortuos in Christo, qui egerint pœnitentiam: viuètes verò & residuos vocari, qui post baptismum lapsi non sunt, de quorum numero Paulus erat. Ac reuera nihil aliud quam nugari videtur Origenes, omnia miscens atque confundens, sensumque historicum & verum, sua illa nimia allegorizatione peruertés. Sed de lectione vera & germana omnis iam pridem explosa dubitatio est, cum ab Ecclesia catholica in Concilio Oecumenico nostra, id est Latina vulgata, vt certa & inuiolata decernitur. Quam etiam plurimi atque emendatissimi Græcorum codices habuere, teste doctissimo Didymo atque etiam Acacio Cæsariensi, qui multum persuadere conantur omnes esse morituros, cum scriptum sit. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes viuificabuntur. Cæterum lectionem nostram alij

probant, ac præferunt, vt par est, qui tamen omnes  
 obituros non putant, adducti altero loco Pauli ad  
*1. Theff.* Thessalonicenses, vbi ita scribit. Hoc vobis dicimus  
 4. in verbo Domini, quia nos qui viuimus, qui residui  
 sumus, in aduentu Domini non præueniemus eos qui  
 dormierunt. Quoniam ipse Dominus in iussu & in  
 voce Archangeli & in tuba Dei descendet de cælo,  
 & mortui qui in Christo sunt resurgent primi. De-  
 inde nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapie-  
 mur in nubibus obuiam Christo in aëra, & sic sem-  
 per cum Domino erimus. Hunc locum tractans Epi-  
*Epiph. li.* phanius tradit duplicem modum Resurrectionis fu-  
*2. tomo 1.* turæ. Vnum post mortem, alterum sine morte per ra-  
*harsf.* ptum. Qui enim rapitur, inquit, nondum mortuus  
 64. est. Ob id alibi etiam huius resurrectionis prænun-  
*Idem in* tios fuisse atque exempla asserit Enoch & Eliã, quos  
*Ancora-* nunquam esse morituros arbitratur, sed sine morte  
*tu.* ad immortalitatis gloriam migraturos. In eadē sen-  
*Hiero. in* tentia est Hieronymus rogatus de hac re à Sancta  
*episto. ad* Marcella, cur cum Elias & Enoch morituri sint iux-  
*Marcel-* ta Apocalypsim, Paulus tamen asserit aliquos  
*lam. in 3.* non morituros Sanctorum? Ad quæ respondet ex ip-  
*tomo.* so contextu Apostoli siue continentia, vt ipse appel-  
 lat, liquido constare eos, quos Christi aduentus vi-  
 uentes repererit, non gustata morte rapiendos ob-  
 uiam Christo cum reliquo agmine resurgentium. De  
 Enoch autem & Eliæ morte non annuit, potiusque  
*Apoc. 11.* Apocalypsis sensum aliquem spiritualem esse qua-  
*Aug. lib.* rendum, cum de illorum morte pronuntiat. Idem  
*2. Peccat.* aliquando sensit etiam Augustinus vt apparet, eo-  
*mer. c. 31.* dem loco Paulino adductus, asserens quibusdam  
 in fine præstitum, vt mortem istam repentina com-  
 mutatione non sentiant, sed simul cum resurgenti-  
 bus rapiantur in nubibus obuiam Christo. Quod in  
 libris

*Li. Rect.*  
*2. c. 33.*

libris quos postea scripsit de ciuitate, vel emenda-  
uit vel explicauit. Et nostra ætate viri docti quidam  
cum his patribus sensere: quorum sententia non pa-  
rum roboris accipit, vt Augustinus alibi fatetur ex  
ipsa Christianæ fidei Regula, vbi confitemur, Chri-  
stum venturum ad iudicandum viuos & mortuos.  
Erunt igitur homines viui, quos generale iudicium  
cum mortuis coniungat. mortuos enim, iam suscita-  
tos tunc, intelligimus. Alioqui vel viuorum, vel mor-  
tuorum tantum, ac non simul. vtrorumque Iudex e-  
rit. Præterea cum Sacræ Literæ toties nos iubeant  
Christi aduentum expectare, & illi occurrere, imò  
etiam properare, si nulli sunt futuri viui in illius ad-  
uentu, frustra hæc omnes audimus, cum ad neminem  
vnquam pertinere debeant. Cur ille aduentus furi  
comparatur? Cur diluuiò Noë? Quod ex insperato  
tulit omnes, si nullus est tunc superfuturus? Hoc ar-  
gumento Diodorus vtitur, vt mihi quidem videtur  
non infirmo. Etenim metas rationis excedit, tanta  
de venientis expectatione differere, si nullum est su-  
perstitem inuenturus. Quorsum illa admonitio, sicut  
fulgur exit ab Oriente & paret vsque in Occiden-  
tem, ita erit & aduentus filij hominis? Re vera si  
omnes prius extinguendi sunt, frustra, & illud & alia  
multa videntur commemorari, ad cautelam prouid-  
entiamque fidelium, cum pro omnibus vnum hoc  
fatis esse possit: Videte ne quemquam excipiat &  
colatis pro Christo: Non enim veniet Christus, do-  
nec omnes mortales de terra deleti sint. At non ita  
monuit: sed intentos & paratos, & suspensos voluit  
expectare se suos, ne ventri & luxui deditos, vt reli-  
quos huius sæculi filios, offendat.

*Caieta-  
nus.  
Faber.  
Erasmo.  
Augu. q.  
3. ad Dul-  
citium. in  
4. tomo.*

*Matt. 25.  
Abac. 2.  
Heb. 10.  
2. Petr. 3.  
Philip. 3.*

*Matt. 24.*

*Quos*

*Quosdam superstites fore, cum Christus adueniet: eosque sine morte immutari, sine fidei periculo posse defendi.*

## C A P. X X.

**I**GITUR cum & testimonijs scripturarum & certatione constet, homines non ante finiendos, quam mundi finis: Iudexque hominum Christus aduenierit, necesse est homines etiam tunc extare ac superesse, cum ille huc veniet, quos nulla mortis conditio adhuc obstrinxerit. Hoc posito, quod negari non potest, facile sibi videntur gradum ultra facere, ut eiusmodi homines nunquam omnino obituros esse definiant. Nam si vsque ad aduentum Christi viui erunt, si etiam cum mortuis in Christo iam vitæ redditis, obuiam Christo rapiuntur in aëra, cum illo sic semper mansuri, non est quando mortis amaritudinem sentiant, ut quid enim moriantur, statim victuri? Attamen alij, præsertim recentiores plerique, & sententiam istam veterum magnopere reprehendunt, parumque piam & tutam putant, & nihilominus posteriorem aliorum patrum de morte in ipso raptu gustanda, tanquam improbabilem friuolamque repudiant. Itaque censent omnes homines & pios & impios ante generalem mortuorum resurrectionem è vitâ excessuros: mox, cum cæteris omnes simul excitandos: tum demum iustos & pios ituros obuiam Christo. Sceleratis infra miserè relictis, & tristissimum exitum expectantibus. Huc afferunt, quod resurrectio vna omnium in scriptura prædicetur, atque in eodem puncto. Deinde quod ignis ille iudicis aduentum præcedens, mundum totum sit inflammaturus, ac proinde nullum mortalium relicturus. Neque enim credibile est ignem vniuersa vastare, & tamen superesse tantam hominum multitudinem. Ad hæc cum iustorum plerique aliquid labis

ex

*Bonau.*

*in 4. d.*

*43. q. 1.*

*Tho. lect.*

*2. in 4. c.*

*1. Theff.*

*Abul. q.*

*74. in 22.*

*Mat. So-*

*tus in 4.*

*di. 43. q.*

*2. a. 4.*

ex humana conuersatione attrahant, quo modo fiet vt iusti omnes sursum ferantur Christo occurrentes, quorum magna pars purgata non sit? Purgati verò tunc cum it obuiam, quis sibi persuadeat? His alijsque rationibus concludunt, mortem omnium prius futuram, quam Resurrectionis tuba intonet mundo. Probabiliter quidem ista & ad intelligendum satis accommodatè, nisi Paulus obsisteret. At is apertissimè clamat, atque in verbo Domini testatur, futuros esse qui viuant, qui relinquantur, qui residui tunc sint, atque inter hos, & mortuos in Christo, ordinem figit, atque constituit, quod mortui resurgant primi. Deinde qui relinquantur & adhuc viuent (nam constat in suam personam transferre causam illorum) facta aliorum resurrectione tunc simul cussi eis ire obuiam Christo. Quæso te lector, quid est resurgent primi? Deinde, qui relinquantur simul rapi? quid est inquam, primi & deinde. Hæc si ordinem inter se non designat, nulla est intelligentia, nulla ratio Paulini sensus. At ordinem quidem designat, inquit, sed inter resurrectionem illorum, & raptum siue occursum horum. Bene. Sed si omnes resurgent simul. cur illi dicuntur resurgere primi? Si hi iam ante raptum mortui sunt, quomodo dicit, nos qui viuimus, qui relinquimur, simul rapiemur? Omnino qui raptur, indicatur nondum mortuus, vt scite Epiphanius dixit: Alioqui vnde tu ostendis Eliam & Enoch non gustasse mortem, nisi quia raptos in cælum scriptura docet? Vtrum verò postquam rapiuntur, gustent, aliundè vel affirmandum vel negandum est. Denique sanctissima Ecclesie lumina, eademque acerrima ingenia, Augustinus, Chrysostomus, Ambrosius, Hieronymus, cæterique plerique cum in eo loco explanando non mediocriter laborauerint, nihil aliud intelli

telligere potuerunt, quam affirmare Apostolum, sanctos ex vltima tribulatione pressuraque relictos, in carne viuentes, expectare vsque dum cæteri sanctorum olim defuncti resurgant, atque ita omnes coniunctos, Domino de cælis ad iudicandum orbem venienti, raptos in nubibus obuiam prodituros. Augu-

*Aug. ad Dulcit. q. 3. in 4. 50.* stinus certè fatetur se diu in eo sensu inuestigando laborasse, atque vndique perspecta oratione Pauli, quoniam de vita sanctorum vsque ad raptum illum perducta dubitare non posset, potius se concessurum nonnullos fore qui mortem nunquam gustent, quam vt apertam sententiam scripturæ, quæ solui non potest, negare cogatur. Ego sanè ita victus hîc teneor, vt ex Apostolicis verbis aliud intelligere non possim, quam illos sanctos viuos reperiendos cum

*Ambros. quidam Cōpsas. apud Sixtum. li. 6. annos. 265. So. in 4. dist. 43. q. 2. n. 2. De Eccl. Dog. c. 8. in 3. tomo. Aug. Hiero ad Miner. & Alexan. Oecumeni? Magis. 4. d. 43. Tho. 1. 2. q. 81. n. 3.* cæteri surrexerint, vt simul omnes Domino descendentem in aëra occurrant. Iam verò quod censores austeri quidam dicunt, hoc tempore Chrysostomi cæterorumque sententiam turò non posse defendi, (quamquam nos quidem non defendimus) nihil tamen periculi adhuc agnoscimus. Neque verò videmus, cur illa Chrysostomi & Hieronymi, potuerit tunc potius haberi vera quam nunc, cum sit nihil ab Ecclesia in alterutram partem ex illo tempore definitum. Quin potius auctor de Ecclesiasticis dogmatibus, cuius est non leuis auctoritas, & Hieronymus, & Oecumenius Græcus, & inter posteriores Magister, & ipse Thomas catholicam esse vtramque fatentur, & sine fidei periculo posse defendi. Nam quod obijcit Dominus Sotus, Hieronymum affirmare, Ecclesiam huic sententiæ magis acquiescere, vt omnes communi morte moriamur, & non omnes mutemur in gloriam, det veniam doctissimus vir, non Hieronymi, verba sunt, sed Acacij Cæsariensis



riensis Hæretici, cuius interpretem fidum agit illic Hieronymus, qui tantum abest, ut rem in illa epistola definiat, ut dilucidè in fine testetur se nihil in re adedè ambigua decernere, sed integram relinquere lectoris arbitrio. Quid verò ipse sentiret, in alia epistola ad Marcellam, satis exposuit, ut supra iam retuli. Testimonia verò scripturæ multa & aperta, quæ communem omnium hominum mortem docent, ita intelligi explicarique possunt, ut ipsimet explicant, cum Enoch & Eliam ab illa lege Dei peculiari privilegio exemptos volunt, quòd pœnam mortis culpæ originali debitam, ob causam Deo placitam, non soluerint: cum præsertim de sanctis illis postremis, scripturæ vitam usque ad Christi aduentum, tradant, mortem neque antea neque postea tradant. Nam de Elia & Enoch manifestè in Apocalypsi scriptum est, quod sint ab Antichristo trucidandi, quemadmodum & plurimi sanctorum docent, & nos abundè nisi fallor, suo loco monstrauimus.

*Ad Mar.  
Hiero. in  
3. tomo.  
de 4. q.*

*Apoc. 11.*

*Magis esse scriptura consentaneum, etiam illos quos Christus viuos inuenerit, in ipso raptu, ac non antea, morte intercedente immutandos. CAP. XXI.*

**Q**UIA verò quæ possunt sine exceptione leges diuinæ accipi, melius simpliciter intelliguntur, quæ pronuntiat sacræ & arcanae literæ de communi omnium mortè, ita ut habent, nos libentius accipimus, cum præsertim ratione magis hæc sententia nitatur, & plurimorum grauisimorumque Patrum auctoritate iuuetur. Erunt igitur superstites sancti extremi, cum cæteri resurrexerint: Simul enim rapientur in nubibus obuiam Christo. Hæc quidè Paulus. Sed in ipso raptu, quoniam debent immutari, mortè quoque experientur citissimam, vitam sempiternam & gloriosam recuperantes. Hoc Paulus non dicit: Sed dicit Ambrosius, dicit

*Ambr. in 4. cap. 2. Theff.* dicit Augustinus, dicit Anselmus, quorum nō potest esse vilis auctoritas. Ambrosij quidem verba sunt: In ipso enim raptu mors proueniet, & quasi per soporē, vt egressa anima in momento reddatur. Cū enim tollentur, morientur, vt peruenientes ad Dominū, præsencia Domini recipiant animas, quia cum Domino mortui esse nō possunt. Augustini autē post longam acremque inquisitionē hęc sunt: Quæri solet, vtrum illi, quos hic viuentes inuenturus est Christus, quorū personā in se atquē in illos qui secū viuebant, transfigurabat Apostolus, nūquam omnino morituri sint: an ipso temporis puncto, quo cum resurgentibus rapiuntur in nubibus obuiā Christo in aëra, ad immortalitatem per mortē mira celeritate transibunt. Neque enim dicendum est fieri nō posse, vt dū per aëra, in sublime portantur, in illo spatio & moriantur & reuiuiscant. Et infra: Si ergo sanctos qui reperientur Christo veniente viuentes, ei que in obuiā rapiuntur, crediderimus eodē raptu de mortalibus corporibus exituros, & ad eadē mox immortalia reddituros, nullas in verbis Apostolicis patiemur angustias, cum dicit: Omnes resurgemus aut omnes dormiemus. Anselmi verò vt alias sæpè sunt eadem hęc sicut etiam Bedæ, quæ Augustini, & vbi scribit Epistolæ prioris ad Corinthios cōmentarios: & vbi priorē ad Thessalonicenses interpretatur. Sic enim habet. Reuera quātum ad præsencia verba pertinet (quæ sunt verba Augustini ad Dulcitium) videtur Apostolus asserere quosdam in fine sæculi adueniente Domino, cum futura est resurrectio mortuorum, non esse morituros, sed viuos repertos in illā immortalitatē quæ sanctis dabitur, repentē mutādos, & simul cum illis rapiendos in nubibus. Sed videamus ne huic sensui sit contrarium, quod idē Apostolus scribit: Omnes quidem

refur

resurgemus, Si ergo sanctos (& hæc sunt Augustini in  
 libris de Ciuitate) qui reperientur Christo veniente  
 viuentes, ei que venienti obuiã rapiuntur, credideri-  
 mus in eodẽ raptu. Et cætera que iã retuli. Cur autem  
 hi patres iudicauerint mortẽ aliqua ratione illis etiã  
 sanctis qui tunc rapiuntur, gustandã, ipsi satis expo-  
 nunt, quippè cum diuinis literis vrgeamur. Scriptum  
 est enim, statutum est hominibus semel mori, post  
 hoc autem iudicium: à quo statuto cū ne ipsum qui-  
 dem Christum Paulus liberum esse dixit, quis audeat  
 cuiquam sanctorum dare, quod ipsi filio Dei, quod  
 matri eius almæ, non est concessum? Scriptum etiã  
 est. Quis est homo, qui viuet & nõ videbit mortem?  
 Itemque illa à Patribus sæpè recitata. Non viuifica-  
 bitur, nisi prius moriatur, & omnes quidem resurge-  
 mus. Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in  
 Christo omnes viuificabuntur. Et alibi idem Apo-  
 stolus, scientes quoniam dum sumus in hoc corpore,  
 peregrinamur à Domino, & bonam voluntatem ha-  
 bemus magis peregrinari à corpore, & præsentem esse  
 ad Dominum. Hæc omnes homines omnino cõ-  
 prehendant, neque est cur nouissimi hac parte po-  
 tiores sint, cum ipsi qui primitias spiritus habuerunt,  
 se grauatos ingemiscere dicant, & vanitati mortique  
 subiectos. Vtrum autem mors illa citissima, ante re-  
 surrectionem cæterorum sit, vt simul resurgant om-  
 nes, quemadmodum Thomæ aliisque nonnullis pla-  
 cet, an potius in ipso raptu mors subeat, vt Augusti-  
 no, Ambrosioque videtur, non equidem valde solici-  
 tor, nisi quòd Paulina verba reuera, tunc sanctos  
 viuere indicant, cum alij olim mortui resurgunt: sed  
 non præcedere ad Christum propter celerrimam re-  
 surgendi potentiam. Alioqui facillimũ fuisse Apos-  
 tolo ita Thessalonicẽses cõsolari. Ne doleatis mortuos

Heb. 9.

Psal. 88.

1. Cor. 15.

2. Cor. 5.

Rom. 8.

S s

tan

rtuos

tan

tanquã peiore sorte affectos. Neque enim nos qui uiuimus & residui videmur, non etiã moriemur, quin prius omnes moriemur, deinde simul resurgemus, vt simul eamus obuiã Christo. At non ita dixit, sed potius residuos & viuentes confessus est, cũ mortui resurgerent: verum celeritatem resurgendi tantã fore, vt viui, olim mortuos non possint ante vertere, sed omnes simul ascendant in occursum Christi. Nam quemadmodum illi nos expectarunt, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis cõsummarentur, ita par erit & à nobis illos expectari, vt simul feramur in cẽlũ, & occurramus omnes in virum perfectum, in mensurã etatis plenitudinis Christi. Illi resurgent, nos rapiemur: & tamẽ rapiemur omnes, & resurgemus omnes. At raptus ad Christũ quid habet commune cũ morte? Cur non potius absorbetur mortale à vita, & habitatio, quẽ de cælis est superinduitur? Cur expoliantur in raptu, ac nõ potius superuestiuntur? Qui hæc rogant, cogitẽt quid sibi respondeat Paulus eadem cupienti & optãti, oportet certẽ peregrinari à corpore, vel tãtisper, vt præsentem fiant ad Dominum. Oportet vt mors præueniat iudicium singulare cuiusque, oportet vt singulare de quoq; iudicium in anima habeatur, antequã generale geratur in corpore atque anima consistentibus. Dehẽt enim priuatum iudicium ferri, antequam publicũ pronuncietur. Quod si Paulus raptus in cẽlum, auditurus arcana verba, nescit profus, an in corpore fuerit, an extra corpus, quid miramur, si ij qui rapiũtur æterna felicitatis fruituri, extra corpus tantisper sunt, vt possit anima soluta & libera audire prius arcana verba, mox ad corpus anima glorificata redituri, atq; ipsum immortale gloriosumque possessuri? Ego verò etiam eos quos viuos infernus absorbit (si qui sunt qui etiã cum

cum corpore illuc descendisse memorentur, vt Epiph. *in Anc.* phanio placet existimo mortem oppetijſſe, & iudicatos eſſe in anima, mox corpori redditos, æterna ſuſtinere tormēta. Neque aliam cauſam requiro, quam quòd ſtatutum ſit, omni homini mori ſemel, & poſt hoc iudiciũ. Neque verò aut Eliæ aut Enoch aut cuiquam omnino hominum datũ eſſe mihi perſuadeo, vt à morte ſit ſemper immunis, quam ipſe Chriſtus deprecatus eſt, & tamen guſtauit pro omnibus nobis. Neque aliter ille diſpoſuit nobis, quã ipſi Pater, quemadmodum ſuos docuit. Mortẽ verò Elias & Enoch diſtulere quidẽ, ſed ſuo tempore cum Eccleſiæ vtilitate, & laude Chriſti, diu dilatatum debitum reddent, vt plurimi Patrum ſentiunt. Sed ſi in raptu obibunt illi nouiſſimi, nõ erit, inquiunt, ſimul omnium reſurrectio. Ego verò quẽro quẽ ſcriptura doceat futuram ſimul. Illa, inquiunt, in momẽto, in ictu oculi, canet tuba, & mortui reſurgẽt incorrupti & nos immutabimur. Atqui non dicit Paulus, omnes homines ſimul reſurrecturos. Alioquin falſa erit reſurrectio illorum ſanctorũ, qui in Chriſti reſurrectione reſurrexiſſe memorantur in Euãgelio, & piẽ à multis etiam corpore modo creduntur regnare cũ Chriſto? Sed in illo momento reſurgent omnes, qui eo uſque mortui iacuerant. Ita Ambroſius hæc explanans, ſimpliciter omnes mortuos reſurgere dicit, & ſolos ſanctos cum ijs qui viui iuſti inuẽti fuerint, in gloriam immutari. Quare nihil abſurdi cõcedere vidẽtur illi ſcriptores ſcholæſtici, qui nouiſſimorũ iuſtorum reſurrectionẽ non ſimul futurã cũ aliorũ reſurrectione concedunt. Quamquã illius myſterij breuitas erit tanta, & reſurrectionis & raptus & immutationis iuſtorũ, vt ſimul meritò intelligi diciq; quodãmodo poſſit. Nã dicto citius omnia illa, quæ Dei eſt immenſa potẽtia, perfici-

*Heb. 2.  
Mat. 26.  
Luc. 22.*

*1. Cor. 15.*

*Mat. 27.*

*Ambroſ. 1.  
Cor. 15.*

*Scorus in  
4. di. 43.*

*Durand.  
in 4. diſt.  
43. q. 4.*

eientur. Quod verò quidā discipuli Sancti Thomæ  
*Aug. 20.* admirantur & tanquā incredibile habēt, quod in il-  
*de ciuit.* lo bcissimo raptu & mori & reuiuiscere queāt: Satis  
*6. 20.* ad hæc August. respōdit, multo esse mirabilius quod  
 antiquissimi pulueres coeāt, & mortui vbique resur-  
 gant, quod Paulus in ictu oculi diei absolui. Et certè  
 iuxta auctorem suū multo breuior mora conceditur,  
 vt moriantur & reuiuiscant. Nam quod de iis qui nō  
 bene purgati sunt obicitur, commune est id, vt cum-  
 que opineris. Subitò enim rapiendi sunt, siue prox-  
 imè ante obierint, siue proxime postobituri sint. Sed  
 erunt per tot & tanta probati, qui tunc supererunt,  
 vt nihil omnino labis retineant, cum præsertim igne  
*Greg. 34* illo in quo reuelabitur dies Domini iuxta Paulum,  
*1007. c. 7.* iam expurgati decoctique sint. Quin etiam vt San-  
 ctus Gregorius de iis qui tēpore Iudicij viuis in cor-  
 poribus reperientur, asserit, pauore ipso excoquitur,  
 si qua eis inesse potuit leuium rubigo vitiōrum, adeo  
*Iob. 41.* eum dixit: Cū sublatus fuerit timebunt Angeli, mox  
 subdidit, & territi purgabuntur. Angelos, Sanctos  
 prædicatores intelligens. Cuius autem ignis non  
 omnes iam tunc cōsumpserit, puto esse iam dictum,  
 quod boni diuina virtute fulti nihil perpetiantur, sed  
 illæsi vt pueri Babylonij, quemadmodum Augusti-  
 nus quoque tradidit, perseuerent. Neque verò & si  
 ignis illo ante iudicem veniat, & terras mariaque  
 corripiat, statim sequitur, vt nulla sit pars orbis im-  
 munis, dum Index descendit ad causas omnium in-  
 quirendas: Possunt enim probabiliter cogitari incē-  
 dia quidem illius ignis ante iudicis aduentū inchoa-  
 ta, neque tamē omnia depascere, donec æterno ed-  
 èto in impiorum corpora animasque defauiant. Po-  
 streinò quæ de cessatione celestis motus ac proinde  
 omnis vitalis motus, in ipso puncto resurrectionis  
 dispu

disputant nonnulli Scholastici, Solis & Lunæ eo tempore, situm figuramq; describentes, atque eoque progredientes, vt. plenilunium, atque æquinoctium vernali, atque ipsum crepusculi tempus. Iudicio extremo designent, non video qua soliditate nitantur. Cum enim virtutes cœlorum commouendæ sint, vt veritas habet, non de lege consuetorum motuum, sed de Dei voluntate, extremi iudicij tempora, actus, vita rerum que omnis ordo pendeat.

Luc. 21.

*Quod ordo rerum, qua in vltima die euenient, liquido nunc sciri nequeat: & quis interim maxime probabilis appareat.*

## CAP. XXII.

**EXPOSVI** in quæstione obscurissima quid sentirem, sed quando de rebus agitur nobis ignotis, neque scripturæ perspicua documeta tenentur, oportet profecto sapere ad sobrietatem, vt Paulus monuit: Ne opinionibus nostris plus nimio hærentes, rerum ipsarum certitudinē amittamus. Etenim Resurrectionem, vt præclare Augustinus hîc dixit, mortuorum futuram esse, quando Christus venturus est vsuos iudicaturus & mortuos, oportet, si Christiani esse volumus, vt credamus. Sed non ideo de hac re inanis est fides nostra, si quemadmodum futura sit, perfectè comprehendere non valemus. Nam quomodo sit futurum, quod nunc pro nostræ ratiunculæ vitibus, vtcumque coniscimus, tunc potius erit, vt nosse possimus. Quod sanè Christianum piumque documentum, etiam prudentiæ humanæ ratio commendat. Quis enim vel mediocriter cordatus, cum ei historia narratur aliqua, aut describuntur itinera & vrbes, per quas sit iturus, si qua ei occurrunt difficilia, quæ non satis capit, & inter sese pugnantia ipso pri-

Rom. 12.

Aug. 20.  
de ciui. c.  
20.

mo aspectu, si fide dignum eum habet quem vel audit vel legit, non statim cogitat, ea nisi cū oculis presentia cernuntur, non posse bene comprehendi, & quomodo cohaereant intelligi? itaque adhibita, quae ipsi potest occurrere, congruentia dictorum, tenet tamen iudicium suum, vsque dum ipse oculis lustret, quae animo hauserat. Non ne hoc quotidie nobis accidit comitantibus, nauigantibus, solum vertentibus? Mihi planè res Indicae, postquam eas expertus sum, & eadem esse visae sunt, quas audieram, & non eadem. Eisdem sanè reperi, quòd mihi non meritos qui exposuerunt, prorsus inueni, & tamen res Indicas diuersas, ac longè alias iudicauī cum expertus sum, quam antea cogitaram. Propterea quod valde diuersum reperi modum cogitationis meae. Neque equidem dubito, quin si Constantinopolim, aut Parisios, quae nunquam vidi, praesens essem intuiturus, quae de illarum urbium frequentia, magnitudine, aedificiorum mole, caeterisque, multa mihi lectione narrationeque cognitis, tamen longè aliam cognitionem induerem, ac me ipse riderem: qui saepe de ijs & audio & disputo, & mihi videor peritus interdum. Humanum est, & vsu quotidie venit. Quòd si hoc postulat prudentia hominum, vt fide digno testi, nihil detrahas fidei, quod non benè intelligas quae narrat, vsque dum videas, cur de diuersitate opinionum nostrarum in tanta rerum caelestium & supra, quam exprimi potest, admirabilium copia & magnitudine, diuinæ ac immutabili veritati faciamus iniuriam, etiam si nobis nonnulla inter se nò bene cohaerere videantur? Quae nostrae est mentis tenuitas, & illarum potius excellentia. Erit, cum perspecta rerum ipsarum facie, dicamus, sicut audiuius, sic vidimus in Ciuitate Dei nostri, in monte Sancto eius.

*Psal. 47.*



eius. Igitur futurum Christi aduentum ad iudican-  
 dum, ignem ante faciem eius, tubæ clangorem, mor-  
 tuorum resurrectionem, Angelorum ministeria, iu-  
 storum occursum venienti in aëra, impiorum sepa-  
 rationem & gemitum, omnium viuorum & mortuo-  
 rum examen, iudicium, ac sententiam irretractabi-  
 lem, qua boni cælo, mali inferno perpetuo desti-  
 nentur, certissima hæc omnia fide tenemus, quæ ip-  
 sum Dei verbum testatum esse scimus. Quomodo  
 tamen hæc ipsa fiant, quo etiam ordine inter se co-  
 aptentur, non satis scimus: sed piè suo quisque modo  
 opinatur. Atque vt meam commentationem ipse  
 subijciam, sic de ijs cogitare soleo, vt omnium illo-  
 rum terribilium signorum, quæ prædicuntur proxi-  
 ma futuro iudicio, vltimum ignis sit, qui faciem iam  
 descendens iudicis præeat. Igne hoc vbique gras-  
 sante, sceleratos arduos puto secundum Apocalyp-  
 sim, descendit ignis à Deo de cælo & deuorauit eos: *Apoc. 20.*  
 probos & iustos, purgandos quidem si quid labis in  
 sederit, vt insinuat Apostolus, sed non necandos. Hic *1. Cor. 3.*  
 vt opinor implebitur, quod scriptum est: Tunc duo  
 erunt in agro: Vnus assumetur, & vnus relinquetur: *Mat. 24.*  
 duæ molentes in mola, vna assumetur, & vna relin-  
 quetur: duo in lecto, vnus assumetur, & vnus relin-  
 quetur. Vt enim vastatio mundi per diluuium est fa-  
 cta, ita futuram per ignem Petrus docet, quam Chri-  
 stus illi coæquat. Quod in Ægypti plagis discrimen  
 inter Israëlitas, & Ægyptios, vt impij læderentur,  
 iusti innoxij persisterent, & liber Exodi narrat & Sa-  
 pientia copiosius commendat. Igitur qui adhuc vi-  
 uent; qui relinquuntur & residui sunt (quod de solis  
 Iustis commemorat Paulus) partim lætabuntur expe-  
 ctantes redemptionem in proximo suam vt Saluator  
 meminit, partim etiam terrore concutientur præ  
*Exod. 10.*  
*Sapi. 17.*  
*6. 18.*  
*1. Thes. 4*  
*Luc. 21.*

*Greg. 34* magnitudine diei Domini, vt Sâctus Gregorius vult.  
*mor. 6.7.* Post hæc sonabit tuba illa terribilis, ad quam virtute-  
 omnipotentis verbi, dicto citius resurgent mortui, in suo quisque loco, quoniã qui in monumentis sunt  
 audient vocẽ filij Dei, & terra & mare dabunt mor-  
 tuos suos. Resurgentes autem statim omnes & pij &  
*Ioan. 5.* impij ministerio Angelorum, qui congregabunt elec-  
*Apo. 20.* tos à quatuor ventis, in vallem Iosaphat, siue locum  
*Mat. 24.* Iudicij conuenient, vbi congregandæ sunt omnes  
 gentes ante filium hominis. Ibi iam incipiet descen-  
 dens de cælo apparere Filius hominis, clarus atque  
 terribilis, vt fulgur totum mundum fulgore suo per-  
*Mat. 24.* cellens. Veniet autem in maiestate cum multo satel-  
 lito Angelorum nubi lucidissimæ insidens, paula-  
 titimque cum summo apparatu descendens, vt ascēdit  
 in cælum, & signum viuificum prætendens atque  
 obuiens omnibus. Porrò cælorum extrema iam  
 transgresso Dominus, & ad aëris nostri regionem ap-  
 propinquanti, Iusti omnes, qui erant ministerio An-  
 gelico congregati, tam ij, qui reuixerunt, quam qui  
 residui in carne sunt, simul rapiẽtur ab iisdem in nu-  
*1. The. 4.* bibus obuiam Christo, atque in ipso raptu morte ci-  
 tissima immutabuntur, vt sic semper cum Domino  
 sint. Hanc separationem iustorum ab impijs, Ange-  
 lorum functione factam, putamus esse quam Veritas  
 Euangelicã significet per hédos sinistra positos, quẽs  
 dextra, quod locus superior Christoq; propinquior,  
 quò rapiẽtur iusti, dextera vocetur, honore signifi-  
*Mat. 23.* cato: infetior & terrenus, vbi infelices iacebũt, læua,  
 propter dedecus & miseriam. In hac semper mente  
 agitãda bonorum malorumque separatione, qui ge-  
 mitus futuri sint infeliciũ, qui dolor viscera ipsã  
 distumpens, sapientiæ liberè pulcherrime exponit,  
 cum ingemiscẽtes exclamabunt. Ecce quo modo  
 compu

computati sunt inter filios Dei? Tunc & illud Evangelicum: Montes cadite super nos & colles operite nos. Tunc illa prudens iustorum responsio & vera. *Sap. 5.*  
 Ne forte sufficiat nobis & vobis, ite emite. Quod ludibrii potius in seram atque inutilem pœnitentiam, *Luc. 23.*  
 quam consilij genus est. *Matt. 25.*

*Quomodo iudicandi sint homines, & de libris  
 in iudicio apertis.*

### CAP. XXIII.

**I**PER SANCTUM VERO iudicium quomodo faciendam sit, cogitare nos nullo modo possumus, in quo ita profusus omnium meritorum vel bonorum vel malorum ratio reddetur, ut de quouis etiam verbo otioso exigenda sit, ipso Iudice teste. Neque erit ullus à primo usque ad nouissimum hominum, qui non compareat illic vocatus: Omnes enim stabimus ante tribunal *Matt. 12.*  
 Christi, ut referat unusquisque propria corporis prout gessit siue bonum siue malum. Ea verò singulorum de singulis quæ egit, discussio aliis etiam singulis innotescet. Ut vel odio vel amore dignus appareat. *2. Cor. 5.*  
 Nolite, inquit, ante tempus iudicare, quo ad usque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia eorum & tunc lans erit unicuique à Deo. Denique illud Sibyllinum, *Rom. 14.*  
 quo breuius dici nihil potest, tunc demum fiet. *1. Cor. 4.*

*Cunctaque cunctorum cunctis arcana patebunt.*

Quod videtur Euagelij veritas probare. Nihil operum, quod non reueletur, neque occultum, quod non sciatur. Atque hæc omnia, quæ multorum annorum sparia postulare viderentur, tanta diuinitus celeritate fient, ut non solum diem, sed etiam horam iudicij Sacræ literæ appellent. Imò verò, quoniam æternæ *Matt. 10.*  
*Apo. 14.*

potentia legibus & maiestate, non humanarum actionum dilationibus res tanta perageretur, longa temporis mora illa tot & tam mirabilia non indigebunt. Vt enim illuminatur totum hoc hemisphaerium, in quo tot, eaque inter se adeo diuersa continentur, Solis istius exorientis luce perfusa, eaque simul oculorum acies percipit, vno puncto propinquam domum & longissimè dissitum sidus aspectans; sic etiam Sole illo iustitiae purissimo ac fulgentissimo caelitus apparente, abscondita tenebrarum nostrarum, vt dixit Apostolus, illuminabuntur, atque omnium oculorum obrutibus fient exposita & peruia. Verum quoniam sumus nostris rebus assueti, etiam iudicij humani quandam formam adhibet Spiritus sanctus, vt illius diuini iudicij comprehensionem aliquam capere possimus. In Apocalypsi sic legimus: Vidi thronum magnum, candidum, & sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra & caelum, & locus non est inuentus eis. Et vidi mortuos magnos & pusillos stantes in conspectu throni, & libri aperti sunt: & alius liber apertus est, qui est vitæ: & iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundum opera ipsorum, & dedit mare mortuos, qui in eo erant, & mors & infernus dederunt mortuos suos, qui in ipsis erant, & iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum. Et infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda. Et qui non inuentus est in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis. Quod à conspectu sedentis in throno iudicis fugisse dicuntur caelum & terra, ita vt non comparuerint, præsentia tanti luminis rerum omnium conspectum auferri ex oculis vult; partim etiam pauorem quendam immensum significat, quo tanta Iudicis maiestas excepta sit, partim innouatio

innotationem rerum omnium, cum cœlos & terram  
 nouam nobis promiserit, in quibus iustitia inhabi- 2. Pet. 3.  
 tat. Libros autem apertos, quidam gesta & statuta  
 Sanctorum: Librum verò vitæ, memoriam actotum  
 cuiusque hominum interpretantur. Quæ mihi inter- Aug. 20.  
de ciuit.  
c. 14. Ri-  
chard. de  
S. Viçtr.  
in 20. A-  
poc.  
 pretatio, licet magnorum sit & clarorum, nullo pa-  
 cto placet: Nam & librum vitæ aliàs semper in scri-  
 pturis, non nisi in quo salus vitæq; æterna cõscripta  
 est, accipimus. Et hoc ipso in loco expressè asseritur  
 fuisse cõdemnatos, quotquot in eo libro vitæ scripti Beda. in  
26. Apoc.  
 reperti non sunt. Quare rectius Beda multitudine li-  
 brorum qui aperti sunt, notari conscientias homi-  
 num, in quibus diuina vi agente legantur clarè, quæ  
 eo vsque clausa ob signata que erant: Illius autem vo-  
 luminis vitæ nomine, intelligi seriem æternæ præ-  
 destinationis, vbi mirificè insinuatum est mysterium  
 quod Paulus tantopere commendat. Quos præsciuit Rom. 8.  
 & prædestinavit conformes fieri imaginis filij sui.  
 Cum enim cõferuntur quæ scripta sunt in libris sin-  
 gulorum, cum iis quæ habet liber vitæ, qui similes  
 inueniuntur, salui, qui dissimiles, reprobis declaran-  
 tur. Itaque & ex gratia & ex libero arbitrio iustitiæ  
 corona efficitur, quam Dominus reddit in illa die ius- 2. Tim. 4.  
1. Cor. 11.  
 tus Iudex. Ac subinde docemur, si rectè nos iudicare  
 velim⁹, ne à Domino iudicemur, vtrūque librū ape-  
 rere atque inspicere & inter sese mutuo conferre, &  
 librū illum grandè & præclarū qui est vitæ, idest in-  
 de Christū, in cruce præsertim passum pro nobis, ac  
 nobis etiam expāsū, & hinc istum nostrū male sar-  
 tum actionū cogitationumque nostrarū. Vt ex mu-  
 tua collatione an filij regni sim⁹, deprehēdamus. Iob  
 certè illum librū quāti faceret, quamque familiarem  
 sibi adhibendū existimaret, egregiè demonstrat,  
 cum clamar. Quis mihi tribuat auditorem, vt dēsīde-  
 rium

rium meum audiat omnipotēs & librum scribat ipse qui iudicat: vt in humero meo portem illum, & circumdē illum quasi coronam mihi. Per singulos gradus meos pronuntiabo illum, & quasi principi offeram illum. Hic ille liber est, quem Paulus erat edoctus, & nihil se aliud scire arbitratus est, in quo descripta sunt nomina filiorum Dei atque ita insculpta feliciter, vt nulla ratione deleri vnquam queant. Ergo commentarij gestaue singulorum ex cuiusque conscientia recitabuntur: vt neque Deum Iudicem fallere possit homo, neque testem reiicere fidelissimum & certissimum conscientiam suam.

*Occulta omnium, etiam peccata iustorum, in die Iudicij esse publicanda.*

#### CAP. XXIV.

**M**VLTII verò dubitant, an ea etiam scelera vel peccata quæ iusti olim patrarunt, & per Dei clementiam pœnitentia legitima remissa sunt, sint eo die patefacienda in illo magno mirabilique conuentu. Nam & Magister sententiarum sentit non esse publicanda, & qui nostrorum sumus conscij malorum, ac misericordiam Dei imploramus, grauitè & iniquè ferimus, quod ea quæ in aurem Sacerdoti Christi vix ausi sumus effundere, nobis coram Angelis Dei & gloriofo cœtu Sanctorum, prodantur in publicum. Refugit enim ac perhorrescit animus tantam ignominiam notam. Verum puerilis est hæc cogitatio, & ab illa nouæ vitæ immutatione alienissima. Patebunt sanè omnia quæ egimus & bona & mala: neque de bonis quicquam consolationis accipient impij, neque de malis, pudoris boni. Est verò hæc non solum sententia Theologicæ scholæ, quæ hic vniuer

*Mag. in 4. dis. 43.*

*Hierony. in cap. 7. Dan. Aug. 20. de Ciuit. c. 14.*

vniuersa consentit, verum Sanctorum Patrum, Hieronymi, Augustini, Ambrosij, præcipueque Anselmi, acutè sanè ac subtilitèr differentis: atque vt mihi videtur veritatis ipsius aientis, nullum esse secretum, quod non reueletur. Neque absconditum, quod non veniet in palam. Hoc etiam Paulus satis indicat cum dicit: Vnusquisque videat quomodo superædificet. Dies enim Domini Declarabit, quia in igne reuelabitur. Quo loco certum est etiam de habentium in fundamento Christum, hoc est fidem viuam, vitis & peccatis, imò de iis præcipue aut solum esse sermonem. Atque horum defectus notos futuros in die Domini dicit, cum tamen ipsi salui sint futuri. Denique vt Dei misericordia & gratia commendetur, vt passionis Christi efficacia innotescat, vt iustorum tum poenitentia pro commissis tum gratitudo pro remis- sis illustrior fiat, opus cetè est, omnium vel leuitum vel grauium peccatorum numerus, pondus, mensuraque innotescant. Hoc enim erit scrutari Hierusalem in lucernis. Hoc appèdere vnumquemque in statera, hoc iudicare iustitias. Nam si bona tantum appateant, quæ autem mala Deus diu tulerit & emendauerit, ignorentur, magna fiat iactura necesse est diuinæ gloriæ & prouidentia, quæ in sustinendis, curandisque nostris languoribus mirabiliter versata est. Hanc Deo suo gloriam, hanc Christo dulcissimo charitatem, non inuidebunt Sancti, qui Deum supra se diligunt, sine vlla comparatione. Et se totos ostendent ipsi omnibus, & cicatrices, vt per ludū dicam, ostentabūt suas, quò medici cœlestis peritiā & benignitatem in se ineffabilem declarent. Erit verò cū summa Dei laude coniuncta mirifica ipsorum iustorum lætitia, in iis ipsis vulneribus cogitandis atque prodendis, quod videant ex quibus periculis eruti sunt,

*Amb. in  
Psal. 43.  
et 1. Cor.*

*4.  
Ansel. li.  
de simil.*

*c. 60.  
Matt. 10.*

*1. Cor. 3.*

*Saphō. 1.  
Dan. 5.*

*Job. 31.  
Psal. 74.*

sunt, quam Deo & Christo suo chari fuerint, vnde ad quæ, idest ab imo barathro ad summam beatitudinem venerint. Neque afferent illis vlllo pacto aut tristitiam aut pudorem, quæcumque illa & quorcumque numero crimina fuerint. Neque verò aliis quicquam: aut aspernationis aut fastidij parient: sed ne ipsis quidem impiis similia aut interdum minora operatis, suberit murmuratio aut ira, quod se ob talia plecti videant, quæ sunt aliis à Deo remissa. Oendet Deus iustitiam suam, & se suorum dominum declarabit. Denique apparebunt illa omnia iustorum tamquam agni sanguine tincta, nihil fœditatis præferentia. Et enim illa ipsi & cæteri omnes, intuebuntur, tamquam ad ipsos minimè pertinētia: Cum sit beatus, cui non imputauit Dominus peccatum, & cuius mala tecta sunt. Nam vt exigua gutta ab Oceano vastissimo ebibitur & aboletur, ita peccata à Deo remissa illius infinita charitate delentur atque obliterantur, vt Propheta quidam cecinit. Deponet iniquitates nostras, & proiciet in profundū maris omnia peccata nostra. Et alius Propheta. Non erunt in memoria priora, quia obliuioni data sunt angustia priora. Et Paulus Apostolus: Eratis aliquando tenebræ: Nunc autem lux in Domino. Nihil enim tenebrarum plena luce veniente remanet. Et rursus. Hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis in spiritu Dei nostri. Ergo vtrumque verum est suo quodam modo: vt canet anima Deo suo, qui sanauit omnes infirmitates eius. Et tamen ne in memoriam quidem amplius redeant. Manet quippè mali notitia ad gaudium de ereptione: ad dolorem de commissione non manet. Verū iis qui fide robusta non sunt, neque exercitatos in spiritualibus sensus gerunt, haud facillè explicanda sunt hæc, sed illa potius prædicanda,



dicanda, quod boni de bonis gaudeant, malis omnia sua mala publicè recitètur cum summo ipsorum opprobrio & ignominia : & hoc quoniam ad detestationem peccati, cōfessionemque valet plurimum diligenter explicandum & inculcandum; atque illa diuina testimonia acriter pronuntianda. Existimasti iniquè quod ero tui similis? arguam te & statuā contra faciē tuam. Et illud Prophetæ. Ego reuelābo pudēda tua. Et illud alterius prophetæ. Effundam iram meam super te, & complebo furorem meum in te: & iudicabo te iuxta vias tuas, & imponam tibi omnia scelera tua, & abominations tuæ in medio tui erūt. Et illud, Erubescam. & ego eum coram patre meo. Atque de pudore hominis aut etiam Virginis, vbi in conuentu hominum, scelera & flagitia occulta illius recitantur, ad illam sempiternam confusionem, cum omni cœlo & terra audientibus proferentur, latius erit excurrendum apud populum verba habentibus occultiore ex arcana Theologia haud faciliè depromenda. Vt enim pictores faciunt, qui corpora etiam glorificata, vt Christi resurgentis, ea parte tegunt, quæ nobis inhonesta est, neque nudum corpus effingunt, quamuis re vera gloriosa corpora nuda sint, & vbi stolam immortalitatis induerint, omnia honestissima decentissimaque sint, tamen ne offendant oculos, his turpibus assuefactos, velant vt dixi ac tegunt illa corpora; ita prudens & peritus in regno cœlorum scriba faciat oportet, vt de illa vita futura ea non prodat, quæ teneros animos, & fidem parum robustam aliqua ex parte lædere possunt. Nos verò qui non vulgo hæc scribimus, etiam illud addendū putamus, ex illo die & apud Angelos & apud homines omnem secreti legem, quæ mortalium vitam necessario constringit, esse prorsus abolendam: omniaque

*Psal. 94.  
Nabu. 3.*

*Ezec. 7.*

*Matt. 10.  
Luc. 9.*

omniâque & Angelorum & hominum & Dei ipsius, fore omnibus nota, quantum quisque erit beatorum pro sibi data mensura sciendi capax. Nam neque reuelationes, neque illuminationes nouæ fient, neque verò erit aliquid vel in tempore gestum vel in æternitate fixum, quod non plena luce resplendeat, expositumque sit Sanctorum omnium beatis oculis. Neque erit vlla occulta cogitatio, aut privata locutio, aut abscondita res. Secreti leges omnes soluentur, quibus dum tempora currunt, prouidentia gubernat humana consilia: atque æternitate iam constituta, nihil ex publica omnium cognitione sequeretur incommodi. Vbi dici non potest, quis aperiatur capus immensæ felicitatis, cum omnia Iesu, omnia Mariæ, omnia Pauli, omnia Laurentij, omnia Augustini, omnia Agnetis, omnia Ignatij, omnia omnium & Angelorum, & Apostolorum, & Martyrum, & Doctorum, & Virginum, & electorum Dei, & charorum nobis, communia omnibus, & sibi vltro exposita ac libenter communicata, quibus Beatorum videat, apprehendat, teneat, in iisque omnibus tanta erit videndi ac fruendi copia, quanta erit in vnoquoque capacitas. Nam quid non erit, cum omnia in omnibus Deus erit?

*De misericordia operibus peculiarem quaestionem in iudicio habendam.*

### C A P. XXV.

**Q**UAMVIS autem illud de omnibus erit generale iudicium, in quod Ecclesiastes adducenda esse monet cuncta, quæ fiunt, tam non docent diuinæ literæ, quibusdam de rebus peculiarem præ cæteris fore questionem. Nota est diuini iudicij forma, quam *Matt. 21.* ipse Rex noster exposuit, quod beneficentiam & charita

charitatem bonorum in se, idest in suos, honorificentissimum testimonium perhibens, eterni Regni claritate remuneret, quod se pauerint famelicum, vestierint nudum, egentem atque oppressum recreauerint, & cetera quæ commemorat, pro quibus ad paternæ gloriæ confortium dulcissimè inuitat. Contra improbos durè conarguens, quod se abiecterint, neque cibo cæterisque indigètem dignati sint, docens quæ suis non præstita sunt, sibi negata esse, denique abire iubeat in ignis sempiterni meritas pœnas. Quibus diuina auctoritate commemoratis facile intelligere possumus, quo loco apud Christum sit misericordia atque elemosyna, quam verè Tobias dixit liberare à morte nec pati animam ire in tenebras. Si quidem misericordes misericordiâ consequentur. Cur autem cû multa sint Christianæ pietatis officia, quorum omnium in illo iudicio sine dubio ratio reddenda sit, tamen hoc ab hominibus Deus, vel solum vel præcipuè dicatur exigere, multa mirificè Sancti Patres philosophantur, Chrysostomusque præsertim: illud breuiter verissimèque à nobis referri potest, quod misericordiæ opera sint, & quæ in debitis minus computant homines, & quæ Christiano maximè propria sunt, cum ita voluerit Christus agnosci suos, si charitatem habeant inuicem. Ex quo haud difficile est existimare, quæ sit illius tribunalis futura seueritas; in æterna malefacta, facinora, atque flagitia, quando beneficentiæ spontaneæ negligentia, eterno igne punitur. Vtrum verò omnis illa oratio Christi & responsio horum atque illorum, & reliqua quæ de illo iudicio referuntur, vocali sermone peragenda sint, externoque sono, an potius intellectuali atque intima locutione, quoniã hoc quoque disputant Theologi,

Tob. 4.

Matt. 9.

Chrys. ab  
hom. 32.vsque ad  
37. adPop. An-  
tio. 11.

Iou. 13.

Mag. in  
4. di. 47.

Tt

&amp; si

& si parum refert vtrouis modo opinemur, tamen dignitatem illius loci magis decet, atque ad causarum multitudinem citius expediendam & plenius, aptius est, vt oculis quidem corporis videant omnes homines iudicem, iudicis verò sermonem & mente hauriant & suum quoque mente reddant. Quod videtur Apostolus etiam insinuare cum scribit: Qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis testimonium reddente illis conscientia ipsorum, & inter se inuicem cogitationibus accusantibus aut etiam defendentibus, in die cum iudicabit Deus occulta hominum secundū Eūangeliū meum.

Rom. 2.

Ita tradit  
die Ca-  
thechif.  
Pij V. in  
Symboli  
exposit.

Quod si quis extremam saltem Domini sententiam etiam vocis pronunciatione edendam putauerit, quod vere homo atque homines non animo solum, sed corpore quoque cōstantes alloquatur, satis probabile ac nostris maioribus consentaneum argumentum afferet: dummodo mysterij illius magnitudo temporis mora non expēdatur. Sūnt quædam puncta velut diuinorum operum centra, vnde linee ducuntur innumerabiles, eardemque longitudine incomprehensibiles. Talia tria esse præcipua mecum cogitare soleo. Primum illud: Dixit & facta sunt. Cum qui viuit in æternum, creauit omnia simul. Alterum cum Verbum est factum caro. Postremum hoc ipsum, cum illuminabit abscondita tenebrarum. Hæc quam breuia ipsa in se, longa ex se effecta producant, nulla potest humana cogitatio assequi: Itæ tamen, & quo ad effectum licet se qui, sapientiæ est pietatisque fons vberimus.

Gen. 3.

Psa. 148.

Eccli. 18.

Ican. 1.

1. Cor. 4.

QUAM

*Quamuis omnes sint iudicandi, quosdam tamen esse iudicandos: quosdam etiam præ cæteris iudicandos.*

## CAP. XXVI.

**S**ICUT de rebus diximus, sic de personis existimare debemus. Nullus est enim eorum pro quo Christus sanguinem fuderit, à quo vita ætæ rationem in illo iudicio non repetat. Ipsi quoque Apostoli summi, de quibus scriptum est quod sessuri sint super duodecim sedes iudicantes duodecim tribus Israël, iudicandi etiam sunt à summo Iudice huiusmodi & mortuorum. Paulus quidem de se quoque, Omnes stabimus ante tribunal Christi. Stantem quoque se non sedentem commemorat. Petrus etiam ipse de se: Tempus est ut iudicium incipiat à domo Dei: Si autem primum à nobis, quis finis eorum qui non credunt Dei Euangelio? Ex iniustus quidem vix saluabitur, impius & peccator: ubi parebunt? Hanc iudicij diuini censuram, quanta securitate tamen illi expectent, Ioannes optime indicat: In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, ut fiduciam habeamus in die iudicij. At nihilominus ita iudicabuntur ij, ut iudicent ipsi cæteros, sicut Dominus pollicitus est, ijs qui Euangelicam perfectionem more Apostolico sectati sunt: Ut Sancti Patres Augustinus præsertim, Gregorius, & Beda testatur. De ijs enim etiam scriptum est: Exaltationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum: Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis: ad alligandos Reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, ut faciant in eis iudicium conscriptum. Gloria hæc est omnibus sanctis eius. Unde

T r 2 appa

apparet, sicut perfecti minus perfectos sanctos iudicabunt, ita etiam à sanctis omnibus, impios esse iudicandos. Sicut alibi quoque scriptum est: Fulgebunt iusti & tanquam scintillæ in arundineto discurrunt: iudicabunt nationes, & dominabuntur populis, & regnabit Dominus illorum in perpetuum. Itaque constat tale illud fore iudicium, vt simul iudicentur homines. Apostolici præsertim viri, quædam gloriæ prærogatiua assidentes summo Iudici, quæ ille profet, vitæ suæ sanctitate & gloriæ splendore ac potestate potius quam sermonis strepitu confirmabunt. Quod si quis miretur à Sanctis omnibus, impios esse omnes iudicandos, videat quid de iusto illo, qui tenera ætate raptus est, scriptura referat: Condemnat autem iustus mortuus viuos impios, profecto quod mortuus facit, melius vitæ immortalis redditus faciet. Nonne hoc veritas etiam dicit: Viri Nisi vitæ surgent in iudicio cum generatione ista, & condemnabunt eam. Nam quod *Matt. 12.* scriptura dicit, eum qui non credit non esse iudicandum, quia iam fit iudicatus, ostendit infidelium causam esse perfacilem: Et si omnia iudicaturus est Christus, sed præcipuè occulta, atque ipsi propriè nota, cui nulla creatura inuisibilis est. Quare Iudex summus in opera potius, quam in fidem inquirat. Fidei enim professio nota, vita non æquæ. Et *Heb. 4.* operum ipsorum intentiones consiliaque intrinseca perscrutabitur, qui est spirituum ponderator. Ac secundum hos gradus quos dixi, maior minorve ratio iudicij sumitur, quòd ea, quæ magis excutienda sunt, iudicari simpliciter dicantur. Alioqui & de ijs, qui *1. Pet. 4.* non credunt Evangelio, Petrus iudicij finem fore terribilem docuit. Quanta verò opus sit diligentia Iudicis, in discernendis iniquis operarijs, illa indicant

cant quæ ipsi iactant, Domine nonne in nomine tuo virtutes multas fecimus, quibus ipse dicit: *Matt. 7.* Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem. Ergo ut dixi, opera potius quam fides, & ipsorum operum non tam corpus, quam anima idest intentio, potius tunc excutietur. Heu miseros nos, qui quadam externa Christianæ vitæ specie securi sumus, vim eius nullo modo tenentes. Quam multi à se ipsis decepti, tanto suo malo, qui fuerint, docebuntur? At inter omnes qui iudicabuntur, causæ eorum qui præsumunt diligentius pertractabuntur, ut propriè in hos iudicium sibi decernat Dominus. Ita legimus: Deus stetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos diiudicat. *Psal. 81.* Et apud Ezechielem: Ecce ego ipse super pastores, requiram gregem meum. Et generaliter in Sapiencia dictum est: Iudicium durissimum his qui præsumunt fiet. *Ezech. 34. Sap. 6.* Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patientur. Itaque quo est quisque inter homines exemptior à Iudice, & sublimior potestate, eo accuratorem inquisitionem in se, & seueriorem debet expectare censuram, cum dicat Dominus. *Eisai. 49.* Eos qui iudicarunt te ego iudicabo. Ex tota autem impiorum multitudine, tyrannorum præsertim ac principum iniquorum noua & peculiari ratione Antichristi iudicium, illiusque satellitum, tanquam omnium eminentissimam causam, scriptura commēdat. Et vidi, inquit, vnum Angelum stantem in Sole, & clamauit voce magna dicens omnibus auibus quæ volabant per medium cæli (dæmones ij sunt, qui iuxta Euangelium rapiūt semen de via) venite & congregamini ad cœnam magnam Dei: ut manducetis carnes Regum, & carnes tribunorum, & carnem fortium, & carnes

equorum, & sedentium in ipsis, & carnes omnium liberorum & seruorum & pusillorum & magnorum. Et vidi bestiam & Reges terræ & exercitus eorum cōgregatos. Et apprehensa est bestia & cum eā Pseudo propheta, qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestię, & qui adorauerunt imaginem eius. Viui missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulfure. Et ceteri occisi sunt, in gladio sedētis super equum, qui procedit de ore ipsius. Quanta strages sit ea die impiorum futura, Esaias quoque commemorat. Egredientur, inquit, & videbunt cadauera virorum, qui prauaricati sunt in me, Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur, & erunt vsque ad satiētiā visionis omni cāni. Quo sermone apertissimē explicatur summa impiorum dampnatorumque miseria, quæ cum immensa æternaque sit, nullum tamen Sanctis dolorem, nullam commiserationem crebit, sed voluptatis potius copiosissimæ spectaculū dabit. Gladio verò omni ancipiti, acutius, quò cedes tanta edetur, erit ipsum verbum omnipotens, quod diuidet lucem à tenebris, cum illis dicet. Discedite à me in ignem æternum. His verò, Venite possidete paratum vobis regnum. Atque ibunt quidem impij in supplicium æternum: iusti autem in vitam æternam. Amen.

\* \* \*

F I N I S.

*Esa. 66.*

*Hebr. 4.  
Matt. 25.*





I N D E X

R E R V M Q V A E

I N H O C O P E R E, D E

C H R I S T O R E V E L A T O,

C O N T I N E N T V R.



A



A R O N typum fuisse Christi libr. 4. cap. 3. num. 9. pag. 198. Eiusdem virgam typum fuisse B. Virginis. lib. 6. cap. 1. nu. 7. pag. 268.

Abigail eiusdem Virginis figuram extitisse. ibid, num. 10. pag. 269

Accommodatitius scripturæ sensus quis. lib. 3. cap. 4. 5. & 14. pag. 126. 128. & 157

Aceto potatur Christus in cruce. lib. 8. capit. 41. pag. 361

Accusatur falsi. lib. 8. cap. 18. pag. 334

Adam typum Christi gessisse, non solum quòd fuit sumptus de terra, & Christus de cælo; verum etiam in eo quo extitit Christo. contrarius, nimirum in inobedientia & peccato. lib. 1. capit. 19. pag. 51. Idem, ex cuius dormientis latere costam eripuit Deus, figura fuit Christi in cruce dormientis, è cuius latere fluxit Ecclesia. lib. 8.

# I N D E X.

- cap. 20. pag. 336
- Adoratur à Magis Christus. lib. 6. c. 5. pag. 182
- Adventus eius in mundum multa nobis contulit  
bona. libr. 5. capit. vlt. num. 1. 2. 3. 4. & seq. pag.  
260. 261. 262
- Adulterari verbum Dei quis dicatur. libr. 3. capit. 1.  
pag. 130
- Advocatus noster Christus apud Patrem. lib. 5. c. 6.  
& c. vlt. num. 1. pag. 250. & 260
- Ægyptum perit. lib. 6. c. 7. pag. 295
- Affabilitas eius in homines. lib. 7. c. 5. pag. 296
- Agnus paschalis. lib. 7. ca. 14. pag. 309
- Affatur in modum crucis, ideoque figuram gessit  
Christi crucifixi. lib. 8. cap. 31. num. 15. pag. 351. &  
c. 44. num. 3. & 4. pag. 364. Festinanter comestus  
significat Christum celeriter in cruce morte  
consummatum. lib. eod. cap. 51. num. 1. pag. 368
- Alapa percutitur Christus. lib. 8. c. 9. pag. 325
- Altare significare Christum. lib. 5. ca. 6. num. 8. pag.  
253
- Allegorizanda non esse omnia in scriptura. lib. 3. c.  
15. & ca. 18. pag. 160. & 170. Quis sit modus ac ra-  
tio allegorias ducendi, videndum. ca. 17. pag. 167.  
Plures allegoricos sensus vna eademque res ad-  
mittere potest. ibidem.
- Ambrosius suis verbis elegantissime intermiscet  
scripturæ verba. lib. 3. cap. 6. 133
- Amor Christi in homines. lib. 7. cap. 5. pag. 296. In  
discipulos. cap. 14. pag. 309. Præ nimio amore ec-  
stasim passus. ibid. nu. 6. pag. 310
- Animam Patri commendat. lib. 8. cap. 43. pag. 363
- Anselmus describit luctum B. Virg. super filio mor-  
tuo. lib. 8. cap. 54. pag. 371
- Apocrypha quæ sit scriptura, & quæ canonica, est  
Eccle

- Ecclesiæ iudicare. lib. 2. cap. 13. pag. 96
- Apostoli plurimos veteris testamenti sensus recon-  
ditos explicarunt. lib. 1. cap. 19. pag. 50. Vocantur  
pastores. lib. 5. c. 3. nu. 6. pag. 241. Eorum doctrina  
in quo differat ab Euangelica. lib. 1. c. 23. pag. 59.  
Vocantur stellæ. lib. 7. c. 3. nu. 9. pag. 294
- Ad Apostolatū vocati sunt pauperes & idiotæ. lib.  
7. cap. 3. pag. 292. & cap. 8. num. 3. pag. 301. Post  
lotionem pedum consecrantur sacerdotes. eod.  
lib. c. 15. nu. 3. pag. 312. Spiritum sanctū recipiūt.  
lib. 9. c. 3. pag. 382
- Aquila prouocans pullos suos ad volandum simi-  
litudinem gerit cum Christo ascendente ad cæ-  
lum. lib. 9. cap. 2. num. 19. & 20. pag. 382
- Arcam intus deauratam in scrip. vet. significasse  
Mariam Virginem. lib. 6. cap. 1. nu. 6. pag. 268. si-  
gnificasse Christum. lib. 9. c. 2. nu. 13. pag. 381
- Arithmeticæ Astrologiæ ac reliquarum artium li-  
beralium cognitionem requiri ad sacrarum lite-  
rarum cognitionem. lib. 2. c. 8. pag. 81
- Arrius ex quo loco scripturæ asseruerit filium Dei  
esse creaturam. lib. 4. c. 6. num. 7. pag. 210. negauit  
filium esse Patri æqualem. cap. 7. pag. 213
- Arrianos per tēdiculas Aristotelis esse conatos la-  
befactare Ecclesiam Dei. lib. 2. c. 8. pag. 83
- Afello vetus Christus Hierosolymam ingreditur.  
lib. 7. c. 13. pag. 308
- Auctorem esse rerum omnium Christum Iesum. li.  
4. c. 7. pag. 213
- Augustinum dicere plures esse posse sensus litera-  
les vnius sententiæ scripturæ sacræ. lib. 3. cap. 19.  
pag. 171. & 172. Hebraicas litteras ignorauit. lib.  
2. c. 13. pag. 96. Septuaginta interpretationem  
acriter defendit. lib. 2. c. 18. pag. 107. Diuidit scri-  
ptu

- pturam tripliciter. lib. 3. c. 15. pag. 160  
 Auroram surgentem apud Iob significare Virginē  
 Dei matrem. lib. 6. c. 1. nu. 17. pag. 270  
 Auis captus apud Hieremiam thren. 3. significasse  
 Christum captum à Iudæis. lib. 8. cap. 7. pag. 323

B

- B**aptismus præfiguratur apud Zachariam Pro-  
 phet. lib. 5. capit. 2. nume. 27. pag. 238  
 Barrabæ postponitur Christus. lib. 8. capit. 21. pag.  
 337  
 Beatitude cælestis apud Ezech. & Esaiam. lib. 5. ca.  
 ult. nu. 1. & 2. & 3. pag. 260. 261  
 Benigne conseruatur cum hominibus Christus  
 Iesus. lib. 7. c. 5. pag. 296. peccatores excipit. lib.  
 7. c. 7. pag. 298  
 Bernardus accommodat appositè sensum scripturę  
 qui est de Ioseph Patriarcha ad Iosephum spon-  
 sum B. Virginis. lib. 3. capit. 13. pag. 156. frequen-  
 ter vtitur sensu scripturæ per accommodatio-  
 nem, atque ita frequens est hæc in re, vt quo-  
 dammodo verbis scripturæ loqui perpetuo ac  
 suum sensum exprimere videatur. libro 3. capit.  
 6. pag. 133. laudat Ecclesiam quæ sanctis egre-  
 giè accommodat sensum qui de aliis intelli-  
 gitur ad litteram. libro 3. capit. 11. pag. 151. 152. Inter  
 fagos diuinam scripturam didicit. libro 2.  
 cap. 5. 74  
 In Berhleem natum Christum pauperem Regem.  
 lib. 6. c. 3. pag. 278. Blasphemus iudicatur. lib. 8. c.  
 12. pag. 328  
 Biblia sacra esse difficilia. lib. 2. c. 2. & 3. pag. 64. &  
 67. ad ea intelligenda requiri humilitatem, pu-  
 rita

riratem, & studium. *ibid.* pag. 69. eorum sensum esse profundum. *lib. 2. c. 3.* pag. 68. esse similia syl-  
uæ. *lib. 2. c. 3.* pag. 70

## C

**C**anonica quæ sit scriptura esse penes Ecclesiã  
iudicare. *lib. 2. c. 13.* pag. 95

Caput & corona Sanctorum Christus.

Catholicos aliquando parum pios pluris facere  
Rabbinos, quam scriptores Ecclesiasticos. *lib. 2.*  
*c. 11.* pag. 92

Cedrorum torrentem transit Christus. *lib. 8. cap. 3.*  
pag. 318

**B.** Cæcilie vt etiam aliis virginibus & martyribus  
optime accommodari oratione Iesu filij Sirach  
in sensu qui dicitur per accommodationem. *lib.*  
*3. c. 7.* pag. 138

Cherubim duo se mutuo aspicientes in scriptura  
quid significant. *lib. 1. c. 10.* pag. 27

Christo ignorato scripturam sacram intelligi non  
nô posse. *li. 1. c. 1.* pag. 1. & *c. 8.* pag. 20. Ipsum esse  
obiectum, finem, & scopum sacre scripturæ. *lib.*  
*1. cap. 1. & 8.* *ibidem.* Doctrinam suam veteris te-  
stamenti testimoniis passim comprobauit. *lib.*  
*1. c. 3.* pag. 5. Eius morte firmatum esse nouum te-  
stamentum. *lib. 1. c. 14.* pag. 36

Christianos valde in fide confirmari ex vtriusque  
testamenti mutua collatione. *li. 1. c. 7.* pag. 18. plu-  
rimos similes esse Iudæis. *c. 16.* pag. 45

Cæna vltima Christi. *lib. 7. c. 16.* pag. 309

Concionatoribus plurimum confert vtriusque te-  
stamenti sententiarum mutua collatio. *lib. 1. ca.*  
*7.* pag. 18. & *c. 10.* pag. 25. iisdem magnopere con-  
ducit

# I N D E X.

- ducit, vt quæ de Christo passim traduntur in scri-  
 pturis, ea ipsi vnum in locum congesta habeant.  
 lib. 1. c. 11. pag. 28. Tunc recte verbum Dei tracta-  
 re dicentur, quando omnia quæ dicunt ad Dei  
 & proximi dilectionem dirigunt. lib. 3. ca. 1. pag.  
 119. Aliquando potius se quàm Christum prædi-  
 cant. ibidem. pag. 120. Qualis debeat esse cõcio-  
 nator verbi Dei habetur eodem loco ex S. Hie-  
 ronymo & S. Paulo. Et ex instituto agit de hac  
 re cap. 2. pag. 122. Apud hæreticos agens sensu  
 debet vti literali ad eos conuincendos, apud po-  
 pulum autem fidelem sensu per accommodatio-  
 nem, qui maximè valet ad pietatem excitandã.  
 lib. 3. c. 8. pag. 140. Quomodo recte adhibere po-  
 terunt scripturam ad suum sensum explicandũ.  
 lib. 3. cap. 13. pag. 155. Veritatem vt fundamētum  
 in verbo Dei tractando adhibere debent. lib. 3.  
 c. 3. pag. 125. Christũ imitari eos oportet in cor-  
 ripiendo & arguendo populum. lib. 7. c. 11. pag.  
 303. In sedulitate concionandi. lib. 7. ca. 12. nu. 9.  
 pag. 308  
**Confessionem sacramentalem debere esse secretã.**  
 lib. 1. c. 15. pag. 41  
**Consensum perpetuum scripturæ maximum esse**  
**argumentum veritatis illius. lib. 1. cap. 7. pag. 18.**  
**Consolatur Christus discipulos ad passionem pro-**  
**perans. lib. 8. c. 1. pag. 316**  
**Consummasse omnia morte sua. libr. 8. capit. 42.**  
 pag. 362  
**Cornelius Iansenius triplicem affert scripturæ sen-**  
**sum. lib. 3. c. 9. pag. 142**  
**Creationis verbum, cum dicitur in Prouerb. cap. 8.**  
**Dominus creauit me, quomodo intelligendum.**  
 lib. 3. c. 6. pag. 135  
Cru

- Crucem Christi in scriptura significatam per pennas, ut habetur Malachiæ 4. Et sanitas in pennis eius. li. 5. c. 2. nu. 30. pag. 238. per holocausti ligna. lib. 8. c. 28. nu. 1. pag. 345. per principatum super humeros. ibid. nu. 2. per clauem David. ibid. nu. 3. per disciplinam pacis. nu. 4. pag. 346. per lignum per quod fit iustitia. nu. 5. per arboris ramum. nu. 7. per altare. nu. 10. per lignum ex eo quod dicitur Mittamus lignum in panem eius. nu. 13. pag. 347. De cruce Christi prophetia. lib. 5. cap. 2. num. 22. pag. 236**
- Cruci affixus Christus. lib. 8. cap. 31. pag. 349. Figuratur in scrip. vet. per palmam. ibid. num. 8. pag. 350. per lapidē cuius meminit Zacharias Proph. ibid. num. 9. per pallium ligatum ad vineam. ibi. num. 12. per agnum paschalem. ibi. Illustratur à sacerdotibus, militibus, latronibus, & populo. cap. 32. pag. 352**
- Curia Herodis eum spernit. eod. lib. ca. 20. pag. 336.**

## D

- D**anielem postulatū ad mortem à Sarrapis contra Regis voluntatē, typum fuisse Christi à Iudæis contra voluntatem Pilati ad mortē postulati. lib. 8. c. 27. pag. 343
- D**avidis nomine in scripturis sacris præsertim Prophetis Christus sæpe intelligitur. lib. 1. c. 22. pag. 57. lib. 4. c. 4. num. 7. pag. 203. & lib. 5. c. 3. num. 2. pag. 240. & c. 6. num. 2. & 3. pag. 251. 252. Ipsum clarissime omnium Prophetarum de Christo vaticinatum. lib. 1. c. 22. pag. 55. Eundem triginta annos natum regnare cœpisse, atque ita figuram fuisse Christi Domini. lib. 6. c. 9. num. 2. pag. 287.
- Ipsius

I N D E X.

- Ipsius à Ionatha discessum significasse Christi  
 discessum à discipulis. libr. 8. capit. 1. numero 1.  
 pag. 316
- Descriptio orbis facta ab Augusto Cæsare paulo an  
 tequam Christus nasceretur prædicta ab Aggæo  
 Propheta. libr. 6. c. 3. nu. 10. pag. 281
- Deuotionem ac pietatem excitare literas sacras, si  
 exponatur in sensu per accommodationem. lib.  
 3. c. 8. pag. 140
- Deum esse patrem nostrum ac sponsum, & nos esse  
 eius hæredes. libr. 1. c. 13. pag. 35
- Deus Deus meus respice in me, psalmum hunc 21.  
 impletum Christo existente in cruce & claman-  
 te seq. à patre derelictum. libr. 8. cap. 40. numero 1.  
 pag. 362
- Dexteram Dei signare filium Dei. libr. 5. c. 6. nu. 11.  
 pag. 253
- Diabolum intelligi per leonem. libr. 5. c. 3. nu. 9. pag.  
 242. Eundem, vt homines decipiat, & in errore  
 inducat, Deum in suis operibus peruerse imitari.  
 libr. 2. c. 11. pag. 90
- Difficilem intellectu esse scripturam sacram. libr. 2.  
 c. 2. pag. 64
- Dilectionem suam in discipulos ostendit Christus  
 in vltima cœna. libr. 7. c. 14. pag. 309
- Discipulorum tristitia ex Christi absentia. libr. 8. c. 1.  
 pag. 316. Eum deserunt. c. 8. pag. 323
- Diuinitas Filij Dei contra Arium probatur multis  
 scripturæ locis. libr. 4. cap. 7. per totum. pag. 213.  
 214. 215. 216. & seq.
- Diuitiis ac rebus temporalibus affixi fideles simi-  
 les sunt populo Iudaico. libr. 1. c. 16. pag. 45. vt fue-  
 re plutimi ex illo populo perfectionem Chri-  
 stianam aliquo modo attingentes similes Chri-  
 stianis



stianis in perfectione Christiana.

Doctrinibus Ecclesiae quorum celebramus officium,  
sæpe accommodari sensum scripturæ ab ipsa Ec-  
clesia qui dicitur accommodationis. lib. 3. cap. 6.

pag. 133

Doctorem nostrum esse filium Dei. lib. 4. c. 1. pag. 187.  
& doctorem iustitiæ. ibidem. & nu. 5. pag. 189

Doctrina Christi cibus animæ. lib. 4. cap. 1. nume. 2.  
pag. 189

Dominum totius orbis esse Christum Iesum. lib. 4.  
cap. 4. pag. 199. & omnipotentem dominum. ca.  
7. pag. 213

Dux noster Christus. lib. 4. c. 1. nu. 3. pag. 189

E

**E**cclesia ambulare dicitur coram Christo. lib. 4.  
c. 3. nu. 5. pag. 197. 198. esse Christi regnum. li.  
4. c. 4. in princ. 199. & nume. 5. 202. item esse re-  
gnum Israël & domum Iacob. ibid. nume. 1. pag.  
201. Eius felicitas, & quot bona in ea habeamus.  
lib. 5. cap. ult. nu. 3. 6. 9. 10. & 11. pag. 261. 262. 263.  
264. Iudiciū certū ac infallibile de scriptura diui-  
na esse penes eam. lib. 2. c. 12. pag. 93. Eiusdē esse  
diiudicare quinam sit proprius ac verus scriptu-  
ræ sacræ sensus. c. 13. pag. 95. & quænam sit legiti-  
ma interpretatio. c. 14. pag. 98. Si quid decernat  
pro fide habendum, id nobis maxime vsui esse,  
vt eo ipso scripturas recte interpretemur si ad  
eum sensum omnia conuertamus. lib. 3. cap. 21.  
pag. 178

Ecstasim passus Christus Dominus præ nimio a-  
more. lib. 7. c. 14. nu. 6. pag. 319

Eliam typum fuisse Ioan. Baptist. lib. 7. cap. 1. nu. 4.  
pag. 290

SS. Ephrem ac Epiphanium sacras litteras Deo  
potius

